IHS

7 F 3

6
16 F

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
12 E
22

[B]ibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-16.F.84

Altameri descrip. Germ.

I

II

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

GERMANIAE VETERIS ET NOVAE
deſcriptio accuratiſſima:

IN QVA DIVERSA EIVS REGNA, REGIONES, EARVM SITVS, ET LIMITES,

Populi, Vrbes, Vici, Nemoria, Fluuii, Montes, priſcorum eius cultorum origo, vocabula (cum hodiernis conciliata) mores, ſtudia, religio, & variæ mutationes ad amuſſim deſcribuntur.

LIBELLVS HOMINE VERE
Germano Digniſſimus.

AB ANDREA ALTHAMERO, SVB titulo Commentariorum in CORNELIVM TACITVM *olim editus, hactenus malè neglectus, nunc in perpetuam Germaniæ laudem denuò reſtauratus.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FRANCOFVRTI,
Sumptibus, CHRISTOPHORI VETTERI.
ANNO M. DC. XVII.

ILLVSTRISSIMIS ATQVE AMPLISSIMIS PRINCIPIBVS D. GEORGIO, ET D. ALBRECHTO

ex fratre ejus nepoti, Marchionibus Brandenburgenſibus, Stetinenſib. Pomeraniæ, Caſſuborum, Sclavorum, atque Sileſiæ Ducibus, Burggraviis Norimbergenſ. & Principibus Rugorum, &c. dominis ſuis clementiſſimis, S.

VERISSIMVM *eſſe re-ipſâ experior*, Ornatiſſimi Principes, *quod eminentiſſimi Poëtæ prodiderunt: Suâ quemq; trahi voluptate: Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolorem uſum; Velle ſuum cuique eſſe, nec vno voto viui: Et, naturam, licet furca expellas, tamen uſq; recurrere. Siue enim hoc natura accidat, ſive aliqua conſuetudine, quæ altera natura cenſetur: videmus quemq; ſuo duci ſtudio, nec idem omnibus arridere, nec iiſdem omnes ex æquo delectari. Hic enim mulieres deperit; ille divitias amat; alter honores ſectatur: hic equos, ille literas diligit. Et inter literarum alumnos, alius aliud diſciplinæ genus amplectitur, ac præ cæteris probat fovetq;.* Non *unus eſt in omnibus affectus: diverſa ſunt hominum ingenia, varia judicia.* Hic *ſacroſanctam* Theologiam,

giam, cuius ſtudium omnibus Chriſtianis commune debet eſſe; Muſicā ille; Philoſophiā alter, aut Mathematicā, Medicinā, Iuriſperitiā, vel Poeticā: alii alia probant: quiſq; ſuum priuatum habet ſtudium, cui eſt addictior, & à teneris conſuevit. Ego autem à primis annis hiſtorias, maxime patrias Germaniæ noſtræ, ſemper amavi, ac reverenter colui; & aliquoties optavi Germaniæ Encomiaſten, qui maiorum noſtrorum cunabula, ritus, heroica facta, ſedium transmutationes, totamque Germaniam iuſto volumine celebraret. Nec hodie poſſum eaſdē hiſtorias, dulciſſimum ſtudium, odiſſe, aut repudiare. adeo difficulter homo patitur ſibi excutere, quicquid impenſius clamauerit, & quibus à teneris aſſueverit! Nam quoties per occaſionem licet, ad intermiſſa atq; adamata ſtudio recurro, in his me oblecto; multasque pernicioſas moleſtias, aut, ut Phyſici dicunt, melancholias, expello. Dum itaq; alii per florida tempe, recreandi animi gratia, exſpatiantur, vel in hortis, agris, ſaltibus, lucis, vallib. ſolatium, aut dulce amicorum colloquium quærunt: ego fatigatus lectione rerum theologicarum, recreare pauliſper animum cupiens, ad hiſtoriarum, annalium, chronicorum, & chorographorum lectionem digredior; ac rurſum hunc Cornelii Taciti libellum in manus recipio, (nullus namq; veterum ſcriptorum, quorum libri exſtet, diſertius Germanorum res eſt proſecutus) inveſtigans noſtræ gentis aborigines; qui veterum cultorum

Corn. Tacitus diſerte Germanos celebrat.

ſedes

ſedes nunc novi habitatores occupent; ubi quædam priſcorum vocabulorum veſtigia remanſerint; quibus locis præclara facinora ædita ſint: novaq; adtexo Commentaria, ut tantundem veteri & inſito meo erga Germaniam amori ſatisfaciam; ipſamque patriam noſtram, quæ vnicuiq; chariſſima, & pro cuius gloria nihil non audere debet, pro ingenioli mei mediocritate illuſtrarem. Adeo adamata nunquam vel difficulter relinquuntur, & diu aſſueta & uſurpata ægre deferuntur. Poſtremo, vt alios quoque ad idem ſtudium, quod perpaucorum eſt hominum, meo exemplo excitarem.

Hiſtoriarum Germaniæ ſtudium eſt perpaucorum.

Dum vero diligenter circumſpicio, quib. potiſſimum noſtra hæc commentaria dedicarem: nemini iuſtius offerenda viſum eſt, quam his, ſub quorum ditione ac patrocinio iſthæc elucubraverim; quorum liberalitate atque beneficio alar; & quos meum munus benevolenti animo accepturos nõ ambigam. Ingratus enim dici poſſem; ſi, vobis præteritis, hanc fœturam conſecraſſem aliis. Debetis igitur, Optimi Principes, *eo bene volentiores ſuſcipere; quo libentius ego vos, veſtramq; familiam, lucubrationibus meis orno. nam non pœnitenda eſt in his familiæ veſtræ commendatio, avorum, fratrum, patruorum ac propinquorum.*

Brandenburgenſ. familiæ commendatio in his Commentariis.

Nec huius libri vos pœnitere debet: non enim fabuloſa Germanorum primordia, nec aniles nugas, excogitatas hiſtorias, quas ſomnia & fabellas potius dixero, quæ cum moleſtiam adferant, tum dedecus inurant, obtrudo: Sed Germaniæ noſtræ communis patriæ & dulciſſimæ altricis, deſcriptionem; ſitum limites, fertilitatem, popu-

Argumentum libri.

los, urbes, vicos, nemora, fluvios, montes: priſcorum cultorum originem, vocabula, mores, ſtudia, religionem: mutatos deinde colonos, novosq; habitatores. In quibus amœnum erit nonnunquam verſari, & oblectare animum. Germani eſtis, & Principes Germaniæ: Germanicas res noviſſe addecet; quarum hic compendium exhibemus. Et non tantum noſtræ recentioris Germaniæ notitiam habere convenit; ſed & vetuſtioris: quibus maioribus orti ſint Teutones; quanta virtute, potentia, laude & dignitate, ſemper enituerint Germani: qua fortitudine hoſtes, maxime Romanos, *rerum dominos gentemq; togatam, preſſerint; ſuos limites tutati, poſterius promoverent, regnumque ſtabilierint. Nulla unquam gens Germanos fide & fortitudine præcelluit: nulla unquam tam invicta permanſit, nulla ſuos fines tam late ampliavit, fortiſſimorumq; populorum cervicem tanta fortitudine fregit. Hæc ignoraſſe, propemodum piaculum eſt. Præterea, quæ fuit unquam gens, quæ ſuæ patriæ affectu ac amore non rapiatur?* Romani *ſuarum rerum tam ſtudioſi fuerunt; ut nemo maiorem impenſam ac operam illuſtrandæ patriæ contulerit. Nec* Græci *ſuas hiſtorias neglexerunt: multo minus* Hebræi. *Et quid nos Germani adeo habemus, præter peregrinas hiſtorias? Iniquum eſt, nos foris in alienis hiſtoriis videre; domi in Germanicis rebus cæcutire: Latiales hiſtorias noviſſe, patrias ignoraſſe. Pudor eſt, nos negligere res Germanorum, & tacendo pati eaſdem intercidere; quas facili opera poſſemus conſervare.*

Germanorum laus.

Germani habemus tantum peregrinas hiſtorias.

Maiores

Maiores & temporis iniquitatem accuſamus; quod nulla ſufficientia anteactæ vitæ monumenta reliquerint. Sed cum nos in tam fœlicia ſecula inciderimus: multo plus culpabit nos poſteritas, quod ſinamus oſcitantia, ne dicam ſocordia noſtra, patrias res interire; quæ diligenti inquiſitione ac opera poſſemus conſervare. Quæ malum, ingratitudo nos manet? Itaq; ego ab hac poſterorũ accuſatione abeſſe cupiens, patriæq; gratus eſſe, cui bonam vitæ noſtræ partem, iuxta Philoſophorum ſententiam, debemus; hæc denuo conſcripſi Commentaria, & id feci, quod potui. Si tantundem alii præſtiterint; non poterit nos negligentiæ, nec ingratitudinis culpare poſteritas. Ipſa denique raritas ſtudii huius, commendare debet meam diligentiam. Precor igitur amplitudinem veſtram, magnanimi Principes GEORGI *&* ALBRECHTE, *hæc mea Commentaria Germaniæ læto vultu amplecti, & ſi quando vacat, legere dignemini? nihil morantes quorundam iniquas cavillationes, hæc mea ſtudia amarulenta dicacitate non modo extenuantes; ſed penitus damnantes, quaſi nulli Theologo, nulli Chriſtiano, liceat profanas tractare literas. Servilis autem ingenii eſt, tantum carpere ac ridere aliena ſtudia: vel, ut Dei filius inquit, in alieno oculo cernere feſtucã; in ſuo nec trabem obſeruare. Hoc tamen vitii ineſt admodum multis hominibus: & maior eſt turba Momorum, Suffenorum, Mæviorum, Zoilorum, maſtigarum, & ſimilium ſycophantarum; pauci autem ſunt Ioves, & candidi alienorum operum iudices.*

Raritas commendet ſtudium.

dices. Suum cuique placet. Vos ampliſsimi Principes, quibus candor placet, ſycophantis illis neglectis, hæc noſtra, quæ in patriæ amorem & gratiam congeſsimus, benevole ſuſcipite & legite: meque deinceps, pro veſtra manſuetudine, quoque commendatum habete: quos ego ſupremo patri commendo. Valete fœliciſsime. Onoltzbachii. Menſe Decembri, ſub natalibus Chriſti.

Veſtræ clementiæ

deditiſſimus

ANDR. ALTHAMER.

COMMENTARIA

GERMANIAE,

IN P. CORNELII TACITI,

Equitis Romani, libellum de ſitu, moribus & populis Germanorum; ab Andreâ Althamero Br. conſcripta.

GERMANIA omnis, à Gallis Rhætiisq; & Pannoniis, Rheno & Danubio fluminibus; à Sarmatis Dacisq;, mutuo metu aut montibus, ſeparatur. Cætera Oceanus ambit, latos ſinus & inſularum immenſa ſpacia complectens; nuper cognitis quibusdam gentibus, ac regibus, quos bellum aperuit.

PRINCIPIO explicandum puto, quomodo *Corn. Tacito* Germania nota fuerit; ut abſolutam germanamq; ejus deſcriptionem tradere potuerit: cùm non Germanus, ſed homo

Quomodo Tacitus abſolutam Germaniæ deſcriptionem dare potuerit.

Romanus fuerit. E veterum monumentis cōſtat; Romanos rerum dominos, omnium regionum populorumque ſitum, & chorographiam, per legatos ſuos deſcripſiſſe, easq; tabulas Romę cōſervâſſe: unde docti cognoſcere potuerunt, quo terrarum ſpatio quælibet gens habitaret; quibus contermina; & quo compendio ad illas ſit perveniendum. Qualem Germaniæ chorographiam haud dubiè viderunt, *Plinius Secundus, Suetonius Tranquillus, Titus Livius, Pomponius Mela, Lucius Florus:* & è Græcis *Strabo, Cl. Ptolemæus, Stephanus, Arrianus Nicomedienſis*, ac reliqui Geographi: iisque tabulis uſi, ſua compoſuerunt commentaria. His quoque *Tacitum* uſum & adjutum fuiſſe, quis dubitat? Venit tamen in evidētiorem Germaniæ cognitionem, cùm Belgicam Galliam, quæ poſteriùs majori ex parte Germaniæ acceſſit, curaret: & poſtmodum ſub Fl. Veſpaſiano in ipsâ Germaniâ militaret, bonam ejus partem perluſtrando, non tantùm auritus, ſed & oculatus teſtis factus. Ipſe namque hoc libello teſtatur, ſe vidiſſe ſub divo Veſpaſiano Velledam virginem, diu apud pleroſque numinis loco habitam; quæ Bructera fuit, & ad Luppiam amnem, in ſecundâ Germaniâ, habitârat. Et videtur de ſe quoq; dicere, cùm ſcribit;

Tacitus fuit in Germaniâ.

ſcribit; *Ipſum quinetiam Oceanum illâ tentavimus:* de Friſiis loquens. & paulò infrà; *Hactenus in occidētem, Germaniam cognovimus.* Quia igitur Germaniam vidit, ejusque bonā partem perluſtravit, mores cognovit: (quod audacis experientiæ, & raræ admodum fortitudinis, ſummæ laudis & admirationis erat) voluit eandem, nondum ab ullo celebratam, deſcribere: conſiderans, id laboris ſibi laudi futurum; populo Romano decori, qui fortiſſimam gentem auſus fuiſſet Marte experiri; ipſis poſtremò Germanis ꝑpetuo ornamento, quorū ſcilicet virtutes Romani, ſuarum laudum præcones, non potuiſſent tacere: ut virtus celari non poteſt. Exactiſſima verò hæc eſt Germaniæ deſcriptio, quam orditur à ſitu, veteres ipſius limites præmittens. Proderit enim ad antiquæ hiſtoriæ cognitionem retinēndam, priſcos Germaniæ terminos obſervâſſe: tum ut cognoſcamus, quantum terrarum poſterioribus ſeculis Germaniæ acceſſerit, quàm ampla lataque à majoribus noſtris ſit reddita, promotis veteribus limitibus.

Terminos veteris Germaniæ noviſſe præſtat.

Germania, inquit, *omnis à Gallis Rhætiisq; & Pannoniis, Rheno & Danubio fluminibus; à Sarmatis Daciſq;, mutuo metu aut montib. ſeparatur.*) Id eſt, univerſa vetus Germania

Veteris Germaniæ limites. intra hos terminos continebatur. Rhenus limes eſt occidẽtalis, Gallos à Germanis dividens: Danubius meridionalis, Rhætos Pannonesq; excludens: Sarmatæ & Daci orientem tenent, quos Viſtula amnis & Carpatus mons terminant: Oceanus ad Aquilonem horret. Tacito ſubſcribunt reliqui geographi. Pomp. Mela, lib. 3. *Germania*, inquit, *hinc pis Rheni uſque ad Alpes; à meridie, ipſis Alpibus; ab oriente, Sarmaticarum confinio gentium; quà Septentrionem ſpectat, Oceanico littore obducta eſt.* Strabo in 7. *Prima hujus regionis partes, ſunt Rheno proxima*, &c. Julius Solinus Polyhiſtor, cap. 32. *Extenditur inter Hercynium ſaltum & rupes Sarmatarum. Ubi incipit, Danubio; ubi deſinit, Rheno perfunditur.* Cl. Ptolemæ[*], lib. 2. cap. 11. *Germaniæ latus occidentale, Rhenus fluuius terminat; Septentrionale, Germanicus Oceanus; Meridianum verò à parte occidentali, Danubius fluvius; Orientale verò latus terminat diſtantia, quæ fit à flexu Danubii ad Sarmatarum montes.* Iſti vetuſtiſſimi Germaniæ limites fuêre; continentibus ſe Germanis adhuc intra fines ſuos. nam quòd infra Tribocos, Vangiones, Nemetes, Ubios, Batavosq; cisrhenanos, id eſt, in Gallicâ Rheni ripâ poſitos, Germanorum populos appellat; ad recentiorem Germaniam, & poſteriùs occupatam,

patam, reſpicit: ii enim populi, pridem transrhenani, in Belgicam ripam conceſsêre; ut ſuo loco aperiemus. Quis enim neſcit, quanta ſit poſterioribus ſeculis Germaniæ facta acceſſio? bonâ Galliæ parte, totâ Rhætiâ, totâ Vindeliciâ, Scythiâ, Sarmatiâ, Pannoniâ, ſubactis & occupatis. Id quod perſpicuè explicavit *Æneas Sylvius Senenſis*, Romanus aliquando Pontifex, Pius ſecundus cognominatus, ad Martinum Mayer Maguntiacenſem, capite 32. *Comparemus*, inquiens, *cum veteri novam, & primùm de amplitudine dicamus. Danubius ac Rhenus, qui quondam Germaniæ limites clausêre, nunc per medios Germanorum dilabuntur agros. Belgica regio, quæ Galliæ prius portio tertia fuit, nunc majori ex parte Germaniæ ceſſit, linguâ & moribus. Helvetii quoque, gens antea Gallica, in Germanos transivêre. Rhætia tota, & ipſum Noricum, & quicquid Vindelici nominis inter Alpes Italas ac Danubium fuit, ad Germanos defecit. Ita ut etiam Alpes ipſas cœlo vicinas, & perpetuâ nive rigentes, nomen Germanicum penetrans, in Italiâ quoque ſedes poſuerit: Brixione, Merane, Bubranoq; in valle Atheſis occupato. Auſtria, quæ apud priſcos Pannonici juris fuit, & Norici portio, in Germanicum nomen converſa eſt. Styria, quam veteres Valeriam vocavêre, Teuto-*

Germaniæ amplitudo poſterius facta.

Danubius & Rhenus termini Germaniæ.

nicum morem atq; imperium ſubiit. Carni quoq;, quos modò Carinthianos, Carnioloſq; nominant, idem fecêre. Ita ut fontes Dravi Saviq; nominatorum fluminum, Teutonici juris exſiſtant. Neq; Alpes ulla inter Italiam atq; Germaniam ſunt, quorum ſumma cacumina non poſſideant Teutonici: qui ad orientem non modò Albim; ſed Oderam ac Viſcellam tranſmiſerunt. Et in ipsâ quidem occidentali Sarmatiâ, Ulmigerorum, & Gepidarum agros invasêre. Nam & Auſtria trans Danubium, & Moravia, & quicquid Sleſita ultra Oderam poſſident, Sarmatici quondam fuit ſoli. Quin & in Oceano & Baltheo ſinu, medias inſulas, ſui juris fecêre Teutones. Adeoq; veſtra natio germinavit: ut nomen veſtrum veriùs à germinando tractum putemus; quàm Straboni conſentiamus, qui Germanos quaſi Gallorum fratres dictos arbitratur. Hactenus Æneas. Quæ igitur pridem minor anguſtiorq; fuerat; regnantibus victoribusq; Germanis, reddita eſt ampliſſima. Hanc rem nuper diligentiſſimè indicavit *Beatus Rhenanus Seleſtadieſis*, in primo libro rerum Germanicarum.

Porrò non temerè ſcripſit noſter Corn. *Germania omnis.)* Eſt enim *ſuperior*, quæ & *prima*; & *inferior*, quæ etiam *ſecunda* ab authoribus dicitur; utriusque hic noſter meminit. In hiſtoriâ Auguſtâ, aut ſi mavis Annales dicere,

cere, lib. 3. *Viſellius Varro inferioris Germaniæ legatus* appellatur. Lib. 12. *Iisdem temporibus in ſuperiore Germaniâ trepidatum*. Libro 17. *Inferioris Germaniæ legiones diutius ſinè conſulari fuêre*. & in eodem libro: *Superioris Germaniæ legiones, ruptâ ſacramenti reverentiâ, imperatorem alium flagitare*. Claudius Ptolemæus Alexandrinus, libro ſecundo, cap. 9. in amborum mentione utrasque deſcribit. *Illa autem*, inquiens, *regio, quæ juxta Rhenum eſt, à mari uſque ad Obrincam fluvium, vocatur Germania inferior: in quâ ſunt urbes ab occaſu Rheni fluvii. Batavorum quidem mediterraneæ, Batavodurum. Supra quam Vetera. In quâ Legio trigeſima Ulpia; poſtea Agrippinenſis; deinde Bonna; deinde Trajana Legio; deinde Mocontiacum. Illa autem regio ab Obrincâ fluvio ad meridiem, vocatur Germania ſuperior: in quâ ſunt urbes, ab Obrincâ flumine incipiendo; Nemetum quidem Neomagus, Ruphiana: Vangionum autem, Borbetomagus, Argentoratum, Legio octava Auguſta: Tribocorum autem, Breucomagus, Elcebus: Rauricorum, Auguſta, Argentuaria.* Ammianus Marcellinus, qui ſub Imperatore Cæſare F. Claudio Juliano Auguſto militavit, diuq; in Galliâ atq; Germaniâ fuit; circa Dominicæ incarnationis annum CCCLXVI. libro 15.

ſcribit: *Secunda Germania, ab occidentali exordiens cardine, Agrippinâ & Tungris munita civitatibus, amplis & copioſis. Deinde prima Germania; ubi præter alia municipia, Maguntiacus, & Vangiones, & Nemetes, & Argentoracus, barbaricis cladibus nota.* Ptolemæus, libr. 2. cap. 11. etiam *magnæ Germaniæ* reminiſcitur. Inter primam & ſecundã Germaniam Treviri mediam ditionem tenuerũt ad Rhenum: ideoque Moſella amnis, quem Obrincam vocat Ptolemæus, utriusq; eſt diſcriminator. Eſt præterea & *Transrhenana* & *Cisrhenana Germania*, cùm apud Tacitum, tum etiam Ammianum in lib. 15. Utriusque Germaniæ appellationes ad noſtra tempora mãſerunt. nam prima, etiamnum *ſuperior & alta* dicitur, Das hoch Teutſchland: cujus bonam partem Alemanni tenent. Secunda, *inferioris* nomenclaturam retinet, Das nider Teutſchland/ vel Das Niderland: ſemidocti *Baſſam* vocant. *Superior Germania* hoc ſeculo habet, à Mœno flumine aſcendendo, *Franciæ orientalis portionem, Palatinatum ſuperiorem, Bojoariam, Auſtriam, Styriam, Atheſinam provinciam, Carinthiam, Rhætiam, Helvetiam, Sueviam, Elſatiam, Tribocos, Vangiones, Nemetes, Palatinatum inferiorem, ad Maguntiacum uſq;. Inferior Germania,* ab Obrincâ, id eſt, Mo-

Terminus ſuperioris & inferioris Germaniæ.

Germaniæ primæ nationes.

eſt Moſellâ, deſcendendo, comprehendit *partem orientalis Franciæ, Lotharingiam, Brabãtiam, Flandriam, Selandiam, Hollandiam, Gelriam, Friſiam, VVeſtvaliam, Haſſiam, Saxoniam, Marchiam, Daniam, Pomeraniam, Pruſſiam, Livoniam, Sileſiam, Moraviam, Bohemiam, Voitlandiam, Miſniam, Doringiam, ac reliquas adjacentes regiunculas.* *Germania ſecunda nationes.*

Noſtræ verò recentioris, & poſteriùs occupatæ Germaniæ limites, ſunt: ab oriente, *Hungaria* atque *Polonia*: ab occidente, *Francia occidentalis*, quæ eſt *Gallia*: ab meridie, *Italia*: à Septentrione, *mare Baltheum magnusq; Oceanus*. Terminos Germaniæ hoc tetraſticho complexus eſt Conradus Celtis, lib. 1. Amorum, elegiâ 3. *Germania recentioris fines.*

Turgidus Eois quam claudit Viſtula aboris,
Sed latus Auſtrinum maximus Iſter habet.
Rhenus ab occiduis limes ſed dicitur oris,
Et Boreæ partem gens Codonea tenet.

A Gallis.) GALLI, Europæ populi, potẽtiſſimo ampliſſimoq; regno nunc paſſim cogniti; ultra Rhenum, ad occidentem Germaniæ habitant: à *Francis Germaniæ* ſubacti, *Franci occidentales* cœpêre dici: ipſaq; provincia, *Francia*, Franckreich/ id eſt, Francorum regnũ. *Franci Germani*, illorum patres, Mœnum accolunt: ut fortiſſima gens, ita paſſim

nota. Galliam Julius Cęſar in provincię formã redegit; ſicut Suetonius in ejus vitâ ſcribit: *Omnẽ*, inquiens, *Galliam, quæ à ſaltu Pyrenæo Alpibusq́, & mõte Gebennâ, fluminibus Rheno & Rhodano continetur, patetq́ circuitu ad bis & tricies centum millia paſſuum; præter ſocias ac bene-meritas civitates, in provinciæ formam redegit: eiq́; in ſingulos annos ſtupendii nomen impoſuit.* Quâ de re exſtant ipſius Cęſaris commentaria. Hæc trifariàm diviſa: in *Tonſam*, ſive *Togatam*, quę & *Ciſalpina* dicitur; *Comatam*, quâ appellatione cognominatur omnis *Tranſalpina Gallia*; *Braccatam*, quę etiam *Narbonenſis* dicitur. *Togata* eſt illa Italię ora, quæ intra Padum, Rubiconem, & Apenninũ eſt: ubi etiam hodie vulgò *Lombardia, Forum Julii, & Romandiola*, provincię: in quibus *Aquileia, Mediolanum, Padua, Placentia, Bononia, Ravenna, Mirandula*, flos ac robur Italię, ſita ſunt. Itaq; Togatã eandem & Ciſalpinam, à togâ cum Latio cõmuni, Romani dixêre. *Comata*, quo nomine omnis Trãſalpina Gallia eſt nũcupata, ab intonſis crinib⁹. Veteres nãque Galli, pindeatq; Germani, nutriẽdę comę ſtudio tenebãtur. quo vocabulo illa Germanorũ gens Rheno ꝓxima, utramq; illius ripã attingẽs, à veterib. eſt appellata: *Rauraci, Triboci, Nemetes, Vangiones, Maguncіaci, Treviri,*

Galliæ diviſio & deſcriptio.

viri, Mediomatrices, Cõfluentis Rheni & Moſæ populi, Ripuarii, Vbii, Menapii, Eburones, Tungri, Bellicaſii, Nervii, Belgii, Bellovaci, Leuci, Morini, Atrebates, Ambiani, Romandui, unà cum reliquis Belgarum populis: id eſt, *Picardia, Flandria, Brabãtia, Hanonia, Campania, & Burgundia.* Sed cùm Gallos & Germanos, uno vocabulo, veteres Græci, CELTAS nuncupârint: hinc eſt, ꝙ Cęſar lib. I. de bello Gallico, in ſuâ Gallię diviſione, *Celtas non minorẽ totius Galliæ partẽ tenere* ſcripſerit: quã huic quoque Comatę adjiciemus; cùm horum in-primis maxima pars populorũ, Germanorũ & Belgarum inſtar, comas nutriat. Cęſar ſiquidem Galliã omnem in *Celtas, Aquitanos, & Belgas* dividens: Celtas Belgis ꝓximos, hęc voluit obtinere loca, ubi Auguſtus Cæſar quartam Gallię diviſionẽ *Lugdunenſem* locavit; quę in ſe habet populos veteribus vocitatos, *Valeſios, Burgũdiones, Sequanos, Heduos, Lingones, Lugdunos, Nivernos, Cenomannos, Redones, Senones, Andes, Turones, Carnutes, Britones, Pariſios, Veromãduos:* hodie *Helvetii, Veſontii,* (aliâs *Biſantii,*) *Verdunẽſes, Divionẽſes, Belnenſes, Auguſtoduni, Bibracta, Matiſconenſes, Cabillonenſes, Aurelianenſes, Lutetii*; pluraq; alia *loca ad Ararim, Ligerim, Sequanam & Matronã* flumina, ſita, quę longũ eſſet enumerare, hęc nũc *Normãdia, Francia, Burbonia, & Avernia* dicitur.

Braccatā, quæ *Narbonenſis* dicta, à braccis, id eſt femoralibus prolixis, quibus utebantur: qui præter hæc ſagis tecti, Strabone teſte lib. 4. geographiæ, & veſtibus brevibus, quibus vix nates tegere poterant, veſtiebantur. Hæc etiam Celtis mixta, hos habet populos priſcis memoratos: *Allobroges*, provinciam Romanorum, *Toloſatios*, *Narbonenſes*, *Ruſcinos*, *Tectoſages*, & *populos inter Iſaram & Rhodanum*; qui civitates habent nobiliſſimas, *Gebennam*, *Maſſiliam*, *Niceam*, *Toloſam*, *Narbonam*, *Perpenianam*, *Arelatenſem*, *Carcaſſonã*, *Avinionum*, *Viennam*, *Valentiam*, *Biterras*, *Agathopolim*; & plures alias, quas nimis prolixum eſſet recenſere. Hæc Narbonenſis & Braccata Gallia, nunc *Sabaudia*, *Delphinatus*, *Provincia*, & *Langedoc* appellatur. *Aquitania* quoq; in hoc tractu ſequitur, non ignobilis pars Galliæ, ad Garumnam fluvium; quæ corporibus hominum & linguâ à cæteris Gallis differt. Civitates & populos habet à veteribus enumeratos: *Pictones*, *Tarviſatios*, *Tarbelos*, *Bigerones*, *Garumnos*, *Cocoſates*, *Sigubates*, *Auxitanos*, *Vaſſarios*, *Fluſſatos*, *Bituriges*, (horum oppidum *Avaricum*, cujus Cæſar lib. 7. belli Gallici meminit) *Burdegalam* inter Garumnam & Auſcios, Auſonii patriam; *Andegaviam*, *Turoniam*, *Ruthenos*,

Lemo-

Lemovicos, & Avernos. Liger potiſſimùm in eâ regione fluvius eſt, qui provinciam eam à cæterâ Galliâ diducit. Nomina etiam quædam habet recentia; putà, *Claremontenſes, Sancti Flori, Tutelenſes, Mimotenſes, Albienſes, Caſtrenſes, Amicienſes, Vabrenſes*; & plura hujusmodi, quæ brevitatis cauſsâ hîc omittuntur. Habes, lector, brevem Galliæ deſcriptionem; quam nobis Halæ in Saxonibus communicavit *Ambroſius Leymbachus*, vir humaniſſimus & nullis non doctrinis deditus; qui in Galliâ verſatus, ſingula oculis ſuis conſpexit. *Ambroſius Leymbachus.*

Galliæ amnes Sidonius Apollinaris, in panegyri ad Majoranum, perſtrinxit:

Rhenus, Arar, Rhodanus, Moſa, Matrona, Sequana, Ledus,
Clitis, Claris, Atax, Vacalis, Ligerimq; bipenni
Exciſum per fruſta. &c.

Sunt etiam Garumna, Iſara & Druentia, lacus Lemanus.

Montes; *Vogeſus* & *Juraſſus*. Promontoria; *Curianum* & *Gobeum*. A Galliâ Rheno adjacente, bona pars poſterioribus ſeculis adnumerata eſt Germaniæ; velut *Helvetii, Elſatia, Lotharingia, Lucelburgium, Burgunda, Brabantia, Hollandia, Selandia, WWeſtria* (ſeu *WWeſtrycha*, imperitis *Neuſtria* dicta.) Et quia *Gallia pars ad Germaniam tranſivit.*

vis *Helvetios*, *Nátuates*, *Tribocos*, *Mediomatricos*, *Vangiones*, *Nemetes*, *Ubios*, *Tungros*, *Batavos* & reliquos Rheni accolas ad ripã Gallicam, quidam attribuerint Gallis: forſan ꝙ ultra Rhenum, in ipsâ ripâ Gallicâ, Galliȩ cõfinia accoluerint: (Rhenũ enim Galliȩ Germaniȩ que diſcriminatorẽ fecerunt) aut quòd Frãcorũ reges, ꝗ tamen Germani fuerunt, illis aliquando imperaverint, ſub Pipinis, Carolis & Ludovicis, &c. tamen Germanos fuiſſe, infrà fusè demonſtrabimus.

Rhætia divisio & descriptio.

Rhætiisq́.) Rhætia antiquitus in *primã* & *ſecundam*, *ripenſem* & *mediterraneã*, diviſa fuit: & ab ipsâ Germaniâ Danubio flumine ſeparata cũ quâ prȩter Iſtrũ nihil habuit cõmune. *Prima Rhætia*, quæ & *ſuperior*, cõplexa eſt *Alpes.* ſed & trans *Rhenũ & Prigantinum lacum*, versùs occidentẽ & *Rhodanum* flumen, ſuam habet portionẽ: inſuper bonam ejus provinciȩ partẽ comprȩhendit, ꝗ *Atheſinã*, ab Atheſi amne, vocant. In *Velinã* prȩterea *vallem* & *Lariũ lacum* excurrit; ubi Rhȩticũ, generoſum hercle vinũ, generat: quo in-primis delectatus eſt Auguſt' Cȩſar, velut de illo Strabo lib. 4. & Suetonius Tranq. ꝓdiderunt. Ipſum quinetiã Virgilius Georg. 2. & Plin. lib. 14 c. 6. hiſt. mundi, celebraverũt. Alemanni *Veltlyner & Paſſauner*, *Traminiũ* & *Vernaciolũ* quoq;

Rhæticum vinum.

quoq; vocāt. In hac ſupiori Rhętiâ ſunt civitates: *Matreio, Brixia, Curia* epiſcopalis urbs, *Feldkirchiū, Arbor fœlix*(hoc eſt, *Arbona*) *Prigantia, Lindaviū, Ravaſpurgū, Taxagetiū*, (id eſt, *Rotvvyla*) *Campodunū*,(Keinten) *Campi Cavini*,(Kauffbeyzen) *Abuſiacum*, (hoc eſt, Fieſſen) *Oenipōs, Auguſta Rhatia*,(id eſt, *Augſpurgū*.) Hi Rhęti nūc vernaculo Germanorū ſermone, *Gryſones*(Graubündter,) *Engedini, Curiēſes, Atheſini* (die Etſchländer) *Tirolenſes, VValgavii, Hegovii, Algavii* nuncupantur.

Rhatia ſecunda ſive *inferior*, ab Lyco amne, qui primā à ſecūdâ diſterminat, incipit: & ad Oenū amnem usq; porrigitur, qui Rhætiæ, Noriciq; terminus eſt. Hæc compræhendit *Vindeliciam:* Bojoarii ipſam hodie incolunt. *Reginoburgium* atq; *Pataviū* urbes, in Danubii ripâ ſitę, ad hanc ſpectare videntur. *Ripenſis Rhatia*, mihi patria, eſt ea portio provincię, quę Danubii ripam attingit: in quâ ſunt, *Vlma, Guntia*, (id eſt, *Guntzburgum*) *mons Oſtberg, Giengena, Vallis Brentiana, Comitatus Burgovienſis, Laugingiacū, VVerdea* cis & ultra Danubium: *Riſa* (das Ries) Suvcię portiūcula, in quâ *Nordlingiacū, Bopfingen, Comitatus Oetingenſis*, veteris Rhętię nomenclaturā retinet. *Mediterranea Rhatia*, eſt tractus qui interjacet; per quem *Iler, Guntia, Camilachus, Mindula*, *Zuſum & Smuter* fluvii, la-

buntur: ubi *Memmingiacum* & *Mindelheimium* viſuntur; & *Reiſchnavia*, quæ inter Zuſum & Smuterum interpoſita eſt. Rhætiam in provinciæ formam redegit Auguſtus Cęſar, per Tiberium & Druſum; Vellejo Paterculo, Suetonio & Horatio autoribus. Solinus cap. 34. *Rhæticum agrum bonum frugibus, opimum & feracem*, *Brigantino lacu nobilem*, refert. *Brigantinus* autem *lacus*, *Conſtantienſis* hodie appellatur; ſicut mox in Rheni deſcriptione dicetur. Claudianus ad Stiliconem ſcribit, Rhætiam emittere *Danubium ac Rhenum*, iis verbis:

Rhætia Danubiũ Rhenumq́; parenti.

———*Sublimis in arcton*
Prominet Hercynia confinis Rhætia ſylva,
Quæ ſe Danubii jactat Rheniq́; parentem.

Univerſa Rhætia ſub ipſam venit Germaniam; ad quam pridem non pertinebat, moribus, linguâ, & flumine Danubio diſcreta: nunc intra Germaniam connumerata, germanicum idioma recepit; præter *Alpeſtris Rhætiæ* partem, quæ adhuc Romanâ linguâ utitur. *Suevi Alemanni* nunc Rhætiam tenẽt. Et tradit ipſe Tacitus lib. 1. annalium, *ſub ipſo Cæſare Tiberio Suevos Rhætiæ imminuiſſe*. Et poſtea Ammianus Marcel. lib. 16. *Suevos Conſtantio imperante Rhætias incurſâſſe* narrat. Et in hæc usque tempora Suevi, qui primitus ad

Rhætia nunc Suevia eſt.

Albim

Albim conſederant, Rhætiam occupaverunt: quæ, mutato nomine, à novis cultoribus *Sueviæ* appellationē ſumpſit. At RHETICO mons, apud Pomp. Melam lib. 3. eſt jugū illud Rhętiæ primę, inter fines *Curienſium* & *Valleſianorū*, Helvetiis imminens: cujus adhęrens vallis vetuſti nominis reliquias ſervat: vulgò enim *Bratigau*, (vicū habens *Ienatium*) id eſt Rhętorū ager, pagus aut vallis, ꝓ Rheticone appellatur. Puto inſuper Pomponiū *Bratigau*, ad Romanę linguę figurā, in Rheticonem deflexiſſe. Dicitur præterea vallis *Montaſunn*, à *Comitibus de Sonnebergo*, quibus paret. RHAETICÆ autem ALPES, quę Rhenū effundūt, latè porriguntur: & ab *Curiâ*, Rhętiæ civitate, ſupra quam occidentem versùs oriuntur, per *Helvetios*, *Tridentum* usq; contra orientē vagantur: variaq; adſciſcunt nomina. Ubi incipiunt, *Gryſones*, (Graubünder) *Engedini*, & *Helvetica montana* (das Schweitzergebirg/) zun Einſideln (id eſt *ad Anachoritas*,) mōtes *S. Bernhardi*, *S. Gothardi*, (der Gotthart) *Sprulius*, *S. Nicolai*: ubi deſinunt, *Tridentinæ alpes*, (das Trientiſch gebirg) nuncupantur: ac juxta accolarum diverſitatem, diverſa invenerunt vocabula. De his ſcripſit etiā And. Alciatus Mediolanenſis, in annotatiunculis ſuis quas in Tacitum dedit. *Sunt*,

inquit, *& Rhaticæ alpes, quibus in Rhætos vadimus, quos vulgò Chriſones vocant. incipiunt ab Adyâ monte (Straboni corruptè legitur, nũc Adula, nunc Aduela) id eſt, inacceſſo: vernacula ſimplicitas montem Bralium nuncupat in Volturenâ, ſeu, ut imperiti, in valle Telinâ; & in Venetiam protenduntur, donec Ocræ ſubeant.*

Et Pannonius.) PANNONIA ab oriente habet *Mœſiam*, quæ *Servia* & *Bulgaria* dicitur hodie; ab occidente, *Noricum:* Septentrionẽ ejus, *Germania* & *Danubius*; auſtrum, *Liburnia Illyricis montes* excipiunt. C. Solinus cap. 34. de mundi memorabilibus, Florus lib. 4. ca. 12. Appianus, Pannoniam *Savo, Dravo* & *Danubio*, fluminibus inclytis, & duobus ſaltibus incluſerunt. Pannoniam à Lentulo proconſule debellatam: ab Auguſto in provinciam per Vibium redactam; Florus, Suetonius in Auguſto cap. 21. atq; Eutropius lib. 7. memoriæ prodiderunt. Tiberius Pãnonico bello *Breucos* (*Brennos* alii vocant) inferioris Pannoniæ populos, & *Dalmatas* ſubegit; eodem Suetonio in Tiberii vitâ referente. A *Pãnone* rege, cujus apud Methodium eſt mẽtio, nomen ſumſiſſe fertur. Hujus cultores *Pannones, Pannii*, & *Paones*, ab hiſtoricis appellantur; App. Alexandrino teſte: qui in libro, qui *Illyricus* inſcribitur, *Paones*, inquit,

natio

natio ingens, circa Iſtrum per longum incolens, ab Iapodum populis ſupra Dardanos protenditur. Hi Pæones à Græcis, à Romanis Pannonii appellantur; & ab illis (Romanis) *ut præmiſimus, inter Illyrios annumerati ſunt.* Idem in eodem libro: *Nemoroſa Pæonum regio eſt, & in longum ab Iapodum populis, usque ad Dardanos protenditur. Pæones nullas urbes habent; agros duntaxat & villas per cognationes poſſident.* & plura alia ibidem. Porrò ipſa *Pannonia* duplex eſt: *Superior,* & *inferior.* quare Tacitus, Pannoniis, plurativo numero uſurpavit. SUPERIOR PANNONIA, quæ & *prima,* ab occaſu *Noricum*; à ſeptentrione *Germaniam & Iſtrum*; ab oriente *Pannoniam inferiorem*; à meridie *Illyrim* habet. Ipſa ad montem *Cæcium* Norico, ut dixi, conjungitur. Hodie *Auſtria* & *Styria* (Oeſterreich vnd Steyrmarck) appellatur. Tota hæc Pannonia Germaniæ addita, etiam Teutonico ſermone utitur. In hac, præter alias, VIENNA preclariſſima civitas ſita eſt, Gymnaſio celeberrima; & nuper nobilior reddita, obſidione Turcæ, hoſtis Chriſtiani nominis crudeliſſimi, quem ad ſua redire, & obſidionem ſolvere coëgit. Apud Ptolem. lib. 2. cap. 14. putant hanc *Juliobonam* vocari; alii verò *Flexum*. Inter Danubium & Dravum,

Pannoniæ pars eſt, *Valeria*: *Croatiam* (Crabaten) vocant hodie: quę & ipſa frequẽter Turcarum irruptioni patet. Hęc ora feraciſſima eſt vini: gignit & crocum & zinziber, quod in monte juxta *Hamburgum* oppidũ, in medio Auſtriæ Pannoniæq; naſcitur. Inferior Pannonia, etiam *ſecunda* vocitata, à ſeptemtrione *veterem Germaniam Danubiumq́*; ab occaſu, *Pannoniam ſuperiorẽ*; à meridie, *Liburniã ſive Illyrim*, nunc *Sclavoniam* (Wendenland) dictam; ab ortu verò, *Jazygas Metanaſtas*, (id eſt, *Septemcaſtrenſes*) proſpicit. Hæc hodie ſub *Hungariâ* propemodum eſt: quamvis latiùs in Scythiã usq; protendatur Hungaria. Hujus inferioris Pannonię pars, Savo flumini imminens, *Savia* & *Savienſis regio* dicta eſt Romanis. Utraq; Pannonia miſerè afflicta eſt ętate noſtrâ, ab Turcarũ tyranno immaniſſimo: cùm fuerint fœcundiſſimę Cerere & Baccho. Veteres Pannonii cum Germanis nihil cõmune habuerunt, quàm Danubiũ flumẽ. Nunc Pannoniã primam Germani tenent & bonã quoq; partẽ ſecundę. Superior Pannonia Ducib' Auſtriacis audit: dũ hęc ſcriberẽ, erat *Ferdinandus Cæſar*, Caroli Auguſti Imperatoris noſtri frater. De inferioris Pannonię imperio, ab *Ludovici Hungariæ regis* interitu, certant, divus *Ferdinãdus Cæſar*, Ludovici gener;

ner; *Ioannes Comes de Zyps*, quem à pręfecturâ *VVayvodam* appellant; & alii quidam reguli. Nec *Turca* ab Hungarico regno abſtinet. *Gothi* primùm Hungariã incoluiſſe ferũtur: indè *VVandali*: poſtremò *Hunni*, qui & *Avares*; qui ut regionẽ obtinuerunt, etiam nomẽ ſuum indiderunt. Ab Hunnis enim eſt Hungaria. De quâ ſi plura nôſſe velis, lege Franciſcum Philelphũ, epiſtolarum lib. 34. epiſt. 21. Exſtat etiam Hungarię Chronicon, fabuloſius forſan, quàm ut lectu dignum ſit.

A Sarmatis.) SARMATIAM pariformiter bifariàm diviſerunt chorographi: altera *Aſiatica* eſt, *Europaa* altera. *Sarmatia Aſiatica*, terminatur à ſeptentrione, *terrâ incognitâ*: Ptol. lib. 5. cap. 5. ab occaſu, *Sarmatiâ Europaâ*, *Tanai fluvio, Mæotide palude, ac Cimmerio Boſphoro*: ab ortu, *Scythiâ intra Imaum montem, & mari Caſpio*: à meridie, *Euxino mari, Colchide, Iberiâ ac Albaniâ*. In hac ſunt *Amazones, montes Hyperborei, Caucaſus, Mithridatis regia, Alexandri columna*. Hæc Sarmatia hodie *Tartaria* dicitur: non agnoſcit Chriſtianam religionem, ſed ſuis ethnicis ſuperſtitionibus adhuc dedita eſt. Imperator Tartarorum nomine paſſim notus eſt. SARMATIA verò EUROPÆA, ſecundùm Ptol. lib. 3. cap. 5. terminatur à ſeptentrione, *Oceano Sarmatico*:

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ab occaſu, *Viſtulâ* amne: à meridie, *Iazygibus Metanaſtis, Daciâ ac Myſiâ inferiore*: ab ortu, *Sarmatiâ Aſiæ, Tanai flumine, Mæotidéque palude.* In hac eſt *Boryſthenes*, maximus fluvius. Hæc regio noſtrâ ætate in multas ſeparata eſt dynaſtias: *Poloniam*, quæ habet regiam & ampliſſimam civitatem *Cracoviam*, academiâ inſignem; *Ruſſiam, Pruſſiam, Livoniam, Litvaniam, Moſcoviam, Podoliam, Albam Ruſſiam, Vandaliamq́ue*. Harum populi *Sarmatæ*, à Græcis *Sauromatæ* dicuntur. aliqui hos *Scythas* quoque dixerunt. hinc Plinius Secundus, lib. 4. nat. hiſtor. cap. 12. *Scytharum nomen uſq́ue-quaque in Sarmatas & Germanos tranſiviſſe* teſtatur. Authores omnes, ſeptentrionis populos paſſim Scythas nominant. Unde *Scythicum & Sarmaticum mare*, eſt ſeptentrionale. De utrâq; Sarmatiâ exſtat libellus Matthiæ de Miechou Cracovienſis.

Matthius de Miechou.

Daciśq́ue.) DACIA, autore Ptolemęo capite octavo libri tertii, à ſeptentrione proſpicit *Sarmatiam Europæ*; ab occaſu, *Iazyges Metanaſtas*; à meridie, *Mœſiam ſuperiorem & Iſtrum fluvium*; ab oriente, *inferiorem Mœſiam Danubiamq́ue*. Eam *Suevi*, Carpati montis accolę, occupaverunt aliquando, vicini tum Daciæ: quemadmodum è Plinio colligitur, qui de Danubio loquens lib. 4. cap. 12. nat.

Suevi Daciam occupaverunt.

hiſtor. in hunc modum ſcribit: *Ab eo in plenum quidem omnes Scytharum ſunt gentes, variæ tamen littori appoſita tenuêre: alias Getæ, Daci à Romanis dicti: aliàs Sarmatæ, à Græcis Sauromatæ, eorumq; Hamaxobii. Superiora autem inter Danubium & Hercynium ſaltum, uſque ad Pannonica hyberna Carnunti, Germanorumq; ibi confinium, campos & plana Jazyges Sarmatæ: montes verò & ſaltus, pulſi ab his Daci, ad Pathiſſum amnem, Amorois ſive Duria eſt, à Suevis regnoq; Vanniano dirimens eos.* Refert etiam Cornelius Tacitus lib. 2. hiſtor. Auguſtę: *Suevos, Marcomannos & Gothones, ſub Tiberio Cæſare, inter flumina Marum & Cuſum locatos; dato rege Vannio gentis Quadorum. Marus* & *Cuſus* amnes ſunt Daciæ. Marum Plinius *Amoroim*; Strabo lib. 7. *Mariſum*; Tranſſylvani *Moroſſum*, vulgò Metiſch appellant. Cuſus hodie *Chryſa* aut *Keres* dicitur, *Tibiſco* infunduntur.

Daciam nunc partim *Germani*; partim *Hungari*, *VValachi*, atque *Turcæ*, tenent. *Germani*, qui Daciã incolunt, *Tranſſylvani* & *Septemcaſtrenſes*, (Sibenbürger) à montanis q̃bus inſidẽt, appellantur. *Tibiſcus* fines ipſorũ alluit; *Alutas* p̃terfluit. Urbes in Tranſſylvaniâ, quorũ Ptol. lib. 3. meminit sũt: *Zarmi-* *Tranſſylvaniæ urbes.*

gethuſa, quæ nunc *Corona*; & *Zeugma*, id eſt. *Clauſenburgum*. Et præter illas claræ ſunt: *Cibinium*, (quę eſt *Hermanſtadium*,) *Sabeſus*, (Millenbach,) *Biſtricia* (Noſen,) *Alba Julia*, (*VVeyſſenburgum*.) Sermo gentis teutonicus; qui è Germaniâ illûc profectos arguit. Carolus Magnus traditur, illûc in Tranſſylvaniam traduxiſſe colonos è Saxoniâ. Et longè alia eſt hęc Dacia ab eâ, quæ ad *Cimbricam Cherſoneſum & aquilonem Germaniæ* poſita eſt, inter *Sueciam* & *Saxoniam*, peninſula maris Germanici: q̃ *Dania* ſeu *Danomarchia*, (id eſt, Dennmarck) non Dacia, eſt appellãda. Noſtra enim hæc, de quâ Corneli⁹. ad Danubium jacet: quod vel unus Virgilii, lib.2.Geor. docet verſiculus:

Et conjurato deſcendens Dacus ab Iſtro.

Auguſtus Cęſar primò Daciam ſubegit: cujus meminit idem Virgilius in fine octavi Æneidos: *Indomitiq́ Daci*. Florus tamen libro quarto, cap. 12. Daciam tum non victam; ſed ſubmotam & dilatam ab Auguſto, refert. Flavius Domitianus, juxta Suetonium, de Dacis Catiſque duplicem egit triumphum. Eam Ulpius Trajanus, victo Decibalo, rurſus ſubegit; urbes in eâ condidit; coloniasq́; deduxit: ut ſcribit Eutropi⁹ lib.7. Gallieno imperãte, Dacia ꝓvincia

cia amiſſa eſt, occupantibus illam Gothorum nationibus, è Scandiâ & inſulis Germanici maris egreſſis: poſtmodum à Gepidis, Imperator Aurelianus duas Dacias conſtituit in Mœſiæ regionibus: *Ripenſem*, & *mediterraneam*: VValachiæ vocantur.

Mutuo metu.) Pom. Mela, lib. 3. de Germaniâ: *Qui habitant, immanes ſunt animis atq; corporibus: & ad inſitam feritatem vaſtè utraque exercent; bellando animos, corpora ad conſuetudinem laborum.* Et ipſe Tacitus, *Germaniam informem terris, aſperam cœlo, triſtem cultu & aſpectu*, vocat: Præterea *terram in univerſum aut ſylvis horridam, aut paludibus fœdam.* Sunt rurſus *Sarmatæ ac Daci*, Horat. teſtante lib. 1. car. odâ 25. *ſævi atque truces.* Quo ſit, ut mutuus horror, aſperitas locorum, metusque intervenerit, quò minùs alterutrum terras popularentur. Accedit ad hunc metum, & montium interjacentium inacceſſa altitudo horrorq;: ſylvarum denique aſperitas, quæ prohibent vicinorum hoſtium ſubitam irruptionem. Velut itaque Germania, Rheno à Gallis, Danubio à Pannoniis ſeparatur: ita mutuus metus, rupes excelſę, & denſa nemora, Germanos à Sarmatis Dacisque diſterminant. Montes intellige, quos Ptolemæus nominat *Aſciburgium*, *Carpatumq;*, *Cremniz* *Montes inter Germaniam & Daciam.*

& *Semnitz*) qui Hungariam, Poloniam, ac Germaniam disjungunt. Ipſa quoq; Dacia, in coronæ ſpeciem, montibus eſt cincta. Florus lib. 4. cap. 12. *Daci montibus inhærent.* Solinus Polyhiſtor cap. 32. *Extenditur Germania inter Hercynium ſaltum, & rupes Sarmatarum: Sub nemoribus verò Hercynium jugum. Nam ſylva Hercynia oritur ab Helvetiorum, & Venetum & Tauracorum finibus; rectâq; fluminis Danubii regione pertinet ad fines Dacorum, & Anartiũ:* velut C. Julius Cæſar, lib. 6. belli gallici, ſcriptum reliquit; & nos infrà narrabimus, in deſcriptione Hercyniæ.

Cætera Oceanus ambit.) Cætera videlicet loca Germaniꝑ aquilonaria. *Oceanus*, mare ſeptentrionale, quod & ipſum Germaniæ vocabulũ ſibi aſcivit. *Germanicum* enim *mare* nuncupatur. idem & *Balticum mare*, à *Baltiâ* inſulâ, cujus Pli. lib. 4. nat. hiſt. cap. 13. meminit. *Vandalicũ*, à Vandalis; *Suevicum*, à Suevis; *Sarmaticum*, à Sarmatis; *Scythicum*, à Scythis, quos alluit; & nunc ab Pomeranis, *Pomeranicũ* appellatur. Hic Oceanus ambit, cingit, & circũfluit ſinus atq; inſulas Germanorũ; velut Pom. Mela, lib. 3. quoque retulit. *Sinus* vocantur flexuoſi littorum anfractus; excavati maris in terram receſſus; terra ſpatiosè in fretũ excurrens; curva littora, mare quaſi brachiis

Sinus Oceani.

brachiis amplectentia. Saxones ſuâ linguâ ſinum excurrentis fluminis, ſtagni aut maris, *VVick* appellãt: unde *VVigevones* dicti maritimi & littorales, qui ſinus inhabitant. Unde etiam crebræ illæ locorum appellationes ad ſinus Oceani, ſtagnorum aut fluminum: velut *Sleſvvig*, *Oſtervvig*, *Bardervvick*, *Hardervvick*, *Brunſvvig*, & ſimiles. Maximus eſt ſinꝰ prope *Lubicã*, maritimam Saxoniæ civitatẽ, quem *Cimbri* & *Chauci* accoluerũt. Hunc putant à Plinio lib.4.cap.13. & Pom. Melâ, lib 3. *Codanum* dici. Alius eſt ad Pruſſiæ & Livoniæ littora, *Clylipenus* Plinio; *Venedicus* à Ptolem. lib.3. cap.5. appellatus: quem *Balteum* quoq; vocari tradunt. Ex iis ſinibus *Saxones* ac *Francos* prodiiſſe memorant. Porrò *Inſulæ* ſunt, in mari loca undis undique circumflua, diſcretæ à continenti: dictæ ab eo, quòd in ſalo ſunt; ut refert Martianus: noſtrate linguâ Werd & Aw vocantur. De inſulis verò Oceani noſtri, Pli. lib.4. cap.13. hiſt. mundi, ita ſcriptũ reliquit: *Xenophon Lampſacenus, à littore Scytharum tridui navigatione, inſulam eſſe immenſæ magnitudinis, Baltiam tradit. Eandem Pytheas Baſiliam nominat. Feruntur & Oonæ, in quibus ovis avium & avenis incolæ vivant. Alia, in quibus equinis pedibus homines naſcantur, Hippopodes appellati. Faneſiorum alia,*

De inſulis Germanici maris.

in quibus nuda alioquin corpora, prægrandes ipſorum aures, tota integant. Incipit inde clarior aperiri fama ab gente Ingevonum, quæ eſt prima: Inde Germania. Mons Sevo ibi immenſus, nec Riphæis jugis minor, immanem ad Cimbrorum uſque promontorium efficit ſinum, qui Codanus vocatur, refertus inſulis: quarum clariſſima Scandinavia eſt, incompertæ magnitudinis: portionem tantum ejus, quod ſit notum, Hillevionum gente quingentis incolente pagis; quæ alterum orbem terrarum eam appellat. Nec eſt minor opinione Eningia. Quidam hæc habitari ad Viſtulam uſq; fluvium, à Sarmatis, Venedis, Scyris, Hyrris, tradunt. Sinum Clylipenum vocari, & in oſtio ejus inſulam Latrin. Mox alterum ſinum Lagnum, conterminum Cimbris. Promontorium Cimbrorum excurrens in maria longè peninſulam efficit, quæ Hauſtiſus appellatur, viginti tria millia paſſuum. Inde Inſulæ Romanis armis cognitæ. Earum nobiliſſimæ; Byrchana, Fabaria à noſtris dicta, à frugis ſimilitudine ſponte provenientis; item Gleſſaria, à ſuccino militiæ appellata; à barbaris Auſtrania, prætereà, Actania. Toto autem hoc mari, ad Scaldin uſque fluvium Germaniæ, accolunt gentes haud explicabili menſurâ. Idem capite 15. ejuſdem libri: *In Rheno autem ipſo,*

Inſula Rheni. *propè centum millia paſſuum in longitudinem, nobiliſſima Batavorum inſula, & Caninefatum; & alia*

aliæ Friſiorum, Cauchorum, Friſiabonum, Sturiorum, Morſatiorum, quæ ſternuntur inter Helinum ac Flevum. ita appellantur oſtia, in quæ effuſus Rhenus, ab ſeptentrione in lacus, ab occidente in amnem Moſam ſe ſpargit; medio inter hæc ore, modicum nomini ſuo cuſtodiens alveum. Ptolemæus quoque libro 2. cap. 11. *Inſulæ Germaniæ adjacent juxta Albis fluvii oſtia tres, Saxonum appellata. Supra autem Cimbricam Cherſoneſum aliæ tres, Alociæ dictæ. Ab orientali parte Cherſoneſi quatuor, Scandiæ nuncupatæ: tres quidem parvæ; una verò, quæ maxima earum eſt, & maximè orientalis, juxta Viſtulæ fluvii oſtia. Vocatur autem & hæc propriè Scandia: & tenent ipſius occidentalia Chadini; orientalia verò Phavones & Phiraſi; meridionalia, Gutæ & Dauciones; media autē tenent Levoni.* Albertus Crātzius, in Vandalicâ ſuâ hiſtoriâ, ſparſim meminit inſularum maris Germanici; & has ab eo nominatas obſervavi. *Saxonū inſulam, quam,* inquit, *noſtri ſacram vocant terram; Daniam, Sueciam, Norvegiam, Sialandiam, Fioniam, Zelandiam, VVagriam, Phinniam, Ottoniam, Falſtriam, Lalandiam, Fimbriam, Pole, Buze, Criſtoam, Rugiam, Oldam, Monam, Samſam, Hithim, Strelam, Gorgeſvverder, Bernholm, & Parvvalck.* Poſt hunc etiam Iacobus Ziegler Landavus, quaſdā celebravit Oceani noſtri *Iacobus Ziegler.*

inſulas, ab Scandiâ ſumto exordio; quæ Cimbricæ Cherſoneſo adverſa eſt, tria complectens regia imperia. *Nordvegiam*, id eſt, ſeptentrionalem viam. Nord enim germanicâ linguâ ſeptentrionem ſignificat; Weg, viam. Hæc mittit in Europam piſcem ex genere aſellorum, frigore induratum, & extentum in fuſtem: unde ipſum Germani Stockfiſch vocant; Barbari *Strumulum*; aliqui *Salpam*. Alterũ regnũ eſt *Suecia* ſive *Suedia*, (Schweden) dives argenti, æris, plumbi & ferri; frugũ, pecoris; & proventu immenſo piſciũ, ex fluminib. lacubus & mari; venationib. quoq; ferarũ. Tertium regnum, *Gothia*, id eſt, bona. hæc triplex eſt; Orientalis, occidentalis, & meridionalis. Noti ſunt hujus populi, *Gothi*. Continet quoque *Scandia*, hoc eſt, *Schonlandia & Selandia*, dynaſtias triginta ſeptem; quæ regib. parent. Sunt præter has aliæ in Oceano inſulæ, regionesque: videlicet *Grönlandia*, id eſt, vires terra; ſic ob inſignem proventum pabuli dicta. *Islandia*, hoc eſt glacialis terra, inter Daniã & Nordvegiam: veteres hanc *Tylen* dixêre. *Hetlandia*, Orchadum inſula maxima. *Farenſis* inſula, *Laponia* ſeu *Pilappenlandia*, terra extrema Scandiæ; quæ ſylveſtres alit homines, *Lapones*, quaſi ineptos parumque idoneos, appellatos. *Angermannia*,

Scandia dynaſtia triginta ſeptem.

mannia, ducatus Sueciæ. *Finlandia*, id eſt, pulchra terra, vel fina terra; quomodo finum aurum & argentum vulgò dicimus: quę Finnonico ſinui, qui & Venedicus, nomen dedit. *Gotlandia* inſula. *Eningia*, id eſt, ſingularis; quòd ſit eximiæ fertilitatis. Has inſulas circũluit *Oceanus Germanicus*, de quo ſub finem libelli plura annotata ſunt. Hic Oceanus & aquilonaris Germaniæ regio, mirè populorum fœcunda parens fuit; quæ innumeras gentes in alienas terras extruſit: ut maximorum authorum conſenſus affirmat. Ex Scandiâ enim, & finitimis inſulis ſinubusq;, prodiêre *Cimbri, Langobardi, Burgundiones, Vandali, Gothi, Scoti, Gepidæ, Heruli, Scyri, Turcilingi, Rugi, Veſi, Alites, Chuni, Neuri, Nortmanni, Dani, Saxones, Franci, Toringi, Miſnii, Sleſii, Pruſſii, Livonii, Chaibi, Suedi, Taiphali*, & multi alii.

E Scandiâ & ſeptentrionali plagâ qui populi venerint.

Nuper cognitis quibusdam gentibus.) Plinius Secundus, lib. 4. cap. 13. inſularũ Romanis armis cognitarũ meminit, cujus verba paulò antè retulimus. Et mox cap. 14. lib. 4. nat. hiſtor. ſcribit, *Germaniam multis annis, nec totam percognitam fuiſſe.* Deinde Strabo lib. 7. *Hæc natio, propter ſuſcepta contra Romanos bella, nobilitatem adepta eſt.* Et paulò pòſt: *Illa plaga, quæ trans Albim Oceanum ſpectat,*

Germania ſeriùs cognita.

nobis prorſus eſt incognita. Nullum enim priorum, ad orientem uſque, ad Caſpii maris oſtium, hanc peregiſſe navigationem accepimus. Neque Romani Albim ipſum tranſſcenderũt, nec ulli ſimiliter iter pedeſtre ſuſcepêre. Quibus Ovidius, ad Liviam de Druſo Germanico ſcribens, per quem Germania, in quâ occubuit, celebrior facta eſt, ſubſcribit:

Fluminaq́; & montes, & nomina magna locorum,
Et ſi quid miri vidit in orbe novo.

Idem paulò inferiùs:

Et modò Germani Romanis cognitus orbis.

Et iterum:

Conſul & ignoti victor Germanicus orbis,
Qui fuit heu mortis publica cauſa, legor.

Occidentalis meridionaliſque Germaniæ plagæ, primùm ob vicinitatẽ Romanis ſunt cognitæ: at aquilonaris & orientalis partes, quia remotiores, ſeriús. ultra Albim enim imperium promoviſſe Romanos, non proditum eſt hiſtoriis. Verùm incrudeſcentibus bellis, tota Germania patefacta eſt: quorum plurima inferiùs narrabuntur. Et recitat Suetonius Tranquillus, *Auguſtum Germanos ultra Albim ſummoviſſe.* & ideò Tacitus ſcribit, *infra Albim inclytum & notum olim fuiſſe; nunc audiri tantúm.*

Rhenus

Rhenus, Rhæticarum alpium inacceſſo ac præcipiti vertice ortus, modico flexu in occidentem verſus, ſeptentrionali Oceano miſcetur.

Quando *Rhenus* atque *Danubius* maxima & præcipua ſunt Germaniæ flumina, & quæ fermè cunctos ejusdem regionis amnes excipiunt: paucis demptis, qui in Germanicum mare excurrunt; velut *Amiſia*, *Vidrus*, *Viſurgis*, *Albis*, *Suevus*, *Viadrus*, *Gutalus*, (qui *Odera*,) *Viſtula*; ut eſt apud Plinium libr. 4. hiſt. mundi, capite 14. Utrumque à fontibus ad oſtia uſque dabo, pluribus quàm Tacitus, aut quisquã alius. *Rhenus*, claritatis quadam prærogativâ pollet. Nam fortiſſimarũ gentium (*Germanorum* ſcilicet & *Gallorum*, *Belgarum*, *Rhætorũ*, *Helvetiorum*, *Sequanorũ*, *Rauracorum*, *Tribocorum*, *Mediomatricum*, *Nemetum*, *Vangionum*, *Trevirorum*, *Ubiorum*, *Batavorum*: quas infrà numerat Tacitus; & quas nec Plinius tacet li. 4. cap. 17. his verbis: *Rhenum accolentes, Germaniæ gentium in eâdem* (Galliæ) *provinciâ, Nemetes, Tribochi, Vangiones: hinc* Ubii, *Colonia Agrippinenſis, Guberni, Batavi, & quos in inſulis diximus Rheni.*) cenſetur terminus; & maximis notiſſimisq; oppidis frequens eſt; nec Germaniam egreditur, *Rheni accolæ.*

Digitized by Google

ſicut Danubius; ſed in Borealem, id eſt, Oceanum Germanicum, tribus tantùm oſtiis effunditur. *Danubius* autem, undarum vi, curſusque longitudine Rhenum ſuperat; & Germaniam egreſſus, per *Noricos, Pannones, Jazyges Metanaſtas, Dacos & Mœſios*, in Euxinum pontum ſeptem oſtiis fertur.

Rheni origo ubi. RHENUS itaq;, vaſtiſſimum Germaniæ flumen, *in alpibus Rhæticis* oritur, (de quibus abundè ſatis in Rhætiæ deſcriptione) quas Helvetii noſtrâ ætate incolũt: & vallis Prättiggew vetuſti nominis reliquias ſervat. Julius Cęſar, Cõmentariorum belli Gal. lib. 4. *Rhenum ex Lepontiis, qui Alpes incolunt, oriri* tradit. Lepontios vernaculus Germanorum ſermo die Grawbündter appellat. Strabo libro 4. ex *Adulâ* monte, quem accolarũ vulgus nunc *Etzel* vocat. Reverâ è *monte* fluit *Gothardi*; quòd in ej⁹ vertice ædes divo Gothardo ſacræ conſpiciãtur, itinere diei ſupra Curiam civitatem. Supra ipſas rupes, unde labitur amnis, feruntur antiqua ruinarũ veſtigia & rudera ſupereſſe: quæ conjecturam dederunt, fanum Nymphis dicatum eo loci exſtitiſſe; quòd antiquitus Nymphis fontes conſecrârit gentilitia ſuperſtitio: aut caſtrũ, ſeu aliud ædificiolũ: quod nec affirmare, nec refellere auſim. Ipſe Rhenus primùm avido

meatu,

meatu, per convalles & abrupta montium, in ſeptentrionem elabitur, Curienſemque percurrit agrum; in quo, ad Rheni flueta, ſita eſt *Curia*, ſuperioris Rhætiæ urbs vetuſta & epiſcopalis; ſedes aliquādo magiſtratus provinciæ: unde illi datum nomen, quòd cauſſæ illîc cognoſcerentur. Infra quàm, ad dextram Rheni ripam, jacet oppidulum, *Magna villa* olim dictū; nunc voce detortâ, *Mayenfelda*: mox *Gutenbergū*; & deinde, paululum à ripâ ejusdē, Rhætiæ urbs *Velcircum* ſeu *Feldchirachium*. quam *Illus* amnis allabitur, qui ſe mox in Rhenum effundit. Rhæti qui adhabitant, vulgò *VValgavii* & *Engedini* appellātur. Strabo in 4. *Ætuatios* ad Rheni fontem ſtatuit: Solinus Polyhiſtor cap. 32. *Caretos*; ſub his Cæſar in quarto, *Nantuates*.

In eâ orâ Rhætiæ Rhenus duos efficit lacus; *Acromum*, & *Venetum*. *Acromus* ſuperior eſt. ipſum Solinus cap. 32. Plinius in 9. cap. 17. Antoninus in ſuo itinerario, *Prigantinum* vocant: haud dubiè à *Pregantiâ*, vetuſto oppido, quod ad Rheni oſtium & Acromi initium, meridiem verſùs, eſt ſitum: noſtrates *Conſtātienſem*; quod *Conſtantia*, magni nominis civitas, (ab Cōſtantio Imperatore, Magni Conſtātini patre, appellata; & celebrato illîc Cōcilio nota,) ad eum, & effluentem ex lacu

Rhenum,& Veneto ſeſe immergentem, ſita ſit. Alemanni *Podamicum* ſeu *Podmicum* (den Boden See) appellitant; quem gemino alveo intrat. Hunc quidam perperam *Lemannum* dixêre. Is enim lacus *ad Allobroges*, Galliæ Narbonenſis populos, nunc Sabaudienſes, pertinet: in quem Rhodanus ingreditur, ac rurſum egreditur, teſte Cæſare in primo bel. Gal. & Plutarcho in vitâ Annibalis. nunc *Loſanenſis* & *Genuenſis* dicitur, ab adjacentibus *Lauſanâ* & *Genuâ*: aut *Gebenna lacus*, propter *Gebennam* civitatem. Hic lacus Acromus omnium eſt amœniſſimus; multaque caſtella, oppida & vicos habet. Longus eſt circiter viginti quatuor millia paſſuum: latus verò duodecim millia paſſuum. Urbes: *Pregantia*, juxta *Lindaviũ* in inſulâ ſitũ, *Longonargum*, *Tetanum*, *Buchorna*, *Mersburgum* antiſtitis Conſtantienſis ſedes, *Iburinga* ſeu *Uberlingum*. Altero littore trans Rhenũ, Helvetiam versùs ad occaſum: *Arbor fœlix*, quæ *Arbona* dicitur; *Steynum*, *Conſtantia*, & viculus Romershorn in lacum excurrens, referens Acromi nomenclaturam. Aquâ eſt nitidâ, fundo perſpicuo, & vix credendæ profunditatis: piſces fert varios. Ora circumjacens vini triticique ferax, & arboribus domeſticis egregiè conſita. Alter *lacus Venetus*, à marino colore,

Urbes ad Rhenum ſita.

colore, qui ceruleus eſt, nominatus: ſeu, ut quibusdã viſum eſt, à Venedico ſinu, quem Suevi aliquando accoluerunt: ſeu, quod magis putem, ab accolis antiquioribus. Plinius enim libro 3. cap. 20. hiſt. mundi, & Strabo libr. 4. hîc *Venetes* ſive *Venonetes* collocant. Noſtri, *inferiorem* & *Cellenſem*, ab *Cellâ* oppido appellant. minor eſt ſuperiore; aliâs non minori præditus in ſe, & per gyrum, voluptate. Hic lacus inſulâ nobilis eſt, & cœnobio Benedictinorum antiquiſſimo: Latini *Augiam majorem*; Germani *Divitem augiam*, (Reychenaw) dicunt. In quâ Tiberius Cæſar aliquando Caſtra habuit, cum Vindelicis bella gerens: quemadmodum Strabo lib. 7. author eſt. Ad hunc lacum, *Steckbornium*, *Oringiacũ*, & *Cella*, adjacent. Egreſſus lacum Rhenus, modico flexu, ut inquit Cornelius, in occidentem tranſit; & juxta Rauracos iterum ad ſeptentrionem ſeſe flectit: ibi agrum Helvetium à Germanis dividit, ſicut Cæſar libro 1. refert. Ager à ſiniſtrâ ripâ Alemannis *Turgavia*; qui à dextrâ jacet, *Hegovia* dicitur. Urbes ripenſes: *Stanium*, à rupe nomen habens; Dieſenhofen; *Scheffhuſium*, à caſis naviculatorum dicta: (fuit enim illîc trajectus, priusquam pons fieret) ſeu à frequenti navium ſtatione: quicquid namq; mercium ex

Rhenus Helvetios à Germanis dividit.

lacu Conſtantienſi per Rhenum defertur, eo loci exportandum eſt: nam ultrà navigio non poteſt pergi, ad mille quingentos penè paſſus; propter montiũ fauces & cataractas, per quas ſe Rhenus magno fragore præcipitat: quas Henricus Glareanus in hunc modum deſcripſit.

Subticeámne tuos, ô Scaphesiane, labores?
Conſpicuum Helvetiæ ſydus, bene digna Camœnis
Gloria Teutonicæ Germano in littore terræ;
Utilis & bello, vincendęq; utilis hoſte:
Quam propiùs liquidi facies nitidiſſima Rheni
Alluit. hîc rapidus refluente in gurgite vortex
Cernitur, Euripum referens, Scyllæq; voracis
Latratus: hîc unda alti de vertice montis
Lapſa ruit præceps, ſterilemq; eructat arenam
In circum, ſurſumq; volans portendere nubem
Aut nebulæ ſpeciem, & cœlum pulsâſſe videtur.

Helvetii ſiniſtrã Rheni ripam accolunt.

Helvetii ad ſiniſtram Rheni ripam habitant. Hîc *Rhenus* adeò propinquus fit *Abnobæ*, unde proſilit *Danubius*: ut inter ejus ripam, & caput Danubii, vix duorum miliarium latitudo interjaceat. Poſt Scheffhuſium Rhenus allabitur *Rhenaugiam* urbem, (Rhinaw) quam penè inſulam facit: unde etiam illi appellatio. ibi Helveticum amnem *Turum*, qui

Turgaviæ

Turgaviæ dedit nomen, ſuſcipit: indè ad *Egliſſoviam*; *Tribunal Cæſaris*, quondam *Forum Tiberii* vocitatum; *Zurtzacum*, Ptolemæo *Gaunodurum*, ut eſt conjectura, appellatū. Ad dextram ripam propè eſt *Hercynius ſaltus*, quem *Martianum nemus* Ammianus; noſtri *Nigram ſylvam* dicunt. Ad ripam *VValdeshuta* ſequitur: ſupra quam *Arula*, (quidam *Ararim* vocant) per *Argoviam*, ſeu *Herogeam* à ſe dictam, lapſus; ſociatis ſibi *Limmahâ*, qui è lacu Turegienſi profluit, & *Ruzâ*, amnibus, in Rhenum volvitur. unde non longè abfuit *Vindoniſſa*; in cujus loco habemus *Habſpurgum* arcem. Infrà adjacet *Lauffenburgum* urbs, quæ à cataractis ſervat nomen: ibi enim Rhenus iterum per anguſtas rupium fauces, ex alto præceps ac ſtridulus decidit, & fines *Sequanorū* ingreditur, juxta Cæſarem in 4. id eſt, *Baſilienſem diœceſim*, & *Sungaviam*. Nec mihi dubium eſt, *Seccingam* urbem, in inſulâ poſitam, (quam veteres videntur appellare *Sanctionem*) à Sequanis inhabitatam nuncupatamq;. Vulgus namq; vocem non intellectam ſemper torquet ad id, quod ſibi aliqd ſignificet. Hinc eſt *Reinfeldia*. Poſt Sequanos, *Rauraci* ripam Rheni tenent; quorū fuit *Auguſta Rauracorum*: ampla quondam civitas; nūc in tenuem vicum redacta: Augſt

vocat Rauracus accola. Hodie *Baſileam* habent, haud pridem Imperii urbem; nunc Helvetiis confœderatam: epiſcopalem, & Gymnaſio celebrem: quam mediam interlabitur Rhenus, & bina ſeparat oppida. Propè eſt *Artalbimium* & *Cambetis*, quorum meminit Itinerarium Antonini: poſterius *Kemps* appellatur vulgò, major & minor: illa cisrhenana; hæc transrhenana. Ibi campi Raurici incipiunt, & ad *montem Briſiacum* porriguntur, à Sungavis Raurico tantùm nemore diremti; qui ab Alemannis, propter ſterilitatem & glebæ duritiam, die Hart vocantur. Rauricorum nomen refert *Vriegavia*; cui finitima eſt *Sungavia*. Ibi à dextro latere accedit amnis *VVïſſus*: infra quem *Noveburgum*; & *mons Briſiacus*, quondam Rheno circumfluus. ſic illũ Antoninus Auguſtus vocat: nos *Briſacum* oppidum, quod adjacenti agro nomen indidit *Briſigaviæ*. in eâ orâ *Elza* fluvius Rheno miſcetur. Mox alluit *Tribocos* & *Mediomatricos*, juxta eundem Cęſarem; qui modò *Argentoratenſes* & *Elſatæ* dicuntur: quorum eſt *Argentoratum*, ampliſſima ac potentiſſima civitas; apud quam Julianus Imperator pugnam habuit cum Alemannis, quos etiam vicit. *Mediomatrices* paululũ ab Elſatiâ receſſerũt: nunc *diœceſim Metenſem*

tenſem occupant;& magnâ ex parte *VVeſterichi* appellantur. Ad *Argentoratum* utrinque amnes Rhenum onerant. *Alſa*, qui mediã interfluit Elſatiam, olim *Ellus*, nunc etiam *Illa* dictus, qui provinciæ nomen indidit; ſimiliter *Bruſca*, per urbem manans, ſiniſtram ripam inundant: *Cuntzaha* verò dextram. paulò inferiùs *Sorna* Rhenum auget. Adjacet etiã *Offenburgum* oppidum, infra quod *Matra* fluvius Rhenum ditat. *Liechtenovia* ſequitur,& amnis *Renchius*: cui ſubeſt *Saletio* urbs; Germani ab amne *Selzam* vocant. *Lutariburgum*, ab fluvio *Lutaro*, qui in Rhenum deſcendit, nomenclaturam gerens. *Novoburgum*, aliud à priore. *Taberna Rhenenſes*; vulgus corrupto vocabulo *Rhynzabern* vocat: ubi duo ſimulacra Mercurii viſuntur. (Hîc puto *Nemetum* fines, quos Rhen' percurrit, incipere.) *Linckenheymium*, & *Germersheymium*; ubi Rudolphus Habſpurgius, Roman. Rex, naturę cõceſſit *Udenheymiũ*, in Nemetibus ſita. Metropolis eſt *Spira*, quondam *Neomagus* appellata. inde *Suetzingium*, *Alta ripa*, *Mannum*; ubi *Nicer* fluvius, à noſtratibus *Neccarus* nuncupatus, Rheno cõjungitur. Illis cohærent *Vangiones*, hoc eſt, *VVormatienſes*. *Pfidersheymium*, bono vino celebratum; *Gernsheymium*, *Altzheymium*. Sit

verò *Aliſo*, cujus meminit Vellejus lib. 2. dubiū: nam & ejus nominis caſtellum in ripâ Lupiæ fuit, Tacito in 2. hiſt. Aug. *Oppenheymiū*, *Ruſiniana*, aut potiùs *Bouconia* quondam dicta. *Maguntiacum*, nobilis urbs ab inventione artis typographicę: ad quam *Mœnus* in Rhenum ruit. Hîc paululùm à ripâ Thermę ſunt ſalubres, Wißbaden. Dextrâ ripâ alluit *Rhingaugiā* amœniſſimā oram, q̃ generoſum gignit vinum Rhingavienſe, paſſim per Germaniā cōmendatum. Ipſa cœnobium habet *Erpachium*: cujus ideò mentionem facio, quòd ibi ſit cadus ſtupendæ magnitudinis, inter miracula quoque referendus. capit enim Rhenanæ mēſurę octuaginta duo plauſtra vini: (plauſtrum noſtrates vocant, menſuram duodecim urnas continentem.) Longus eſt viginti octo pedum; altus novem: quatuordecim tantum circulis ligatus. quē, me admonente, perſpicaciſſimi ingenii vir, & amicus meus præcipuus, Vincentius Obſopœus, hoc carmine celebravit:

Erpachium cœnobium vini cado nobile. Quo tamen hodie 50. plauſtru capacior viſitur, in arce Palatinâ Heidelbergæ.

Plurima cernuntur paſſim miracula rerum;
Cernimus humanâ condita multa manu.
Sic Rhodus aëreos quondam eſt mirata coloſſos,
Memphis pyramidas, Caria buſta ducis:
Suſpexêre diu Babylonia mœnia Perſæ,
Quæ regis conjunx ſtruxerat alta Nini.

Quid

Quid vetat Erpachium vas annumerare vetuſtis
Miraclis? quo non vaſtius orbis habet.
Dixeris hoc rectè pelagus, viniq́ paludem,
Nectare quæ Bacchi nocte dieq́ fluit.
Fac Bernharde voces, quot habet (iſ tertia, fratres;
Hisq́ tui omnigenos ordinis adde viros:
Annua præbebit cunctis hæc pocula trulla,
Nondum dimidio deficiente mero.
Securè Erpachii fratres ſorbete: lagenâ
Hac ſalvâ, eſt vobis nulla timenda ſitis.

Ingelheim in hoc tractu ſita eſt, quæ nobis Carolum Magnum peperit; cujus adhuc exſtat palatium à ſe exſtructum: nunc Palatini eſt Comitis, appoſita ripę ſiniſtrę. Indè ad dextrā *Rudeshemiū.* Rurſus ad ſiniſtram *Bingium* jacet: ubi Rhenus *Navam* amnē excipit. Utriusq; meminit Corn. lib. 20. *Tutor Treveris comitantibus, vitato Magunciaco; Bingium conceſſit; fidens loco, quia pontem Navæ fluminis abruperat.* Navam etiam Auſonius celebrat, in carmine de Moſellâ:

Tranſieram celerem nebuloſo flumine Navam.

Huic Ptolemęus *Legionē Trajanam* ſubjicit: Drechshauſen appellant, quaſi Trajani domū. Sequitur *Bacharachum*, oppidum Palatini, laudatiſſimo vino nobile: ideò & à Baccho illi nomen; quod Conr. Celtis, tertio Amorū, elegiâ decimâ tertiâ, periphraſi celebrat.

Caſta

Caſta precor maneat, nec vina meracia ſumat,
Quæ ſtimulant tumidum ſæpe reſumta femur:
Præſertim quæ collis habet, qui nominis author
Urbi eſt, de Baccho nomina clara gerens.

Alluit & *Chauborum* urbem: ubi in medio Rheni flumine ingens ſcopulus erigitur, in vertice arcem habens *Pfalziam*; quam adjacenti regioni nomen tribuiſſe ferunt, quæ veteribus, maximè Ammiano Marcel. lib. 18. *Palas*, & *Capellatium*, fuit dicta: noſtri *Palatinatum inferiorem* vocant. Principem habet de Bojoariorum familiâ, electorem & dapiferum Imperatoris; quem *Palatinum Comitē* appellant. Adjacet & urbs *ad S. Goarem*, (vulgò zu ſant Guer) ditionis Heſſicæ: ubi rurſus ſunt cataractæ, quas Zwirbel & Drechter accolæ & nautæ vocant: hæ periculoſam efficiunt navigationem. Ipſas Conradus Celtis quoque deſcripſit:

Sed cùm perventum eſt obliqui ad cornua vallis,
Quam rapidus vortex ſævaq; ſyrtis habet;
Voxq; repercuſſis ſpecubus reboabit ab altis,
Fertur ſylvicolas quos habitâſſe deos:
Quaq; ſibi cæcos memorant quæſiſſe meatus
Rhenum, & ſub terras fertur habere vias;
Atq; aliis dicunt tandem regionibus ortum,
Largifluos fontes amne creare ſuo:

Ceu

Ceu Graji memorant, ſubterlabentia terris
Flumina apud Siculos fontibus orta novis.

Allabitur & *Veſaliam ſuperiorem*, Trevirenſis antiſtitis urbem, *Voſaviam* aut *Ficeliam* priſcis appellatam: ibi Mammæa, Alexandri Imperatoris mater, cæſa atque ſepulta eſt. mox *Bodobrigam*, quam nunc *Boppardiam* dicimus, ditionis Trevirenſis. Indè *Lainſteynium* urbs, & exitus *Lonæ* fluminis. mox *Confluentes*, ubi in Rhenum *Moſella* evolvitur; Marcellino lib. 16. referente: imperitum vulgus Coblentz, & *Confluentiam* vocat: agnoſcit Archiepiſcopum Treverorum. Siniſtrũ hîc latus amnis tenent *Ripuarii*, qui tribus fluviorum ripis clauduntur; *Rheni*, *Moſellæ*, atque *Moſæ*: unde etiam illis nomen. hi alio nomine *Neuſtrii* & *Auſtraſii* appellãtur. Hîc Ptolemæus limitem ſtatuit ſuperioris Germaniæ, quem efficit *Obrinca*, id eſt, *Moſella* fluvius, ut dixi. *Rigodulum* proximum eſt montibus, Moſellâ amne, foſſis obicibusq; ſaxorum ſeptum; ut eſt apud Tacit. lib. 20. hiſt. Aug. & Ammianum lib. 16. *Antiniacũ* ſive *Antennacum*; hæc ætas Andernach vocat: meminit Ammianus lib. 18. Ibi conditũ eſt Valentiniani Imperatoris corpus. *Rigomagus*, (Rheinmegen.) *Arar* è Trevericis jugis, hodie *Eyflia*, exortus, hîc Rheno miſcetur.

tur. *Arduena ſylva* haud procul abeſt. *S. Apollinaris, Braytbachium, Draccenfelſa.* Subeſt *Bonna*, urbs vetuſta Colonienſis Archiepiſcopi; Tacit. lib. 20. & Ammiano in 20. memorata. Ex cujus oppoſito *Geſonia* eſt: quas Druſus cum pontibus junxit, referente Floro lib. 4. c. 12. Indè *Colonia Agrippina, Ubiorum* metropolis; & *Sons*, ubi *Vipperus* confluit. Käyſerswerda in Rheno poſita: hanc ſuſpicantur *Coloniam Trajanam* quondam dictā; ſed hæc ſub veteribus poſita eſt. *Uſipii* & *Tencteri*, Rheno tantùm ab *Ubiis* diſcreti, ad dextram Rheni ripam ſub Ubiis fuêre, juxta Tacit. lib. 20. hiſt. Aug. Quibus *Catti* erant finitimi: infra quos *Menapii* & *Gugerni*, quorum ſedes *Juliacenſes* occupant, adhabitabant. Accurrit amnis *Armus*, ſupra Noveſium urbem. *Noveſium*, paucis literis immutatis, *Nuſſiam* vocant Germani. multa eſt illius mentio apud Corn. lib. 20. annalium. Prope hanc Friderichus III. Auguſtus, cum Carolo Burgundionum Duce, patrum memoriâ congreſſus eſt. Conr. Celtis:

Interea ad fortem te flectis Rhene Nuſiam,
Burgundi Caroli quæ tulit arma Ducis.

Duſſeldorffium Juliacenſis Ducis ſuccedit, cum amne *Duſelo*. Dextram Rheni ripam hodie accolunt *Duces Bergenſes*, & *Marcani Comites*.

In hoc tractu excurrunt in Rhenum, *Angra* & *Rora*; cui Roricus, Clodomeri Francorum regis filius, in eo ſubmerſus, nomen dedit, juxta Trithemium Spanheymenſ. Ad quorum oſtia ſunt, *Angerhortum* in Bergenſi ducatu, & *Roerhortum*. Ad alteram, nempe Gallicam ripam, Cornelius annalium 20. *Vetera caſtra* ponit: quorum pars in collem leniter aſſurgebat, pars æquo adibatur. *Menapii* hîc, ad utramq; ripā fluminis, agros, ædificia, vicosq; habebant; Cæſare lib. 4. belli Gallici, & Strabone in 4. teſtantibus; ad Oceanum usque porrecti. *Bergenſes* hodie vocantur à *Bergo*, ripenſi oppido. Sub *Veteribus* ſitū fuit *Aſciburgium*, quondam Francorum civitas; nunc Aſpuech/locus ruinis tectus: de quo inferiùs plura. Ad dextram ripam, *Veſalia inferior* ſita eſt: apud quam *Luppia* fluvius exit in Rhenum. *Buirichum* è regione jacet. Inter hunc amnē & Amiſiam, Romanus exercitus cum Quintilio Varo duce ab Germanis cæſus eſt, ſub Auguſto, velut infrà copioſiùs dicetur. *Velleda* præterea virgo, amplam ditionem ad Luppiā adminiſtravit. id ſuo loco retulim*. Exſtatq; hodie caſtellū, *Luppia* nomine, (Erlip) a Romanis ſup illius ripā exſtructū: & Lippenheim, ac dynaſtia Lippianorum. Hujus etiam Pompon. Mela lib. 3. meminit;

& Strabo lib. 7. illum in Amaſiam deferri falsò ſcripſit. Servat ſuũ vetus nomen. Chronographi noſtri, *Lippiam* appellant: vernaculus ſermo, die Lipp. In Belgicâ ripâ *Xanthũ*, oppidum agri *Clivorum*, adjacet: & paulùm ab ripâ, *Clivium* urbs, quæ Principibus ejus regionis dedit nomen. Sequitur *Rhes*, *Challer*, *Grytha*, & *Embrica*; quam olim *Aſciburgium* putant vocatam.

Rheni tria oſtia. Sub *Embricâ & Grietuſio*, in principio agri *Batavorum*, juxta *Lobeccam* arcem, (quam curſus extremitatem, ſeu angulum *Lœpeck*, interpretor) Rhenus in tria exit cornua ſeu oſtia. Prius oſtium, quod ad auſtrũ labitur, *Flandriam* atque *Selandiam* versùs, noſtro Cornelio, libro annalium 2. *Vahalis*; Julio Cæſari, comment. belli Gallici 4. *Vacalos*; Plinio, hiſtoriæ mundi lib. 4. cap. 15. *Helinũ* aut *Helium*; Raymundo Marliano, *VVallis*; Conrado Celti, lib. 3. Elegiâ 13. *Balus*; noſtris Germanis, der Waal appellatur. In hoc Moſa fluvius defertur ad arcem *Lonenſteynũ*, paululum ſupra *Gorichemum* urbem. *Sicambri*, qui nunc *Gelrenſes*, accoluerunt; Sidonio teſtante:

Detonſus Vahalim bibat Sicamber.

Batavicæ urbes. Ad hoc oſtium Batavicę urbes ſitæ ſunt: *Neomagus*, *Tiela*, *Bomelia*, *Gorichemum*, *VVorcheymum*.

mium. Alterum oſtium, quod medium eſt, nunc *Lecca* (der Leck) dicitur. è veteri Rheno profluit,juxta *Batavodurum* urbem,(hoc eſt *Doreſtatum*,)& Wyck bey Durſtetten: ubi Ultrajectinus,id eſt,Utriceſienſis epiſcopus, arcem poſſidet. In ejus ripâ poſitum eſt *Arenacũ*; cujus Tacit' lib.21.meminit;(Arnheim accolæ dicunt)*Vada*,iſt eſt Wageming/Rhynen/*Amtrungum*,*Culenborgum*,*Schonhovium*, *Roterodamum*,juxta hujus oſtium. Tertium oſtium,*Friſiam occidentalem* alluens,quod veteris Rheni quoq; nomenclaturã retinet,ad ſeptentrionẽ deſcendens, *Iſſula* (die Deyſel Germanis)vocatur. illud Plin. lib.4. cap.15. & Pomp.Mela lib.3. *Flevum* dicunt; unde & *Flevo* in Friſiis caſtello,apud noſtrũ Cornelium lib.4.appellatio. Ex Rheno in Batavis, nõ procul à *Huſſeno* oppido,labitur:poſtmodum alluit *Doesburgiũ* urbem, Tacito *Aſciburgiũ* dictam; *Zutphaniã*,à paludibus, quas *Venen* inferiorũ Germanorum vulgus appellat, nuncupatam, Comitatũ & nobilium Equitum patriã; *Daventriã* Trajectenſis diœceſis;*Suolim*,*Hattenũ*,*Campos*, Veenavici littoris oppidum. Peninſulam enim,quæ ad ſiniſtram jacet,à locis paluſtribus,*Veenaviam*, id eſt, paludum inſulam; corrupto verò vocabulo,*Velaviam* & *Valaviam* dicunt. Tan-

D

Google

dem Mari, quod accola Zuyderſee appellat, ſe immiſcet. Scribit Julius Cæſar lib. 1. belli Gallici; *Belgas ab extremis Galliæ finibus oriri, pertinere ad inferiorem partem fluminis Rheni: & ſpectare ſeptentrionem & orientem Solem.* Idem lib. 4. *Rhenus,* inquit, *oritur ex Lepontiis, qui Alpes incolunt: longo ſpatio, per fines Nantuatium, Helvetiorum, Sequanorum, Mediomatricum, Tribocorum, Treverorum, citatus fertur: & ubi Oceano appropinquavit, in plures diffluit partes, multis ingentibusq; inſulis effectis: quarum pars magna à feris barbariſq; nationibus incolitur; ex quibus ſunt, qui piſcibus, atq; ovis avium vivere exiſtimantur: multiſq; capitibus in Oceanum influit.* Per tria, quæ diximus, oſtia, Rhenus in Germanicum evolvitur mare; totamque inundat *Gelriam, Hollandiam, Selandiam, Friſiam.* Inter ipſa oſtia plures ſunt inſulæ, quas Plinius lib. 4. cap. 15. his verbis recenſet. *In Rheno ipſo,* inquit, *propè centum millia paſſuum in longitudinem, nobiliſſima Batavorum inſula, & Caninefatum, & aliæ Friſiorum, Chaucorum, Friſiabonum, Sturiorũ, Morſatiorum, quæ ſternuntur inter Helinum ac Flevum. ita appellantur oſtia, in quæ effuſus Rhenus, ab ſeptentrione in lacus, ab occidente in amnẽ Moſam ſe ſpargit: medio inter hæc ore, modicum nomini ſuo cuſtodiens alveum.* Ubi Plin. ait, *Rhenum ſe in Moſam ſpargere;* noſter

Inſulæ Rheni inter oſtia fluminis.

Tac.

Tac. lib. 22. dicit, *Rhenum Moſæ fluminis amnem Oceano affundere:* nam in Vahalim ruit Moſa. Nicolaus de Cuſâ, Brixinenſis epiſcopus, in vico *Cuſâ* ad Moſellę ripam in diœceſi Treverenſi natus, in ſuâ Germanię chartâ, ſeptē monſtrat Selandię inſulas, quas Rhen' efficit: quarū una à *Scaldi* flumine, ſortita eſt *Scaldia* nomen; quinta, urbē *Veer* habet; ſexta, *Midelborgū*; ſeptima, *Czirie Zeā*, cujus cives rei nauticę peritiâ præcellunt ferè cęteras maritimas nationes. *Hollandia* quinq; tribuit inſulas: quarū unam *Velan* appellatā dixi. *Friſia* verò quatuor. Annonius, hiſtorię Francorū ſcriptor, lib. 4. *Amiſtrachiam* & *Auſtrachiā* inſulas Friſiorū nominat: ſed de iis inferiùs. Pręterea hos fines & oſtia Rheni, ubi nūc eſt *Hollādia, Selandia, populi Trajectenſes, Gelrenſes, & Friſii;* primitus tenuerūt *Franci*, qui modò Mœnum amnem adhabitant. Nicolaus de Cuſâ.

Rhenus à Poëtis *aurifer* appellatur: multis enim locis ex arenâ aurū colligunt; unde aurei numi, quos Rhenenſes vocant, cuduntur. Fert etiā ſapidiſſimos, eosq; varios piſces: inter quos Eſox non habet poſtremas. Dictus *Rhenus* veterib' Germanis à puritate, ꝙ undâ ſit limpidiſſimâ & purâ; nam Rein purum ſignificat: ſeu à fluendo, quod Rinnen noſtris dicitur. Eſt & *Rhenus in Marchiâ*, ve- Rheni etymologia.

Rhenus in Vandaliâ. teris & aquilonaris Germaniæ provinciâ; qui *comitatum Repinenſem* ab *Avelborgenſi diœceſi* dividit. Et alius *in Italiâ*, ex Apennino monte profluens, qui *Bononiam* civitatem, Bojorum quondam coloniam, tranſit: cujus calamos ſagittis aptos, (plurima enim ineſt medulla, pondusq; volucre) ſcribit Plin. lib. 16. cap. 36. Idem lib. 3. c. 16. Et Silius Italic' lib. 8. hujus meminerunt. Silii verſus ſunt:

Rhenus Bononienſis.

Hac in priſca domus parviq; Bononia Rheni,
Quiq; gravi remo, limoſis ſegniter undis
Lenta paludoſæ perſcindit ſtagna Ravennæ.

Danubius, molli & clementer edito montis Abnobæ jugo effuſus, plures populos adit; donec in ponticum mare ſex meatibus erumpat: ſeptimum enim os paludibus hauritur.

Danubius, qui & *Iſter*, (Stephano de urbibus, *Matoas*) maximus Europę fluvi', Gręcis & Latinis celebratus; in ipsâ oritur Germaniâ, *ad Hercyniã ſylvam:* quâ parte pridem fuit Germanię Rhętiæq; confiniũ ac limes. de cujus origine varii varia & fabuloſa prodiderunt. Ariſt. lib. 2. Meteororũ, c. 5. ex *Pyrenæo monte* effluere Iſtrum ꝓdidit, quem ſecutus Herodot. lib. 2. qui Euterpe, *è Pyrene* civitate labi memorat. Plinius, hiſtoriæ mundi cap. 12. lib. 4. *è Germaniæ jugis, montis Arnobæ*, caſtiga-

(caſtigatoria exemplaria *Abnobæ* habent) *ex adverſo Taurici*, (ſive *Raurici*) *Galliæ oppidi, profluere Danubium* narrat. Cui Ammianus Marcellinus libro 22. ſubſcribit: & Solinus Polyh. hiſtor. cap. 23. *Iſter Germanicis jugis oritur, effuſus monte, qui Tauricos* (ſive Rauricos) *Galliæ aſpectat*. Noſter Cornelius cum locum *Arbonam*, ſeu, ut quædam habent exemplaria, *Abnovam*, vocat. Similiter Martianus Capella. Strabo ſub finem lib. 4. *juxta Suevos & Hercyniam ſylvam*, quem imitatus Auſonius Poëta, inquit:

Quà gelidum fontem mediis effundo Suevis.

Idem Strabo lib. 7. *ab extremis Germaniæ partibus, ab occaſu oriri* refert. Claudianus *Rhætiam*; Raymudus Marlianus, *Iraneum montem*; Beatus Rhenanus, *Porienſem* vocat *tractum*. Magna fuit diverſitas priſcorum authorum, in tradendo Danubii fonte. Ego itaque certiſſima tradam, quæ me ad illius fontem natus, *D. Matthæus Neſerius*, J. U. Doctor, humanarum literarum eruditiſſimus, omnisq; humanitatis ſpecimen, & mihi, quod jocundum eſt, amicitiâ benevolentiâq; ab multis annis conjunctiſſimus, per literas *de Iſtri origine* docuit: quæ partim ipſe vidi: & quæ diligenti authorum lectione obſervavi.

Matthæus Neſerius.

Tractus, in quo caput tollit *Danubius*, ac-

Danubii fons ubi.

colis Suevis Alemãnis *Baronatus* (in der Bar) appellatur hodie, ſub dynaſtiâ generoſorum *Comitum à Fürſtenbergo*, Martiani nemoris accolarum: quod Hercynii ſaltus caput, *Nigrã ſylvam* vulgus vocat; Ptolemęus lib. 2. cap. 11. *Eremum Helvetiorum*. Fons ejus modicus eſt, in vico Eſchingen, (*Danubii Æſchingiacum*, latinâ formâ dicere potes) ita vicinus Rheni ripę, ut vix duorum miliarium latitudo interſit. Terra ipſa, unde manat, plana eſt, non montoſa, velut multi, ejus orę ignari, prodiderunt: niſi quòd ipſum cœmiterium, ſub quo eſt ſcaturigo, paulò eſt elevatius. Egreſſus vicum patrium, mox rivum ſe majorem, Brygen Alemannis dictum, excipit; deinde alterum, ejusdem cum priore magnitudinis, die Pregen: utrosq; è Martianâ ſylvâ labentes. à quibus forſitan nomen eſt regiunculæ, quam Græci *Pyreneum* & *Pyrenem* dixêre; recentiores *Porienſem*: vocabulũ enim Bar nona bludit. Allabentibus ſubinde rivis, in juſtę magnitudinis amnem excreſcit. Ab Favonio, hoc eſt, occidente, Eurũ, id eſt, orientem versùs, primũ lent' fluit. Germaniã veterem dirimit à Rhętię ſuperioris parte versùs meridiẽ; à Rhętiâ primâ & ſecundâ, à Vindeliciâ, Norico ripenſi; tum ab utrâq; Pãnoniâ, Mœſiâ primâ & ſecundâ: quæ omnes ad dextram

Danubii fons ubi.

ſtram ripam adjacent. Parva ac ignobilia initio alluit oppida: Gyſingen. Meringē / Comitum à Fürſtenbergo ; Tutlingen, Ducatus VVirtenbergenſis; Simeringen / Comitum à VVerdenbergo ; Scher, Baronum & Dominorum à VValpurg, Sacri Rom. Imperii dapiferorum; Riedlingen. Ptolemæus lib. 2. cap. 12. *Taxagetium* in hoc tractu ſtatuit: docti *Rotvvilam* interpretantur. Rhetiæ urbs eſt, Helvetiis confœderatis ſocia, & paululùm ab Danubio diſſita, ad amœniſſimum amnem *Nicrum*, quem *Neccarum* vulgò appellamus. *Ablacus* amnis, *Oſtro* comitatus, in hac orâ Danubium ingreditur. Indè ad ſiniſtram ripam eſt *Ebingum*, Jacobi Philomuſi, non incelebris poëtæ, patria. mox *Ulma*, potens imperii civitas; quam à Ptolemęo lib. 2. cap. 11. putant *Alcimœnim* nuncupatam: ad quam *Ilerus* ac *Plavus* in Danubium excurrunt, navigabilémque efficiunt. Tradunt authores, Danubium ſexaginta recipere amnes; & medio fermè numero eorum navigabili. Horum primum puto *Ilerū*, rapidum amnem, è *Rhatiâ primâ*, cujus hæc portio *Algovia* dicitur, currentem: indè alluit *Leypheymium*, ubi *Naham* & *Rotam* ſorbet; & *Guntzburgum* urbem, quæ à fluvio, qui illîc in Danubium exit, invē-

Iacobus Philomuſus.

nit nomen: à quo etiam *vallis Guntziana*, quam elabitur, ſumſit appellationem. Hanc urbem Antoninus Imperator, in ſuo itinerario, *Guntiam* videtur dicere: ad quam erat tranſitus Guntienſis, ubi nũc pons eſt. Infra hanc ſita eſt in Rhætiâ primâ vetus arx, cum oppido *Burgou*; quæ Marchiæ & præfecturæ Burgovienſi aliquando genuit Marchiones; quibus abſque hæredibus exſtinctis, ipſa ditio ad Principes Auſtriæ pervenit. In hac regione etiam *Mindula* & *Camilacus*, mediterraneę Rhętiæ amnes, uno alveo juxta vi cum *Opphingen*, Danubium augent. Paulò inferiùs accedit *Brentius*. Amnis hic eſt limpidiſſimus, ac piſculentus: in cujus ripâ, ad decẽ millia paſſuum ab Danubio flumine & Brentii oſtio, cognominis vicus adjacet: in cujus æditiore parte, arbitror fuiſſe aliquando Romanorum præſidium contra Alemannos; quod poſterior ætas, & Chriſtiana religio, in ſacrum vertit templum. Fuiſſe enim Romanos in iis locis, primùm arguit lapis intrinſecus muro inſertus, hac inſcriptione:

IN H. D. D. APOLLINI GRANNO BAJENIUS VICTOR ET BAJENIUS VICTOR ET BAJENIUS VICTORINUS FILII EJUS EX JUSSU SIGNUM CUM BASE.

deinde

deinde numiſmata, quæ inter arandum ab agricolis eruuntur: & quòd ipſius templi ſtructura mirandam quandam vetuſtatem referat. Nam foris, per muri gyrum, ſunt ad ducentos fermè lapides exciſi, variarũ imaginum, miri operis & ethnicæ antiquitatis indices. Sunt regum, reginarum, virorum, mulierum, centaurorum effigies: Avium varia genera; aquilæ, pellicani, grues, ciconiæ, cygni, ſtruthiones, auritæ propendulis & longè patentibus auribus, baſiliſci, galli, gallinæ, & aliæ mihi prorſus ignotæ: Animalia; leones, tauri, cervi, canes venatici, apri, pardi, pantheræ, porci, ſimiæ, lepores, hirci, feles, aſini: Monſtra marina; ſirenes, piſces, cancri, araneæ, teſtudines: præterea labyrinthi, roſæ, lilia, flores, folia, & alia multa. Si orthodoxa fides tum fuiſſet huic populo prædicata; haud dubiè aliquid Chriſtiani operis, de Dominicâ paſſione aut ſacris hiſtoriis, inciſiſſent. nunc cum nihil harum rerum cernatur; conjicio, ante plantatam iis locis fidem, non Germanos, ſed Romanos id ædificii ſtruxiſſe. nam & populares mei, à Paganis, ita ethnicos appellant, exſtructum prædicant. Arx, quæ flumini imminet, poſteriùs ædificata fuit. Hoc mihi natale ſolum; huic debeo vitæ initium. Regionem ipſam

Digitized by Google

Rhætiam tenent nunc Suevi. nunc *Suevi* tenent; quæ quondam fuit Rhætorum: penè enim univerſam Rhætiam Suevi occupant. Ad ejusdem Brentii ripam, jacet *Gundelfingiacum*, oppidulũ Palatinorum Comitum: & juxtà eſt *Æchabrunnum* cœnobium, ubi in Danubium egreditur Brentius. Hinc Danubius mœnia *Laugingiaci* allabitur: in quâ urbe natus fuit Albertus Magnus, Philoſophorum primas, cernuntur ibi multæ Romanæ antiquitates. Situ eſt amœno, & in agro frumenti feraciſſimo. Ponè, ad ripam Danubii, eſt *Dillingiacum*, Auguſtenſis antiſtitis ſedes: infra quam *Egveyda* ac *Gleda* Danubium intrant. indè aliud oppidulum alluit, quod *Hochſtadium* dicitur: ſub quo *Zuſimus* amnis accedit. Hinc eſt *VVerdea Suevica*, urbs imperialis: ſic appellata, quòd inſtar inſulæ inter *Bernicum* & *Danubium* poſita ſit. Germani namque ejusmodi loca, inſulasque inter amnes, ſuâ linguâ *VVerdas*; aliquando etiam *Augias* vocant. *Bernicus* hic undas ſuas in Iſtrum emittit. ad dextram ripam, *Smuttera* & *Egyſſus* accurrunt. *Lycus* verò infra VVerdeam, ad decem millia paſſuum, ſub *Rhayno* oppido Vindeliciæ, (quod Georgii Tanſteteri Collimitii, inſignis mathematici, nativitas nobilitavit) in Danubium incidit. In

Albertus M.

Georgius Tanſteter.

cujus

cujus oppoſito viculus eſt, ſemidirutam habens arcem, *Lechſgmund:* Ptolemæus *Lycoſtoma* vocat, id eſt, os Lyci. nã Germani (quod propter antiquitatis ſtudioſos refero) ea loca, quæ ad rivorum aut fluminum exitus jacent, Gmünd vocitant: id vocabulum noſtrate linguâ os ſeu oſtium ſignificat. Sic eſt *Vkeremünd* in Marchiâ, ubi *Vkera in Oderam* exit; *Tangermünd* in Marchiâ Brandenburgenſi; *Travamunda* Holſatiæ; *Varnamunda* Mechelburgenſis; *Gemunda Francica*, ubi *Sala in Mœnum* tranſit; *Gemünd* in Cattis, ubi *Fulda in Viſurgim* effunditur; *Gemünda Suevica*, ubi *rivi* egrediuntur *in Remiſum*; *Nicri Gemũda*, ubi *Nicri* egreſſiones; *Abgmünd*, ubi *Rota in Leynam* effluit; *Norica Gemünd*, ubi *Trauna è lacu* exit, in quam undas ſuas effuderat. Sic eſt *Lechſgmünd*, oſtium Lyci. nam omnes urbes atque loca, quæ compoſitâ aut ſimplici voce *Gmünd* appellantur, ad fluviorum ſeu rivulorum oſtia ſita ſunt. Græci in *Stoma* deſinunt, ſic eſt *Lycoſtoma*: & mox in Danubii oſtiis, *Naracuſtoma*, *Caloſtoma*, *Pſeudoſtoma*; & juxta Strabonem libr. 7. *Hieroſtomum*, &c. Ibi eſt *Suevia* finis; & *Bojoariæ*, quæ Græcis & Latinis *Vindelicia* dicta fuit, initium. *Neuburgum* Palatinorum Comitum, primum

occurrit Danubio deſcendentibus: & poſt illud, *Angeloſtadium* Bojoariæ Principum, literarum gymnaſio celebratiſſimum; ubi *Suter* fluentum cadit in Danubium. Inferiùs *Parrhus* ſeu *Barius:* qui *Summuntorium* (hodie vicus atque templum eſt ſacratarum fœminarum; Hohenward vulgò dicitur) præterfluit. Danubio infertur & *Ilmus*, rivus à *Pfaffenhovio* deſcendens. Ibi juxta Danubium ſunt, *Voccioburgum*, *Pfæringum*, *Neoſtadium*, (quod & *Salingoſtadium*,) *Abuſina:* ubi *Abſus* ſive *Abis* fluvius in Danubium currit. Hæc urbs nobis virum ſempiternâ dignum memoriâ peperit, D. Joannem Aventinum: qui multis annis ſummam operam hiſtoriarum ſtudio; inprimis illuſtrandæ Germaniæ, impendit: veteres autores diligenter conquiſivit; recentiores adhibuit; omnes ſtudioſè excuſſit: quaſdam regiones, maximè Bojariam ſuam, perluſtravit; vetuſta monumenta inſpexit. nec dubito, ſi hunc virum diutiùs nobis Superi permiſiſſent; magnam nos veteris Germaniæ, avitarum rerum & venerandæ antiquitatis lucem, hoc authore habituros. ſed, quæ cuncta regunt, fata abſtulerunt illum, magno noſtro dolore. Poſt Abuſinam, *Chelheymium* ſequitur: quo loco *Alemannus*, amnis lentus, piſculentus tamen, Danu-

Joannes Aventinus.

Danubium intrat. Recentiores hiſtorici *Almonum*; Richardus Bartholinus, quarto Auſtriados, *Altimulã* vocat. Proximè eſt *Abudiacum* (*Abach* vulgò dicitur:) & *Ratiſpona*, vetuſta urbs Rhætiæ ſecundæ; cui varia nomina tribuerunt ſcriptores. Tradunt enim, illam *Auguſtam Tiberii* & *Tiberinam* appellatam, à Tiberio conditore: *Reginoburgium*, à Reginopyrgâ, uxore Theodonis primi Bojorum reguli; ſeu potiùs Rego flumine: *Rhætobonnam* & *Rhætopolim*, à Rhætis: *Hiaſpalim*, ob ruditatem populorum agreſtium: *Imbripolim*, ab imbre: *Regnipolim* & *Germaniſsheym*, à regni Germanici conventu, qui frequēter ibi celebratur: *Tetrapolim* & *Quadratam*, à formâ: *Ratiſbonam*, quòd ratibus apta ſit. Pons ibi eſt ſuper Danubium lapideus, undecim fornicibus, paſſibus quadringentis & ſeptuaginta longitudinis, ab Adriano, ut ferunt, exſtructus. Habet etiam inſulam Danubio circumfluam; velut ejuſmodi plures habet Iſter: *VVerdas* & *Augias* vocant Germani. Excipit *Nabum* & *Regum* flumina: quorum Nabus ſupra civitatem, Regus infra allabitur. Ibi Danubii ripa vitifera eſt: vina verò ignobiliora. Hujus dextram ripam *Thunicates* accoluerunt: (vulgò Thungaw/quaſi dicas, Danubii ager, nominatur)

quorum fuit *Auguſta Acilia.* Suburbanæ ſunt *Strubiorum*, Danubio imminentia: retinent vetus nomen Atzalburg: & ipſa urbs *Strubingum. Lavarus* hîc ſe Iſtro ſociat. Ad ripam dextram jacet *Tecendorphium* oppidum: è cujus regione *Iſara*, rapidus Vindelicorum amnis, Danubio copulatur. Ad hunc amnem *Auguſta Vindelicorum*, cujus Ptol. lib. 2. cap. 12. meminit, ſita fuit. Indè ſubjacent *Auſtravia* & *Viliſſovia*, Bojorum municipia: inter quæ *Quintanorum colonia*, nunc Kyntzen, poſita erat. Infra Viliſſoviæ muros *Vilſus* amnis intrat Danubium: unde etjam municipio nomen. Indè *VVolfaba* & *Gyſſaa* fluenta advolvuntur. *Patavia* ſequitur, epiſcopalis civitas; vulgò Paſſaw à trajectu appellata; quam Ptol. libr. 2. *Bojodurum* vocat. ſervat nomen urbis pars ultra *Oenum* fluvium; qui ex Alpibus lapſus, Noricos à Rhætis ſeparat, & prope urbem hanc in Danubium ruit. Ad eandem etiam *Ilſus*, (*Iliceum* alii dicunt) à ſeptentrione fluens, Danubio miſcetur: is aquam ſuam oleaceam, atrumque colorem, Danubii ripam alteram nactus, longè & quaſi pertinaciter cuſtodit. Norici hîc eſt initium. & *Peurbachium*, oppidum Danubianum, in Norico eſt ſitum. Hinc eſt *Rhennarigel* arx, juxta quam *Rhenavus*

nuvus amnis in Iſtrum exit. pòſt gemini *Mahelii*: ſuperior, qui & major; atque inferior; à quibus interjacens regiuncula nomen habet. mox *Aſcha*, ad ſui nominis caſtellum accurrit. *Schauburgum* arx montana, & *Everdinga* urbs. poſtea *Lynzum*, (*Lentias* dixêre Romani) ubi Fridericus Imperator, ejus nominis tertius, divi Maximiliani genitor, frequenter verſatus eſt, extremumque clauſit diem. Infra hanc, ad x. millia paſſuum, *Traunus*, Norici fluvius, (ad quem ſita eſt Wels oppidum, divi Maximiliani morte nobilitatum) ſe in Danubium abſcondit. Proximè eſt *Laureacum*, pervetuſtum oppidum: Ptolemæo, ut conjicitur, *Claudivium*: hodie *Anaſum*, vulgò *Enſium*, à ſubter allabente amne cognominatum; qui infra urbis mœnia, juxta *Matuſium*, in Iſtrum deſcendit. Laureaci fuit ſedes archiepiſcopi, quæ poſtmodum *Saltzburgum* translata eſt. Ibi divus Florianus, præſidis Aquilini juſſu, tẽporibus Diocletiani & Maximiani decollatus eſt, & in *Anaſum* fluvium præceps conjectus. Poſteriores ædem ſacram divo Floriano cõſecraverunt; quæ hodie divi Floriani nomen refert. Ab hoc amne, Norici portio novum accepit vocabulum: quicquid enim ſupra Anaſum ſitũ eſt, Germanis regio ſupra *D. Florianus*

Anaſum; & quod infra amnem jacet, regio infra Anaſum cognominatur: (Das Land ob der Ens/ vnd das Land vnder der Ens) & *regio Anaſina.*

Norico jungitur *Pannonia ſuperior*, quæ *Auſtria*, (Oſterreich:) in cujus territorio poſitum eſt caſtellum *Graynum*, Comitum ab Artenbergo. puto à ploratu illi eveniſſe nomenclaturam: (niſi quis à *Carnis* populis, quos vulgus *Cranos* appellat, malit.) nam iſtîc Danubius Scyllam & Charybdim offert, periculoſa, horrenda, & quæ citra lamenta vix pervehi poteris; attamen navigantib. tranſecunda. Vulgus nautarum & accolarum, voce Germanicâ Strudel / ab aquarum ſtridore atque impetu, vocat. *Richardus Bartholinus* in Odœporico his verbis deſcripſit: *Duo pericula offeruntur: in altero, per confragoſa ſaxorum ingentiſſimo fremitu unda rapitur. infrà enim tæniæ cauteſq; tam crebri ſunt; ut, niſi expertiſſimus loci nauta ſit, (capitur enim unus vel alter ex oppido Grayno, quod paulò ſuperiùs in ripâ offenditur) ignari navigationis aliquando periclitentur. Scyllam hanc latrantem cùm ſuperaveris, in Charybdim ut incidas neceſſe eſt. ubi non levius periculum exanclandum objicitur: rotatur enim aqua, imò totum flumen, maximumq; in profundum mergi videtur, ſimiliſq; turbini tempeſtuoſo vortice*

Danubiana Scylla ac Charybdis.

vortice volvi. panduntur enim à principio, turbinatimq́; in imo deſinunt: nec uno in loco ſæviunt ſyrtes; ſed unus ex alio vortex ſubindè naſcitur, creſcuntq́; immenſa, rapidiſſima voracitatis: volumina injecta ſiquidem repentè abſorbentur, nec poſtea apparere uſquam manifeſtum eſt. Hactenus ille. In hac orâ aliquando *Avari* & *Huni* habitârunt: & in Danubium labuntur *Erlaphus*, (nũc *Erla*) juxta *Pechlarium*: *Ipſyus*, juxta ſui nominis urbem; *Melicus* prope cognominis cœnobium, ubi S. Colomani ſepulchrum cernitur, quem in crucem egerũt gentiles. Sunt paulò inferiùs ad ripã, *Dirnſteynum*, *Augſteynum*, *Chotüygus* in monte cœnobium, *Mauterna*, *Steynium*, *Cremeſium* urbs & fluentum, *Hertzoburgum*: poſtea *Traſimus*, *Tullia*, à quo vicinus ager vocabulum habet, & *Chambus*, flumina, accedunt. Adjacent præterea, *Holburgum*; *Stocheravia*, cujus incolæ feruntur reſte ſuſpendiſſe Colomanum: *Ceiſelimurus*, Neydhardo Franco equite nobilis: *Geminum Neoburgum*; quorum alterum ad radices Cæcii montis ſitum eſt, ubi divi Leopoldi Ducis Auſtriæ corpus veneratur. Ipſe verò *Cæcius mons* ad dextram fluminis ripam proſpicit, Pannoniæ initium, & Norici terminus; notus Germanis à fabuloſo ſacerdote: vinetis amœniſſimis

S. Colomannus.

Auſtriæ ad Danubium oppida.

D. Leopoldus.

conſitus: *mons calvus* dictus; quòd in vertice, ubi arcem habet, exciſæ fuerint arbores, & ſit recalvaſter. Indè ſubjacet *Vienna* metropolis, & clariſſima ſuperioris Pannoniæ civitas; ab rivo appellata, qui ſuburbium perfluit. Eſt enim Germanis familiare, à fontibus aut fluviis cognominare adjacentia loca. Sic *Rynſeldiam* à Rheno dixêre: Donefchingen/ ab Danubio: *Terlippam* & *Lippenheymium*, à Luppiâ: *Salafeldiam*, à Salâ: *Saltzburgum*, à Saltza: ſic *Brentium*, *VVertaham*, *Neccarium*, *Seltzam*, *Nagoldam*, *Fuldam*, *Entium*, *Miſnam*, ab alluentibus amnib. nuncupârunt. Ita *Vienna* urbs, & vicinum nemus, ab rivo habent appellationem. hanc putant à Ptolemæo libr. 2. cap. 14. *Flexum* vocatam, aut *Juliobonam*. Infra Viennam, ad Danubii alveum, *Petronella*, maximi & vetuſti oppidi veſtigium jacet: *Carnuntum* dixêre veteres. meminit Plinius lib. 4. cap. 12. lib. 37. cap. 3. hiſt. mundi, & Vellejus Paterculus volumine poſteriore. *Hamburgum*, ubi zinziber in monte naſcitur. Poſtea *Tebina* urbs: ad quam *Maravaha*, (quem alii *Marchiam* & *Moram* vocant) Marcomannorum fluvius, à quo ipſa regio nomen habet, Danubium intrat. Sequitur *Presburgum*, (Romani *Poſſonium* vocāt) & *Aldenburgium*; ubi

ubi *Leyta* flumen, Pannoniam ſuperiorem ab inferiori dividens, cum Iſtro commiſcetur. Hungaricè ibi loqui incipiunt: mixtus tamen eſt ſermo, & ſunt ii populi bilingues; Germanicè & Hungaricè loquuntur. Paulò inferiùs ſuſcipit Danubius *Rabnizam* ac *Rabonem*, quem *Narabonem* Ptolemæus appellat: ad cujus oſtium *Bregætium*, Ptolemęo primæ Pannonię urbs, ſita eſt; nunc Rab à confluentibus amnibus nominatur. Ammianus lib. 17. juxta hanc ſedes fixiſſe Quadorũ partem, ſub Conſtantio Conſtantini filio, refert. E regione horum fluminum, inſula jacet *Schuta*. Deinde Iſter *VVagam* amnem haurit, prope *Chomaritium*: mox *Granam*, ad ſui nominis civitatem, quæ habet archiepiſcopũ; Latinis *Strigonium* nuncupatur. Hinc ad *Vaciam* deſcendit, & *Budam* allabitur, Regis Hungariæ ſedem, & inferioris Pannoniæ urbem: Ptolemæo lib. 2. *Curtam*, vulgo verò Ofen dictam. hæc magnam cladem ab Turcâ accepit ætate noſtrâ, qui totam Hungariam miſerè vaſtavit. Ipſa Germanicæ linguæ terminus eſt: nam infra hanc Slavicè & Hungaricè ſolùm loquuntur. Mox ſe Danubio immergit *Savvicus* fluvius: & juxta *Teutoburgium* urbẽ, (Germanica vox eſt) quæ nũc *Erdet*, *Dravus*, memorabilis amnis,

(Ptolemæus *Darum* vocat: alii *Tragam*, vulgò die Trab) onuſtus *Murâ Styrio*, ad *Carodunum* urbem, ut idem tradit Ptolemæus, in Iſtrum ruit. In hac regione Danubius crebras efficit inſulas; Germani *VVerdas* dicũt. Indè *Bachyam*, *Ratzenum*, *Villachum*, *Paſtum*, *Petri Baradynum*, *Salanchemenum*, ac *Titelium*, oppida Pannoniæ ſecundæ, allabitur: donec *Tibiſcum* è *Carpatho* monte profluentem, maximum ac piſcoſiſſimum amnem, confluum accipit: qui *Tyſſa* (die Teyß vulgò) appellatur, & *Jazyges Sarmatas* à *Dacis* ſeparat. Poſtea Danubius alluit *Taurunum*. ita Ptolemæus vocat amplam *ſuperioris Mœſiæ* civitatem: Plinius tamen lib. 3. hiſtor. mundi, cap. 25. in Pannoniæ fine ſtatuit. *Albam græcam*; vulgò Griechiſch Weiſſenburg / Italis *Bellogradum* nominatam: quæ Turcarum Imperatoris ſedes eſt, ubi *Savo* vaſtiſſimo flumine oneratur. Ceſſo reliquas urbes, extra Germaniam ad Danubium poſitas, recenſere: non enim exteras regiones; ſed ſolùm Germaniam deſcribere inſtitui. Tamen populos, quos Iſter attingit, & memorabiliora flumina, minimè præteribo. Claudius Ptolemæus lib. 2. tabulâ 5. & 9. indicat, *Danubium Germaniâ egreſſum, utrâque ripâ alluere Pannones, Jazyges Metanaſtas:*

Pannoniæ ſecundæ oppida.

ſtas: id eſt, *Hungaros* ac *Septemcaſtrenſes*, olim *Gepidas* dictos, *Dacos*. in quorum orâ rurſus ſunt cataractæ: ſupra quas amnis ipſe, referente Strabone in ſeptimo, *Danubius*; infrà verò, *Iſter* nuncupatur. Cui Plinius in quarto, cap. 12. adſtipulatur. Plinii verba ſunt: *Ortus hic in Germaniæ jugis, montis Abnobæ, ex adverſo Raurici, Galliæ oppidi, multis ultra Alpes millibus, ac per innumeras lapſus gentes, Danubius nomine, immenſo aquarum auctu; & unde primum Illyricum alluit, Iſter appellatur, ſexaginta amnibus receptis, medio fermè numero eorum navigabili, in pontum, vaſtis ſex fluminibus, evolvitur.* Id fieri ad *Savi* confluentem, tradunt authores. Mox *Myſiam ſuperiorem*, hoc eſt, *Boſnam Serviamq;*, adit; & in eâ *Tricorneſios*, *Albocenſios*, *Saldenſios*, *Ciogiſos*, *Dimenſios*, *Triballos*, (qui nunc *Raſciani*,) *Phiephiſos*, *Piarenſios*: *Myſiam infiriorem*, hoc eſt, *Bulgariam*, *Crybyzos*, *Tenſios*, *Troglodytas*, *Senſios*, *Obulenſios*, *Peucinos*, & *Peucen inſulam*, à *Baſtarnis* inhabitatam: Indè ſeptem oſtiis in *Ponticum* ſive *Scythicum* ac *Euxinum*, ab inhoſpitali feritate appellatum, irruere *Oceanum*. Arrianus Nicomedienſis, libro geſtorum Alexandri Magni primo, numerat quoque quosdam Danubii accolas in ripâ Germani-

câ, his verbis: *Secundùm hanc pugnam triduo Alexander ad Danubium fluvium profectus eſt, omnium quidem longè maximum eorum, qui in Europâ ſunt. longiſſimo tractu per terras excurrit; gentes bellicoſas præterlabitur, & eas magnâ ex parte Germanas; ex quibus ipſius amnis fontes oriuntur. Earum gentium poſtremi ſunt Quades ac Marcomanni: deinde Jazyges, Sarmatarum gens: poſt hos Getæ: deinde Sarmatarum magna pars: poſtremò Scythæ; iiq; ad exitum fluminis pertinent, unde per quinque oſtia in Euxinum pontum effluit.* Hæc ille. Poſt enumeratos autem fluvios, Iſtrum ingrediuntur, *Drinous, Moſchus, Rhaboſus, Mariſus, Ciabrus, Alutas, Jaboniza, Biſtrita, Baralat, Seretus & Hieraſſus*, ad quem fuit *Getarum* ſedes: ibi nunc eſt *Moldavia*. Herodotus, præter memoratos alios, *decem & ſeptem amnes in Iſtrum exeuntes* commemorat, libro quarto, qui Melpomene inſcribitur. Ii ſunt: *Porata fluvius maximus, quem Græci Pyretum dicunt: Tiarantos, Araros, Naparis & Ordiſſus per Scythiam decurrentes: Ex Agathyrſis Maris: ex Hæmi jugis Atlas, Auras & Tibeſis: Ex Thraciâ Athres, Noës & Atarnes: Ex Pæoniâ & monte Rhodope, medium interſcindens Hæmum, Cius: Ab Illyriis Angrus, campum Triballicum interfluens; qui in Brongum, & Brongus in Iſtrum*

Iſtrum cadit: Ex Ombricorum regione, Carpis & Alpis. Hactenus Herodotus Halicarnaſſæus. Ammianus lib. 17. de Sarmatiâ, *Has*, inquit, *terras Parthiſcus irruens, obliquatis meatibus Iſtro miſcetur.* Pathiſſi mentio eſt etiam apud Plinium. Hæc nimirum ſunt flumina Danubium incidentia, quorum authores meminerunt: nam Plinius capite duodecimo, libro 4. natur. hiſtor. tradit, *Danubium ſexaginta amnes recipere, & medio fermè numero eorum navigabili.* Idem hoc poſt Plinium Solinus, cap. 22. Ammianus Marcellinus, libr. 22. & Martianus Capella, retulerunt. De oſtiis variant veteres: quidam quinque, ſex alii oſtiis in Pontum irruere prodiderunt. Conſtat tamen, ſeptem oſtiis, ingenti undarum mole, ingredi Oceanum. Quorum primum eſt *Peuce* oſtium, quod *Peucen* inſulam efficit; in quâ proximus alveus appellatus, XIX. millia paſſuum magnâ palude ſorbetur. Ex eodem alveo, & ſuper *Iſtropolim*, lacus gignitur, LXIII. mil. paſſ. ambitu; *Palmirim* vocant. Secundum oſtium *Naracuſtoma* appellatur. Tertium *Caloſtoma*, juxta inſulam *Sarmaticam*. Quartum *Pſeudoſtoma*, & inſula *Conopondiabaſis*. Poſtea *Boreoſtoma*, ac *Spireoſtoma* ſive *Sthenoſtoma*. Septimum genus eſt paluſtri *Danubii oſtia.*

ſpecie nigrum. Singula autem ora tãta ſunt, ut prodatur, in quadringenta millium paſſuum longitudine vinci mare, dulcemq; intelligi hauſtum. Et conſtat, *ab ultimis noſtri finibus maris, agminatim ad hunc ſeceſſum, pariendi gratiâ, petere piſces,* (Ammiani ſunt verba) *ut aquarum ſuavitate ſalubrius fœtum educant, nec intercipiantur.* Juſtinus, ex Trogo Pompejo lib. 32. & Apollonius Poëta, Strabo lib. 1. Plinius libr. 3. cap. 18. *Iſtrum Argonautarum navigatione ſacratum* ſcribunt. Accedit his quoq; Valerius Flaccus lib. 8. apud quem ſocios ſuos his verbis alloquitur Argonauta:

Mutandum, ô ſocii, nobis iter: altera Ponti
Eluctanda via eſt: Scythici ruit exitus Iſtri,
Fundere non uno tantùm quem flumina cornu
Accipimus: ſeptem exit aquis, ſeptem oſtia pandit.
Illius adverſi nunc ora petamus & undas,
Quà latus in lævũ Ponti cadit; indè ſequemur
Ipſius amnis iter, donec nos flumine certo
Proferat in reliquum mare.

Super hunc fluvium, Trajanus Nerva pontem miri operis in Mœſiâ conſtruxit: quẽ iterũ Adrianus demolit⁹ eſt; Dione Caſſio Nicæo in hũc modũ referẽte. *Per ea tẽpora Trajanus lapideũ pontem in Iſtro fecit; opus ſanè mirãdum*

dum & maximè memorabile: cui cætera illius opera vix adæquare poſſis. Viginti ſtant ex quadrato lapide pilæ: quarum altitudo centum & quinquaginta pedum, præter fundamenta, habetur: latitudo ſexaginta pedes continet. Diſtant inter ſe centum & ſeptuaginta pedibus; fornicibus verò conjunguntur. Impenſa profectò ingens, & vix credibilis. Sed illud mirari convenit; quânam ratione & quibus viribus, quóve artificio, in illâ gurgitum altitudine, tamq; præcipiti fluvio, tum ſingulæ columnæ exſtrui valuerint, tantarum molium fundamenta ſtabiliri. Vada præterea limoſa erant; neq; amnis aliò verti poterat. Quanta verò altitudo ſit aquæ, & quàm latus pateat amnis, haud equidem enarraverim. Diffunditur per ea loca ſpatioſus; atq; interim imbrium mole concitatus, ripas longius ſummovet. Alibi verò duplo, atq; interim triplo, priori ſui parte major, aut reſtagnat, aut defluit. Quà verò arctatur, vorticoſus & ferox, ædificia & pontes non patitur: & rurſum liberatus anguſtiis, in pelagi formam totus exſpatiatur: iterumq; coit, quaſi retentus profundior, & rapidius fertur. Arduum igitur & maximè laborioſum fuit, in eâ fluminis parte pontem ædificare. Ex hoc ſanè ingens Trajani animus arguitur: atq; adeò magis, quòd nullum commeandi uſum pons præbebat. Pilæ etiámnum exſtant, ceu in oſtentationem potentiæ & Cæſaris opum fabrica-

ta: ſimul etiam ut poſteris teſtatum maneret, nihil eſſe, quod hominum manu, & opibus Romani imperii effici non poſſet. Ponte Danubium ideò Trajanus conjungere voluit: ut expeditius, vel conglaciato amne, præſidia facultas tranſeundi foret, quoties Romani, qui trans Danubium agerent, à Barbaris bello & armis vexarentur. Ergo vel adſtricto frigoribus fluvio, cùm res depoſceret, commeare licebat. Cæterùm contrà ratio Adrianum movit. Si quidem is veritus, ne pulſo Romano præſidio, aut oppreſſis legionibus, feræ & indomitæ gentes facto aditu ea loca invaderent, quæ cis Danubium ſunt, Myſiamq; ſubinde popularentur: ſtructuras & fornices, quantæ ſuper aquam eminebant, demoliri juſſit. Hæc Caſſius. De nominis etymologiâ variant noſtri. Sunt qui ab ſono & undarum ſtrepitu (vom Don) cognominatum putent. Beatus Rhenanus, libro rerum Germanicarũ tertio, ab *Abnovâ* dictum colligit *Abnovium*; quaſi dicas *Davnou*, pro die Abnow / literâ D articuli loco additâ. *Abnobã* ſeu *Abnovam* authores clementer æditam Hercynii nemoris portionẽ vocant, in quâ fons eſt Danubii: quem tractũ, dixi, Alemannis In der Bar hodie appellari. Danubiũ pulchrè deſcripſit Conradus Celtis, lib. 2. Amorum, elegiâ 13. & poſt illum Richardus Bartholinus, lib. 4. Auſtriados.

Danubii etymologia.

Ipſos

Ipſos Germanos indigenas crediderim, minimeq́ aliarũ gentium adventibus & hoſpitiis mixtos: quia nec terrâ olim, ſed claſsibus advehebantur, qui mutare ſedes quærebant; & immenſus ultrà, ut q́ ſic dixerim, adverſus Oceanus, raris ab orbe noſtro navibus aditur. Quis porrò, præter periculum horridi & ignoti maris, Aſiâ, aut Africâ, aut Italiâ relictâ, Germaniam peteret? informem terris, aſperam cœlo, triſtem cultu aſpectuq́: niſi ſi patria ſit.

Cornelius mox, à ſitu Germaniæ, ad gentis originẽ tranſit: multis rationibus ꝓbans, Germanos αὐτόχθονας, hoc eſt, indigenas, in ipſo Germanico ſolo natos; non adventitios, alienigenas, aliunde introductos, minimè mixtos. *Primò*, quòd exteris non patebat in Germaniam acceſſus, niſi navibus: Danubius enim flumen, & Rhenus, Mare ſeptentrionale, ac Viſtula amnis, arcebant liberiorem aditum. *Secundò*, quòd Oceanus infeſtus, & periculoſus navigantibus, terrebat adituros: is enim aquilonaria Germanię ambiens, peregrinas gentes excludit. *Tertiò*, ꝙ inculta horridaq́; natio, nõ admodũ adſi- *Germani indigena.*

ciebat ac delectabat exteros. *Quartò*, quia aliena matrimonia non admittebant. *Quintò*, quia fortitudine facilè appetentes ſe retundebant. *Sextò*, Modeſtiâ gentis evenit, quæ nulla externa admirabatur. *Poſtremò*, quòd alienorum admixtio & colluvies, priſtinam potentiam, famam & libertatem, cui aſſerendæ unicè ſtudebant, facilimè eſſet preſſura. Frivolum itaq; cõmentum eſt, nullâque firmâ authoritate fulcitum, eorum, qui finxerunt, quosdam Germanorum à Græcis aut Romanis, aut aliis peregrinis gentibus ortos. Scio enim, qui Suevorum & Saxonum originem ad Macedonas referant: Francorum ac Sicambrorum, ad Græcos atque Trojános: Principum Germaniæ ſtemmata familiasq;, ad Romanos aut Italos. Aſt ego, miſſis iſtis fabuloſis & nugaciſſimis nugis, malo Cornelio, vetuſto authori, quàm iis fabuloſis hiſtoricis, nullo bonorum authorum teſtimonio nitentibus, fidem dare: & dicere, Germanos γνησίυς, hoc eſt, verè germanos, ſinceros, indigenas, in ipsâ Germaniâ genitos, ab nullâ exoticâ natione derivatos. Et habeo meæ ſententiæ teſtes fide dignos, Antonium Sabellicum, lib. 2. Enneade 6. Sypontinum, Martialis interpretem ; & nullo veterum refragante conſenſum: Conradum item Celtẽ, poëtam Germanum, ſic canentem: *Gens*

Gens invicta manet toto notiſſima mundo,
Solis & ardoris patiens, duriq; laboris;
Quæ nequit ignavam vitæ tolerare quietem;
Indigena, haud aliâ ducens primordia gente;
Sed cœlo producta ſuo. Demogorgonis alvus
Protulerat: patulas ubi cuncta creata ſub auras.

Aſſeruit hoc idem Henricus Bebelius Juſtingenſis, Suevorum nō vulgare decus, proprio quodam libello. Hanc gloriam aliæ quoque gentes ſibi vendicârunt: in-primis *Athenienſes. Soli enim, præterquàm incremento, etiam origine gloriantur. Quippe non advenæ, neq; paſſim collecta populi colluvies, originem urbi dedit; ſed in eodem nati ſolo, quod incolunt: & quæ illis ſedes, eadem origo eſt.* ita retulit ex Trogo Pompejo Juſtinus lib. 2. *Henricus Bebelius.*

Oceanus.) *Borealem* accipe *Oceanum*, quem ſuprà *Germanicum* appellatum dixi: ut vaſtū & immenſum; ita quoq; infeſtum, horridum & contrarium nautis: ob crebra naufragia, ſyrtes, charybdes, monſtra, cautes, & alia pericula marina. Hunc Pompo. Mela, lib. 3. *acre* vocat *mare*: Cornelius annalium lib. 2. ubi plurima de illo, *violentum*: Plinius lib. 4. cap. 13. *Amalchium, congelatum; Morimaruſam, mortuum*; & *Cronium* quoque dictum refert. Strabo lib. 7. *innavigabilem* retulit, his verbis: *Ea regio Germanorum, quæ ad Aquilonem vergit,* *Oceanus Germanicus infeſtus.*

ad Oceanum pertinet. Cogniti ſunt autem, qui ab exitu Rheni, usq; ad Albim, initium capiunt; è quibus celeberrimi ſunt Sugambri, Cimbriq;. Illa verò plaga, quæ trans Albim Oceanum ſpectat, nobis prorſus eſt incognita Nullum enim priorum ad orientem usq; Caſpii maris oſtium, hanc peregiſſe navigationem accepimus. Neq; Romani Albim ipſum tranſcenderunt: nec ulli ſimiliter iter pedeſtre ſuſcepêre. Plinius tamen refert, Auguſti ductu navigatum hunc noſtrum Oceanum. Verba ejus ſunt ex lib. 2. cap. 67. hiſtoriæ mundi: *Septentrionalis Oceanus majore ex parte navigatus eſt, auſpiciis divi Auguſti: Germaniam claſſe circumvectâ ad Cimbrorum promontorium; & indè immenſo mari proſpecto, aut famâ cognito, ad Scythicam plagam, & humore nimio rigentia.* Idem Plinius eodem loco, & ante illum Pomponius Mela, lib. 3. ſcribunt; *Cornelium Nepotem tradere, Qu. Metello Celeri, C. Afranii in conſulatu collegæ, tum in Galliis proconſuli, Indos quosdam à rege Suevorum dono datos, qui ex Indiâ commercii cauſsâ navigantes, tempeſtatibus eſſent ex Indicis æquoribus abrepti, emenſiq; quæ intererant; tandem in Germaniæ littora exiiſſe.* Idem Plinius in 16. cap. 2. memorat, *Germanicum Oceanum ingenti periculo à Romanis navigatum.* Suetonius Tranquillus in vitâ Claudii: *Oceanum Septentrionalem Druſus*

Oceanus à quo primùm navigatus.

Indi navigaverunt Germanicũ Oceanum.

Druſus primus Romanorum ducum navigavit. Eundem poſtea *à Germanico Cæſare, magnâ ſuorum jacturâ, navigatum,* noſter recitat Tacitus, lib. 2. annalium: & Plinius lib. 25. cap. 3. Neque ipſe Cornelius hunc Oceanum inexpertum reliquit. Cùm enim Galliæ Belgicæ res ſub Veſpaſiano curaret, ipſam videtur Germaniam ſub Roman. ſignis militans intrâſſe, Oceanumq; perluſtrâſſe. Sic enim infrà loquitur: *Ipſum quinetiam Oceanum illâ tentavimus: & ſupereſſe adhuc Herculis columnas fama vulgavit.* Quòd verò in ipſâ fuerit Germaniâ, de ſe hoc opuſculo teſtatur, quum inquit: *Vidimus ſub divo Veſpaſiano Velledam, diu apud pleroſq; numinis loco habitam.* Conſtat autem, ad Luppiam fluvium in Bructeris habitâſſe Velledam; referente Tacito, lib. 20. & 21. hiſtoriæ Auguſtæ. Huic Oceano adjacent: *Flandria*; cujus cultores ſunt *Morini*: *Brabantia*, *Tungrorum* portio: *Selandia* & *Hollandia*; quas *Bethaſii, Batavią;* tenuerunt: *Friſia, Oſtlandia,* (id eſt, orientalis terra) *Holſatia,* (hoc eſt, *Holſtein*) *Diethmarſen:* (*imbrica Cherſoneſus,* quæ nunc *Dania*: *Mechelburgenſis ducatus*: (eum tractum maritimum *Pharodini* & *Sideni* habitârunt: poſtea *Sclavi, Sorabi* ac *VVilzi* immigrârunt) *Pomerania, Pruſſia, Lithvania, & Livonia.* Et pro ac-

Cornelius fuit in Germaniâ.

Oceano finitimæ regiones.

colarum diverſitate, varia invenit nomina: communi tamen vocabulo die See appellant Germani, quod ſtagnum ſignificat. Quemadmodum Hebræi, aquarum congregationem, *Mare* dicunt: ita Teutones ſuâ linguâ vocant die See: & maritimas ſeu ſtagnales civitates, die Seeſtätte.

Germania informis pridem.

Informem terris.) Priſcæ Germaniæ faciem, quaſi hypotypoſi & imagine quadam depingit. *Informem terris*: nondum videlicet ullis urbibus, arcibus, baſilicis, aut magnificis ædificiis exornatam. ſicut infrà ſcribit: *Nullas Germanorum populis urbes habitari, ſatis notum eſt.*

Aſperam cœlo,) quæ credebatur inclementem frigidumq; aërem habere: quòd Septentrioni, plagę frigidiori, expoſita ſit. Cor. Tacitus lib. 2. *Quantò violentior cætero mari Oceanus, & truculentiâ cœli præſtat Germania.*

Triſtem cultu aſpectuq;) necdum hortis, vineiſque excultam; ſed propter horrida & opaca nemora, quæ longè lateque occupant Germaniam, (exciſa poſterioribus ſeculis) montium horrorem, obſcuras valles, fœdas paludes, vaſta flumina, triſtiorem, quàm nũc eſt cernere. Nec enim tam populoſa, culta, fertilis, amœna ac læta apparebat, atq; nunc: velut paulò pòſt ipſe fatetur author. *Terra, etſi*

etſi aliquantò ſpecie differt ; in univerſum tamen aut ſylvis horrida, aut paludibus fœda, &c. Quapropter rectè Æneas Sylvius, Rom. Pont. ad Martinum Mayer, de antiquo Germaniæ ſtatu ad hunc modum ſcripſit : *Parum quidem eâ tempeſtate, à feritate brutorum, majorum tuorũ vita diſtabat. Erant enim plerumq; paſtores, ſylvarum incolæ ac nemorum : nec munitæ his urbes; nec oppida muro cincta; non arces altis innixæ montibus; non templa ſectis ſtructa lapidibus viſebantur. Aberant hortorum ac villarum deliciæ: nulla viridaria, nullæ conſitiones, nulla tempe, nulla vineta colebantur : præbebant largos flumina potus: lacus & ſtagna inſerviebant lavacris, et ſi quas natura calentes produxerat aquas. Parum apud eos argentum; rarius aurum; margaritarum incognitus uſus. Nulla gemmarum pompa; nulla ex oſtro vel ſerico veſtimenta. Nondum metallorum inveſtigatæ mineræ : nondum miſeros in viſcera terræ mortales truſerat auri ſitis. Laudanda hæc, & noſtris anteferenda moribus. At in hoc vivendi ritu, nulla fuit literarum cognitio, nulla legum diſciplina, nulla bonarum artium ſtudia. Ipſa quoque religio barbara, inepta, &, ut propriis utamur vocabulis, ferina ac brutalis. Talis tua Germania fuit, uſq; ad Adrianum Cæſarem: quámvis jam cæteræ orbis provinciæ, excultæ artibus ac moribus eſſent. Sub illo autem Imperatore, tota Germanica*

Veteris Germaniæ imago.

Sub Adriano Germania exculta.

natio in poteſtatem Romanorum facta eſt; poſt annos ducentos, quàm Romano primùm milite debellari cœpta eſt. Exin mitior facta, civilem cultum accepit. Eratq; tunc longè anguſtior breviorq; quàm modò ſit. Siquidem Germania univerſa, inter Rhenum & Albim; ſive, ut alii volunt, Oderam; ſive, ut alii rurſus autumant, Viſcellam, ab occidenti ad orientem protenſa: ſolum ab Auſtro, Danubii flumine; à Septentrione, Britannico Oceano & Mari, quod Baltheum vocant, undique claudebatur. Hęc Sylvius.

Germania termini.

Niſi ſi patria ſit,) Unicuiq; enim patria ſua jucundiſſima, quæcunq; contingit. Et quis unquam fuit in tam barbarâ regione natus, cui ſua patria non vel optima viſa fuerit? patrięq; fumus luculentior homini videtur, quàm ignis alibi. Ideò apud Homerum in Odyſſeâ, lib. I. Ulyſſes exoptat,

—— Oculis ſurgentem cernere fumum
Natalis terræ. ——

Ut nihil eſt patriâ ꝓpriâ, ſive parentib⁹, ulli dulcius. Hinc Ovidius libro de Pōto priori:

Neſcio quâ natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Celebrant carminibus antiquis, quod unum apud illos memoriæ & annalium

genus

genus eſt, Tuiſconem, deum terrâ æditum, & filium Mannum, originem gentis conditoresq́ue. Manno tres filios aſsignant: è quorum nominibus, proximi Oceano Ingævones, medii Herminones, cæteri Iſtævones vocentur. Quidam autem, licentiâ vetuſtatis, plureis deo ortos, plureisq́ue gentis appellationes, Marſos, Gambrivios, Suevos, Vandalos, affirmant: eaq́ue vera & antiqua nomina.

Propiùs accedit ad Germanorum originem. *Celebrant*, inquit, *carminibus Tuiſconem deum, & filium Mannum, originem conditoremq́ue gentis: divinum canunt genus, & ad deos ſua referunt initia*; *quos carminibus, id eſt, canticis, hymnis aut rythmis, celebrant: ut ex eorum carminibus, quibus ſuum Tuiſcona canũt, accepimus*. Sie ſungen noch ein altes liedlein von jrem Gott. Erant namq; Cornelii ætate Germani adhuc rudes, amuſi, literarum bonarumq́; artium ignari: quod poſtea ipſe refert, dicens: *Literarũ ſecreta viri pariter ac fœminæ ignorãt*. Ideò nemo erat Germanorũ, q ſuę gentis hiſtoriam literis cõmendaret poſteri-

Germani literarum imperiti.

tati: non ſcribebantur annales, faſti, hiſtoriæ, ephemerides; ſicut penes Hebræos, Græcos, ac Latinos. Laudes heroum, & res illuſtres, & quicquid volebant ab interitu & hominũ oblivione vindicare; carminibus, & vulgaribus cantilenis compoſitis, recitabant canendo. Filii à parentibus edocti transmittebãt, velut per manus, ad poſteros: qui mos etiamnum apud indoctum vulgus ſervatur. Hoc apud majores noſtros erat memoriæ & annalium genus. Sic aliâs, libro annalium ſecundo, ad finem, *de Arminio Cheruſcorum principe*, noſter Tacitus: *Caniturq; adhuc barbaras apud gentes, Græcorum annalibus ignotus, qui ſua tantùm mirantur: Romanis haud perinde celebris; dum vetera extollimus, recentium incurioſi.* Eginhardus, de Carolo Magno inquit, in ejus vitâ: *Barbara & antiquiſſima carmina, quibus veterum regum actus & bella canebantur, ſcripſit, memoriæq; mandavit.* Memorat quoque Joannes Trithemius, Spanheymenſis abbas, in hiſtoriâ Francorum: *Mos erat majoribus noſtris, Francis atq; Germanis, ut heroum facta vel dicta memoratu digna, per ſacerdotes templorum, patriis commendarentur carminibus: in quibus diſcendis, memorandis, & decantandis, juvenum excitarentur ingenia. Quæ conſuetudo multis duravit annis; nec hodie deficit. cujus rei teſtes ſunt ſacri*

Carmina fuerunt Germanorum annales.

cripaanes, de incarnatione, morte, ac reſurrectione Jeſu Chriſti: ſimiliter profana aliquot cantiuncu-læ, de veterum heroum regumq́ gestis. Jacobus Zieglerus, in Schondiæ deſcriptione, capite de Islandiâ, quæ Latinis Tyle dicitur, refert ex Saxone Grammatico, de ejus inſulæ habitatoribus: *Res memorabiles majorum & ſui temporis conſcribunt, & celebrant cantibus & rythmis; deniq; ſcopulis & promontoriis inſculpunt: ut nullâ niſi cum natura injuriâ intercidant apud poſteritatem.* Saxo Sialandicus, & Albertus Cranzius, eorundem carminum quoque meminerunt.

Tuiſcon.) Hic pater atque rex fuit Germanorum, Scytharum & Sarmatarum: qui poſt diluvium Armeniâ egreſſus, in Germaniam viginti ducibus migravit. velut libellus ille, qui Beroſi Babylonii nomine circumfertur (in quem Joannes Annius Viterbienſis Commentaria ædidit) lib. 4. his verbis recitat: *Anno CXXXI. à ſalute ab aquis, prima omnium gentium & civitatum fundata eſt, à Saturno Babylonico noſtro, urbs & gens noſtra Babylonica. ab exordio hujus Janus pater, aliâs Noa, in Europâ regem Sarmatiæ fecit Tuiſconem, à Tanai ad Rhenum; junctiq́; ſunt illi omnes filii Iſtri & Mœſæ, cum fratribus ſuis, ab Adulâ monte uſque in Meſembriam ponticam. Hi ſunt, qui* *Tuiſcon pater Germanorum.*

egreſſi ſunt poſt Nymbrotum, ſinguli cum familiis & colonis ſuis; relinquentes nomina ſua locis, in ſignum expeditionis à Iano patre commiſſæ, & ad monumentum poſteris: ut ſcirent, quis eorum fuerit conditor. Dein libro 5. *Anno Beli XXV. Tuiſcon Sarmatas maximos populos fundavit, & Mœſa cum filiis Iſtri priſcos Mœſios poſuit, uſq; ponticam Meſembriam ab Adulâ monte.* Idem paulò pòſt *Anno VI. Semiramidis, apud Rheni Sarmatas regnavit filius Tuiſconis, Mannus.* Idem mox *Ingævonem, Herminonem, Marſum, Gambrivium, Suevum, Vandalum,* aliosq; memorat. Ferunt hũc primùm ad *Tanaim*, nominatiſſimũ Sarmatiæ amnem, (*Don* vocant Tartari) inter Aſiæ & Europę fines, habitâſſe; quo loco *Moſcoviæ* Princeps ſedẽ habet: poſtea ad *Carpathi* montis radices transtuliſſe terminos, qui Sarmatas à Pannoniis ſeparat, (aliquando *Suevus* appellatus) q *Tibiſcũ* flumẽ effundit, Tyſſam (die Teiß) accolis dictũ: quem ab eodẽ Tuiſcone nomen ſumſiſſe putant; ſicut Daciæ urbem *Tibinũ*, quę Hermanſtatt nominatur. Conſtat enim, Germanos Dacię partẽ occupâſſe aliquando: ſicut ex Plinii & Cornelii autoritate ſuprà retulimus. *Teutoburgũ* Pannonię eundem refert. Hunc étiam ad Oceanum ſeptentrionalem, ubi fuit priſcorum Teu-

Tuiſcon ad Tanaim ſedit.

Teutonũ ſedes,& ad Rhenũ usq;, ſuis imperâſſe,nõ eſt dubiũ.Ideò exiſtimant, *Tuitium*, Benedictinorũ cœnobiũ, contra Agrippinã Coloniam in finibus Ubiorum ſitum, à Tuiſcone ſervâſſe nomen: vulgus namq; Germanorum Teutſch appellat. Fuit hoc cœnobium prioribus ſeculis munimentum Rom. ab M. Val. Conſtantino erectum in tutelam Galliarum. Eſt quoq; ducatus in *Schondiâ*, inſulâ maris Germanici, *Tuiſchia*; linguâ utentes Teutonicæ non diſſimili. Si hîc vetuſtiſſimorum Germanorum hiſtoriæ nos juvarent: quantum lucis,tum patrię,tum Cornelio daturi eſſemus! nunc cùm Germani, ob literarum inſcitiam, nihil monumentorum atq; annalium dederint; tantùm conjecturis locum reliquerunt. Eſtq; haud vana conjectura, veritatiq; ſimilima, hunc *Tuiſconẽ* omnib' Germanis nomẽ dediſſe: q vulgò cõmuni voce Tuitſch/ & die Teutſchẽ/ hoc eſt, *Tuiſcones* ac *Teutoni*, ab iſthoc Tuiſcone nũcupãtur. Euſebius tamen in Chronicis, Div[a] Hieronymus in Hebraicis quęſtionibus, ac Judæi, Germanorum originem ad *Aſcenatẽ* referunt; qui fuit filius *Gomer*, nepos *Noë*: cujus ſacræ literæ meminerunt Geneſis 10. & 1. Chron. 1. Reverâ enim ab ipſius Noë nepotib' majores noſtri nati ſunt: & *Aſcenaz*

Germani & Gothi ab Aſcenate, id eſt, Tuiſcone nati.

ſuit *Tuiſcon*. *Tuiſconum* frèquens eſt mentio in Beroſi libello. *Teutonorum* Cæſar in commentariis, libro 1. 2. & 3. Pomp. Mela, lib. 3. Florus lib. 3. Vellejus Paterculus lib. 2. meminerunt. Dicebantur verò *Teutones*, ii tantùm Germani, qui circa mare Oceanum, non longè ab Codano, incolebant, juxta Daniam ſeu Danomarchiam, & Saxones: velut ex ipſo Plinio colligitur, qui lib. 4. cap. 14. hiſtoriæ mundi ita retulit: *Alterum genus Germanorum, Ingævones: quorum pars, Cimbri, Teutoni, ac Cauchorum gentes*. Hi Teutoni, Cimbris juncti, quondam Germaniâ veteri egreſſi, Galliam intraverunt, agri bonitate illecti. Facto per Chaucos & Friſios itinere, trans Rhenũ, in ultimis Galliarũ oris, ad ſeptentrionalẽ Oceanum, ubi Flandri ſedent hodie, cõſedêre. Ubi quum diuti⁹ manere nõ poſſent, ob maris Gallici inũdationem, quod velut longiùs extrudebat novos hoſpites: per Galliam errabundi ad Rhodanum usq; venerũt, ibiq; ſedes figere cõſtituerant. Dum autem vagarẽtur in Galliâ, conjunxerãt ſe illis Tigurini, Ambronesq;, Gallicę nationes, & ipſæ regnis ſuis pulſæ, ſedes novas quæritantes. Itaq; ferociores facti virium incremẽtis, quum terram à Romanis tanquam ſtipendium ſibi dari poſtulâſſent, & repellentur; contra

Teutones qui fuerint.

tra

tra legatos armis inſurrexerunt, Syllanoque & Servilio Cepione ac M. Manlio fugatis, caſtrenſi prædâ, & quidem ingenti, potiti ſunt. Hos poſtea vicit Marius, partim in tractu Cotiarum alpium, ad aquas Sextias; partim in Italiâ, in campo Raudino. Quemadmodum hæc ex hiſtoriis nota ſunt, & nos inferiùs paulò copioſiùs repetemus. Sunt & trans Viſtulam fluvium, in Livoniâ & Pruſſiâ, hodie *Teutonici* cognominati, (die Teutſchen Herren) equeſtris ordinis; eo nomine paſſim per Europam fuſi.)

Tuiſconis filius fuit MANNUS, qui in Germaniâ regnavit anno Semiramidis ſexto: quo tempore Abraham patriarcha vixiſſe, & Treveris condita fertur. Hic quoque Germanorum pater ac heros cenſetur. Hoc indè colligitur, quòd illius nomen, honor & memoria, in universâ permanſerit Germaniâ: ut aliquem ab inſigni virtute atque fortitudine commendaturi, appellemus *Mannum*, ein Mann. Das iſt ein Mann / id eſt, Hic eſt vir: intelligentes maſculum, virilem, potentem, ſtrenuum, ſingulari præditum virtute. Hinc eſt *Germanus*, *Alemannus*, *Marcomannus*, *Nordmannus*, *Chamannus*, nomina gentilia: & *Hermannus*, *Ringmannus*, *Tilomannus*, *Carolomannus*, *Chriſtmannus*, *A Manno deducta appellationes.*

Hartmannus, Trutomannus, propria: ſimiliter appellativa illa, Gottsmann / Bidermann / Landsmann / Edelmann / Bergmann / Holtzmann / Hofmann / Schidmann / Spilmann / Hanemann / Zimmermann / Lachmann: & infinita hujus generis cōpoſita, ac denominativa à Manno. Valde. n. majoribus noſtris arriſerunt à *Manno* deductæ appellationes, propter gētis patrē & authorem. nā hic trib. filiis, *Ingævone, Herminone, Iſtævone*: ac nepotibus ex illis, *Marſo, Gambrivio, Suevo, Vandalo*, totam occupavit & implevit Germaniam.

Ingævon, Herminon, & Istævon, fuerunt Manni Regis filii, & Germaniæ populorum reges. Quisque enim ſuis imperavit, & à ſe nomen genti ſuæ dedit. Ab Ingævone *Ingævones*, ab Herminone *Herminones*, ab Iſtævone *Iſtævones* appellati fuerunt. *Mannus* namq; in hanc formam teſtamentum condidiſſe videtur. Maximo natu *Ingævones*, ſeu potiùs *Vigevones*, hoc eſt, littorales inſularesq; populi parento: Minimus natu, *Herminonibus* ſeu *Herivonibus*, hoc eſt, mediterraneis imperato: Medium inter hos, *Iſtævones*, hoc eſt, ripas Rheni Danubiiq́ue accolentes, regem habento. A ſubjectis populis quisq; nomen accipito. Ingævon, temporibus Zamæi, quinti regis Babyloniorum, ætate

Manni teſtamentum.

ætate Iſaac patriarchæ, regnavit in Germaniâ; ſecundùm Beroſi libellum. Eſt autem *Ingævon* Germanica dictio, quæ incolam ſeu inhabitatorem ſignificat. Ingævon, ein Inwoner: qui Germaniam, aut inſulas Germaniæ inhabitat. Beatus Rhenanus, incomparabilis ille optimorum ſtudiorum vindex, & Germaniæ lumen, in elegantiſſimis ſuis rerum Germanicarum libris, volumine tertio, ſuum antiquitatis ſtudium, acumen, & judicium hac dere, in hunc modum protulit: *Ingævones, quidam ſcribunt Ingenones. Sed neutrum rectè. Nam Germanica dictio eſt, quemadmodum oſtendam; innuens eos, qui ſinus maris accolant. Itaque ſciendum, VVic, ſive* Wigl *linguâ Saxonum, & eorum Germanorum qui circa mare habitant, ſignificare ſinum maris aut fluvii; quod ſuperior Germania* Wog *appellat: &* Wonen *eſt habitare. Unde VVigevvones dicti, qui ſinus maris incolerent: quos unâ atque alterâ literâ omiſſâ, (nam geminatis nos gaudemus) Romani Vigevones appellârunt. Hos ſcribæ, etymologiam vocabuli ignorantes, in Ingævones verterunt; pro Vi nobis In depingente qui lapſus in veteribus ſcripturis creber eſt. Proinde ſatis liquet, Vigevones ſcribendum. Hos etiam ipſi populi probant; de quibus Plinius naturalis hiſtoria libro 4, cap. 14. Alterum genus,*

Beatus Rhenanus.

(ſcilicet Germanorum) Ingævones; quorum pars Cimbri, Teutoni, ac Chaucorum gentes. Notum enim eſt, iſtos Septentrionalis Oceani ſinus accoluiſſe. Hactenus Beatus. Idem Plinius Ingævonum, ſeu potiùs Vigevonum, eodem 4. libro, cap. 13. his verbis meminit: *Incipit indè* (Septentrionalis Oceanus) *clariore aperiri famâ, ab gente Ingævonum, quæ eſt prima: indè Germania. Mons Sevo ibi immenſus, nec Riphæis jugis minor.* Subſcribit Solinus cap. 32. *Mons Sevo ipſe ingens, nec Riphæis minor collibus, initium Germaniæ facit. Hunc Ingævones tenent; à quibus primis poſt Scythas nomen Germanicum conſurgit.* Sunt igitur Vigevones: *Friſii, Chauci, VVeſtvali, Vandali, Teutoni, Saxones, Cimbri, Dani, Holſatæ, Diethmarſi, Mechelburgenſes, Burgundiones, Varini, Gutones, Pomerani, Pruſſii, Livones, & Lithvani*, mari Germanico proximi.

Vigevones qui.

HERMINON verò, juxta eundem Beroſum lib. 5. regnavit in mediterraneâ Germaniâ, quando Aralius Rex ſeptimus adminiſtraret Babylonicum regnum. Ab hoc *Herminones*, ſeu potiùs *Hernvvones*, nomen ſumſêre: qui ſunt mediterranei Germaniæ populi, inter Rhenum & Danubium habitantes. De quibus etiam C. Plinius Secundus, lib. 4. cap. 14. hiſtoriæ mundi, de Germanorum

rum populis ſcribens: *Mediterranei*, inquit, *Hermiones; quorum pars Suevi, Hermunduri, Catti, Cheruſci.* Pompo. Mela, lib. 3. ultimos Germaniæ *Hermiones* vocat. Hi ſunt haud dubiè *Luſatii, Sileſii, Boëmi, Miſnenſes, Toringi, Saxones.* Dicti verò ſunt mediterranei Germaniæ populi *Hernvvones*, Teutonicâ appellatione. Her enim, Septentrionalium Germanorum linguâ, terram ſignificat. nos hîc addimus literam *t* vel *d*: dicimus enim Herd vel Hert. indè *Herthum* deam appellatam puto, id eſt, Terram matrem: & *Herdvvoner*, mediterraneos habitatores terræ. Facilimum verò fuit, *Hervvones* ſive *Hernvvones*, in *Hermiones* vel *Herminones*, per errorem mutare: propterea quòd Romani vocis etymologiam ignoraverint. Quis enim in voce non intellectâ non cæcutiat & aberret? maximè cùm Germani, priſcis temporibus literarum ignari penitus, nihil ſuarum rerum commendaverint literis; quibus ſua primordia retulerint, non ſolùm ſuæ nationis hominibus, ſed nec exteris.

At ISTÆVON, referente Beroſo, Oſiridis Babylonii regis temporib. gubernavit Germanos, Rhenum Danubiumque accolentes: qui *Iſtævones* à Vigevonibus Septentrionalibus, tanquam ultimi & remotiſſimi cultores,

tores, fuerunt appellati; die Eyſterwoner / ſive die Vſſerſtenwoner / aut Weitſtenwoner: qui non ſint medii, neque maritimi aut inſulares Oceano proximi; ſed planè ripenſes, remoti ab Oceano, Ingævonibus & Herminonibus. De illis Plinius lib. 4. cap. 14. *Proximi autem Rheno Iſtævones; quorum pars Sicambri.* Ubi igitur habitârunt *Batavi*, *Mattiaci*, *Tencteri*, *Uſipii*, *Bructeri*, *Chamani*, *Angrivarii*, *Tubantes*, *Buſactori*, *Vangiones*, *Nemetes*, *Ubii*, *Franci*, *Saxones mediterranei*, id eſt, *VVeſtvali*: & nũc *Ducatus Geldrenſis ac Montenſis*, *Franci*, *Suevi*, Rheno Danubioque finitimi, in univerſum Iſtævones fuêre. Raphaël Volaterranus hos interpretatur *Iſtvalos* & *VVeſtvalos*, lib. 7.

MARSUS, Tuiſconis nepos, Herminonis filius, Germanorum Rex, tempore Balæi octavi regis Aſſyriorum, apud Tuiſcones, id eſt, Germanos, regnavit: authore Beroſo lib. 5. Ab hoc dicta eſt *Marſorum* regio (Marſemerland) in Germaniâ; quemadmodum annotavit Joannes Annius Viterbienſis, prædicatorii ordinis monachus, ſuper Beroſum lib. 15. De illis Strabo, geographicorum libro 7. *Quædam Germaniæ portio, in profundam regionem transmigrans pervenit; ſicut & Marſi. Cæteri pauci ſunt, & Sugambrorum portio.*

tio. Sicut autem Tuiſcones, Ingævones, Herminones, Iſtævones, Germani, teutonica ſunt vocabula: ita *Marſi* etymum habent germanicum. Veteres namque Germaniæ populi Saxones, paluſtria & aquoſa loca Mers/& Merlude appellant;& *Marſos* paluſtres: ſicut econtrà *Holſatos* patriâ linguâ dixerunt, locis nemoroſis habitantes. Indè eſt Wilſtermers/Crempermers/Thietmers. Qui verò fuerint *Marſi*, & quam Germaniæ partem incoluerint, nemo meliùs Alberto Crantzio explicavit, qui in opere ſuo, quod *Vandaliam* inſcripſit, libro 1. ita memorat: *Marſi ad Albim conceſsêre: quorum tenues reliquiæ in paluſtribus ſunt, non longè ab oſtio fluminis; Thietmarſi, VVilſermarſi, Crempermarſi: qui quoniam in paluſtribus habitant, obtinuit Saxonum conſuetudo, ut omnes paluſtres Marſi vocitentur.* Idem libr. 1. cap. 1. *Et quoniam in vetuſtiſſimis rebus, ubi reliqua nulla eſt in literis memoria, conjectura fit locus: omnem ego Holſatiam & Stormariam, in cujus ſolo fundata eſt Hamburga; Marſorum genti deputãdam puto, quæ in ſolis paluſtribus nomen ſervavit. In arido autem habitantibus hoc nomen permiſit, ut, ad ſuæ gentis aliqualem in ſolo differentiam, Holſati dicerentur; qui per vicina nemora, usq; ad terminos VVagriæ, diffunduntur. Stormaria verò,*

Stermaria Marſorum gens & natio.

quaſi Storemarſia, à Storâ flumine appellata: ut pro Marſia, Maria ſit inolitum; ut ſit verborum detorſio. Omnis autem ea Marſorum natio, Saxoniæ ab omni literarum memoriâ fuit annumerata. Hactenus Albertus Crantzius. Veriſimile eſt etiam, *Viſmariam*, urbem maritimam Saxoniæ, ditionis Mechelburgenſis, à Marſis ſervâſſe nomen. *Nordalbingi*, id eſt, aquilonares Albis accolæ, Marſorum regionem inhabitant. Refert Cornelius Tacitus annalium libro 1. *Germanicum Cæſarem vaſtâſſe Marſos, qui tum VVeſtvaliam incolebant, Cattis finitimi; & templum, quod Tanfane vocabant, ſolo æquâſſe.* Idem libro 2. *Malvendum Marſorum ducem* celebrat. Urbes præcipuæ ſunt: *Hamburga, Slesvigum, Oldenburgum*, Werſemerland.

De GAMBRIVIO (Gemper/oder Kempfer) ſic ſcribit Beroſus, lib. 5. *Tempore Belochi, decimi Aſſyriorum regis, apud Tuiſcones regnavit Gambrivius, vir ferocis animi.* Et Annius Viterbienſis in eundem, lib. 15. *Hunc*, inquit, *eſſe non dubitamus, à quo Plinius in naturali hiſtoriâ, & Tacitus, appellant Germanorum quosdam populos Gambrivios, & regionem Gambriviam.* Strabo libro 7. geographiæ, *Gambrinos* inter Germaniæ populos numerat: quos ego Gambrivios eſſe puto. *Sunt*, inquit,

alii

alii Germaniæ populi indigentiâ laborantes: Cheruſci, Catti, Gambrini, Cattuarii. Albertus Crantzius libro 1. Vandaliæ: *Gambrivii nulla reliquêre veſtigia: niſi fortè Sicambros, Francorum ad Rheni fluenta patres, indè derivari credamus.* Fuerunt *Sicambri* Iſtævonum pars, Rheni accolæ: velut ex ipſo Plinio notum eſt, qui lib. naturalis hiſtoriæ 4. cap. 14. ita prodidit: *Proximi autem Rheno Iſtævones, quorum pars Sicambri*, ubi exemplaria depravatè habent, *quorum pars Cimbri*: qui tamen non Iſtævones, ſed Vigevones exſtiterunt, eodem Plinio referente. Sidonius ad Majoranum Cæſarem:

Sic ripa duplicis rumore fracto
Detonſus Vahalim bibat Sicamber.

Eſt verò *Vahalis* Rheni oſtium; quemadmodum in Rheni deſcriptione vidimus. Et ubi nunc *Montenſes*, vel potiùs *Bergenſes*, atque *Geldrenſes* degunt; olim Sicambrorum fuêre ſedes. Ad *Gambrivios* redeo. Eſt epiſcopalis urbs Gambrew/ prope *Nervios*, id eſt, *Tornacenſes*, nunc *Cameracenſis* dicta: quæ mihi cōjecturam facit, Gambrivios in eo tractu habitâſſe, & loco nomen reliquiſſe, qui veteris populi memoriam ad poſteros referret.

SUEVUS, Gambrivii filius, & Manni nepos, Germanorum Rex, apud Tuiſcones re-

gnavit, tempore Balei undecimi regis Babyloniorum; authore Beroſo libro 5. *Hic ampliſſimam Suevorum gentem ac regnum condidit, & de ſuo nomine cognominavit:* velut Beroſi interpres, Johannes Annius Viterbienſis, libro 15. annotavit. Quo verò Germaniæ loco *Suevi* primitus habitârint, hîc diſcutiendum puto: nam eas ſedes in Rhætiâ primâ, quas hodie occupant, non tenuerunt initió. C. Julius Cæſar, libro comment. belli Gallici 4. de Suevis in hunc modum ſcripſit: *Suevorum gens eſt longè maxima, & bellicoſiſſima Germanorum omnium. Ii centum pagos habere dicuntur: ex quibus quotannis ſingula millia armatorum, bellandi causâ, ſuis ex finibus educunt. Reliqui, qui domi remanſerint, ſe atque illos alunt. Hi rurſus invicem anno poſt in armis ſunt; illi domi remanent. Sic neque agricultura, neque ratio atque uſus belli intermittitur. Sed privati, atque ſeparati agri apud eos nihil eſt. Neque longiùs anno remanere uno in loco, incolendi causâ, licet. Neque multum frumento; ſed maximam partem lacte, atque pecore vivunt: multumq́ ſunt in venationibus.* Et poſt paucula: *Publicè maximam putant eſſe laudem, quàm latiſſimè à ſuis finibus vacare agros. Hac re ſignificari, magnum numerum civitatum ſuam vim ſuſtinere non potuiſſe. Itaque unâ ex parte à*

Suevorum veterum ſedes.

Suevis,

Suevis, circiter millia paſſuum ſexcenta agri vacare dicuntur. Ad alteram partem ſuccedunt Ubii, quorum fuit civitas ampla, atq; florens, ut eſt captus Germanorum; & paulò qui ſunt ejuſdem generis etiam cæteris humaniores: propterea quòd Rhenũ attingunt, multiq; ad eos mercatores ventitant; & ipſi propter propinquitatem, quòd Gallicis ſunt moribus, aſſuefacti. Hos cùm Suevi, multis ſæpe bellis experti, propter amplitudinem gravitatemq; civitatis, finibus expellere non potuiſſent; tamen vectigales ſibi fecerunt, ac multò humiliores, infirmioresq; redegerunt. Unde colligo, Suevos Rheno flumini finitimos exſtitiſſe, penès Ubios, è regione Coloniæ Agrippinæ. quod Strabo quoque affirmat, lib. 4. geographiæ, Rheni accolas deſcribens. *Huic fluviatili regioni*, inquit, *toti ſupereminent, Germani alteri, quos Suevos appellãt; qui potentiâ, & hominũ frequentiâ, reliquos antecellũt: à quib. qui ejecti, in interiorem nunc Rheni partem confugerunt.* Intelligit verò *Ubios, Tencteros, Uſipiosq;*, à Suevis ultra ripam Rheni actos; qui pridem trans Rhenum in Germaniâ conſederant. Cæſar in 4. Idem Strabo lib. 7. *Suevorum quidem gens ampliſſima: è Rheno ſiquidem usque ad Albim pervenit fluvium.* Ipſi quoq; mare Septentrionale attigerunt; quod propterea ab ipſis *Suevicum mare* fuit appellatũ; cujus infrà Ta-

Ubiis Suevi vectigales fecerũt.

Suevi Rheno finitimi.

Suevi ad Albim & Oceanum.

citus meminit. *Ergo jam dextro Suevici maris littore Æſtyorum gentes alluuntur: quibus ritus habituſq; Suevorum; lingua Britannica propior.* Quam regionem hodie *Saxones*, *Marcomeri*, *Pomerani*, *Pruſſiq;* incolunt. Quorſum reſpexit Baptiſta Mantuanus, ad Maximilianum Cæſarem, his verſibus:

—— Ampliſſima cerne
Regna Suevorū, quos Viſtula claudit & ingens
Oceanus, vada Danubii confinia gentis;
Tot complexa ſinu immenſo excurrentia longè.

Accoluerunt præterea utramque Albis fluvii ripam: quemadmodum Strabo libro 7. prodidit: *Suevorum gens ampliſſima; è Rheno ſiquidem uſque ad Albim pervenit fluvium. eorum portio etiam trans Albim loca depaſcitur, quemadmodum Eumondori & Lancoſargi.* Et iterum: *Auſtralis vero pars Germaniæ trans Albim fluvium, quæ quidem contigua eſt, à Suevis adhuc tenetur.* Unde Lucanus libr. 2. Pharſaliæ:

Fundit ab extremo flavos aquilone Süevos
Albis, & indomitum Rheni caput. ——

Ptolemæus lib. 2. cap. 12. eundem Suevorum poſuit ſitum. Cujus argumentum etiam eſt *Suevus fluvius* trans Albim, à Ptolemæo lib. 2. cap. 11. celebratus; qui corrupto voca-

bulo

bulo *Sprevus*, (die Sphre) pro Suevus dicitur: qui juxta *Sphrebergum* arcem è Bohemiæ montibus defluens, *Marcomerorum regionem*, id eſt, *Marchiam Brandenburgenſem*, (die Marck) veterem Suevorum ſedem, percurrit: *Perolinum* & *Coloniam* urbes dirimens, tandem in Suevicum, hoc eſt, Septentrionalem Oceanum, juxta *Sundenſem* civitatem exit. Alii, quorum opinionis aſtipulator eſt Conradus Celtis, *Oderam* Sileſiæ amnem, olim Suevum vocitatum putant. unde etiam *Sileſiam* à Suevis occupatam accipio: quòd *Lygii*, Suevorum natio, eam oram inhabitârint; & *Suenitium* atque *Suibiſſa*, urbes à Suevis conditæ, comprobent. Hic Sileſiâ egreſſus, Brandenburgenſem provinciam tranſit; poſtremò in Balticum mare egreditur. *Viadrum* Ptolemæus libro 2. *Gutalum* Plinius lib. 4. cap. 14. vocat. *Zuenum* quoque Pomeraniȩ fluvium, quondam Suevum dictum, volunt alii.

Carpathum præterea montẽ, ad orietalem Germaniæ plagam poſitum, Pannoniam & Sarmatas ſeparantẽ, ad cujus Auſtralem partem Trãſſylvani, Germanorum progenies, adhabitant, *Suȩvi* quoq; accoluerunt: quem ferunt Suevũ priſcis dictum. Ubi in *Daciam* ac *Pannoniam* usque pervenerunt: velut in

Suevi Daciæ contermini.

Daciæ deſcriptione meminimꝰ; Plinii & Taciti verba recitãtes. quibus etiam Strabo lib. 7. accedit: *Auſtralis*, inquit, *pars Germaniæ trãs Albim fluvium, quæ quidem contigua eſt, à Suevis adhuc tenetur. Deinde Getarũ mox terra copulatur, principio quidem anguſta, ad Iſtrum porrecta, quà plagam ſpectat auſtralem.* Idem lib. 7. *Suevorum natio partim intra, partim extra ſylvam habitat, Getarum conterminagenti.* Porrò *Getæ* Daci fuerũt; ut idem refert author, & Plinius lib. 4. cap. 12.

Poſtremò *Suevi* Hercynium nemus incoluerũt: ceu idem Strabo lib. 7. indicat. In hoc tractu ſita eſt *Hercynia ſylva*, & *Suevorũ natio*: ex quib. nonnulli intra, aliqui extra ſylvã habitant; ſicut & *Coldulorũ* pleriq;. In quibus & *Bubiemum*, Marobudi regia. Has ſedes nunc *Bohemi*, *Moravi*, *Sileſii*, & *Luſatii* tenent. In ſummâ, veteres Suevi intra hos limites fuêre concluſi. Ab oriente, *Carpathius* mõs: ab meridie, *Hercynium nemus*, quod *Bohemicum* nũc appellatur: ab occidente, *Rhenus*: ab aquilone, *Suevicum mare*, Suevis terminum dedêre. nam fuit ampliſſima gens, quæ majorẽ Germanię partem obtinuit: quemadmodũ infrà latiùs audiemuſ. Hi poſtea, relictis prioribus ſedibus, quærendi melioris ſoli gratiâ, (an ſuis finibus ejecti, dubium eſt) in Rhætiam popu-

popularitér commigrârũt; quo loco aliquot ſeculis hæſerunt: abolito veteri Rhætorum nomine, *Sueviam* à ſe novis cultoribus dixêre *Rhatiam*: multa oppida condiderunt in emigratione, & à ſe denominârunt. Quomodo puto *Suabachium*, urbem in Norico recẽtiori ſitam, duobus ab *Norimbergá* lapidibus, à Suevis conditam: aut potiùs à *rivo Suevorum*, quo illabitur, nominatam; qui è *Heilsbrunno* cœnobio, *Noricũ* (id eſt, *Nordgeiam*) ingreditur, donec *Radiãtia* amni copulatur. Ipſa urbs *Suabachium* Marchioni Brandenburgenſi paret. is erat, dum hæc annotarem, *Georgius* princeps magnanimus; quem *Albertus* ex fratre nepos, optimæ ſpei puer, tredecim natus annos, ſequitur. Hæc urbs nobis D. Sebaſtianũ Hællerum, raræ & inæſtimabilis doctrinæ, & acerrimi judicii virum, dedit; quo Princeps archigrammateo utitur cõſultiſſimo. Eſt alius *Suevorũ rivus* (Schwabach) ad *Erlangium* caſtellum, ejusdem Brandenburgenſis provinciæ, à montanis è vico ſui nominis decurrens; qui vix quatuor miliarib. decurſis, *Regniſo* (quẽ *Radiantiam* dixi, & *Tramaricum* quoq; appellatum lego) coit. Hunc Suevos accoluiſſe & nuncupâſſe, conjecturam facit ipſum nomen. Non deſunt, qui *Sueviſordiam*, in orientali Franciâ ad

Georgius & Albertus Marchb. Brandenburg.

Sebaſtianus Haller.

Mœnum civitatem, ab eisdem Suevis appellatam referant: quòd Suevi, dum emigrarẽt, trajecerint fluvium, & cum trajectum tenuerint. Exſtat & regiuncula inter *Alemannum* & *Bernicum* amnes, *Hanecampio* juncta, *Sualfeldia* nomine; in quã ſitum eſt *Heydenheymium* cœnobium Benedictinorum, ab divo Vunebaldo exſtructum, in diœceſi Eyſtadtenſi, in *Ernuſti comitatu*, cui etiam Hohen *Truhendinga* paruit, veluti ejus cœnobii hiſtoria recitat: hodie Marchionem Brandenburgium audit. Hæc regiuncula Sueviæ attribuitur, & à Suevis appellationem haud dubiè ſumſit; & corruptè Schwaſſeld & Schwanfeld, pro Schwabenfeld / h.e. Suevorum campus, dicitur. Cujus nomenclaturæ eſt quoq; *Zuiccavienſis* tractus ad *Moldavum* amnem, inter *Miſniam* & *Voitlandiam:* à Suevis ſervato nomine. Eraſmus tamẽ Stella Libonothanus, à cygnis illi nomen vendicat. Eſt etiam juxta *Conſtantiam* urbem, *nemus Suevorum*, (Schwaben/) ipſius Sueviæ limes. Hæc volui nunc de Suevis, & priſcis ipſorum ſedibus annotare: reliqua inferiùs ſuo loco ſum relaturus.

VANDALUS, Tuiſconis & Manni nepos, tempore Altadis, duodecimi Babyloniorum regis, apud Tuiſcones regnavit; teſte Beroſo, libro

lib. 5. A quo Vandalos prodiviſſe, nomen eſt argumento. ita annotavit Johannes Annius Viterbienſis lib. 15. *Vandali* autem, Germanorum ultimi, verſùs *Gothos* & *Gepidas*, Sarmatis confines fuêre, & *Vandali fluvii* accolæ; qui *Viſtula* ab autoribus appellatur, in *ducatu Teſchnenſi* è Carpatho monte ortus, quà in Jazyges & Marcomannos Polonia imminet: per mediam currit *Poloniam*; *Cracoviam* metropolim regiamq́; civitatem, navigiorum capax, perfluit: mox *Plocentiam* aliâsq; Poloniam egreſſus, *Pruſſiam* perlabitur; *Suetziũ*, *Turoniam*, *Marieburgum*, & *Cholmen*, urbes alluit: indè *mari Codoneo* tribus oſtiis, in conſpectu *Scandiæ*, cõmiſcetur: uno juxta *Dantiſcum*, celebrem atque opulentam civitatem, aliquando *Gedonum* dictam: altero prope *Ælbingum*. Polonus *Vislam*; Germanus Weixel vocat. Viſtulæ fluminis ortum & exitum pulchrè deſcripſit Conr. Celtis, lib. 1. elegiâ 15. verſibus, quos non piguit adſcribere.

Viſtula, Carpathi ducens radicibus ortum,
Quæ ſua Pannoniis aurea dona ferunt:
Hic ubi præcipiti conſurgit vertice κρημνὸς,
Pulſans æthereum per juga celſa polum.
Inde citus triplicem Cracovinam tendis ad urbẽ,
Sarmatici regis mœnia celſa rigans.

Hinc Maſovina vagus te obliquas major in arva,
Quà patet Hercyniæ portio vaſta meæ;
Horrida villoſos quæ paſcit ſola Viſontes,
Et validos uros, monſtra ſtupenda feræ.
Hinc propior Codano Pruſſiæ tendis ad urbes
Viſtula, Teutonicæ littora gentis habens.
Urbs ibi Torna ſuis tollit ſub ſydera turres,
Et Marieburgum maximum in orbe decus;
Quod vagus in triplici circundas Viſtula foſsâ,
In Codanum triplici plurimus ore fluens:
Hîc ubi præclaro munita eſt Pruſſia portu,
Urbibus & populis dives in orbe micans.
Quas inter claro Dantiſcum lumine ſurgit,
Qualiter eois Phœbe reſurgis aquis:
Sed quondã Gedonum, Gothorum à nomine dictũ;
Hincq́ ſinus Codanus nomina clarus habet.

Hunc amnem Vandali à fonte ad oſtia usq; accoluerunt. Ejectis *Vandalis*; *Sclavini* ſive *Sclavi*, Scythicę originis, Vandaliam occupaverunt;& ſe novo nomine *Polonos*, à planis campis, vocaverunt. Plura de Vandalis ſcripſit Matthias de Miechou Cracovienſis, in libello, quem de duabus Sarmatiis, Aſianâ & Europianâ, inſcripſit. Similiter Albertus Crantzius, qui opus Vandaliæ ædidit; qui mox à principio ita refert: *Vandali ſunt, quos nunc exſequemur, Ruſſi, Poloni, Bohemi, Dalmatæ, Croaci; una gens, ut docebimus.* Et iterum:

Hodie

Hodie tamen, quæ fuerit olim gens Vandalorum, in univerſum ignoraremus; niſi vernacula Saxonum lingua hoc vocabulum conſervâſſet: ut inter eos, qui olim Vandali, fracto, ut fit, vocabulo, nunc Wenden *vocitentur.* Idem libro 1. cap. 11. *VVinus erat in Vandalis, vir primarius, qui magnâ ditione in gente ſuâ dominabatur: unde quædam gentis portio traduxiſſe nomen videri poterat, ut VVinuli dicerentur. quanquam hoc ipſum nomē uſurpatum videatur à quibusdam, facilitate linguæ; ut VVinuli vocarentur, qui eſſent Vandali.* Idem lib. 1. cap. 15. *Marcomanni Vandali fuêre.* & cap. 36. *Heruli fuerunt Vandali.* De Vandalorum ſuperſtitioſis Diis lege eundem Crantzium lib. 3. cap. 37. Vandaliæ. Alberti Crantzii, diligentis alioqui hiſtorici, veniâ dictum volo; *VVinulos, VVinidas* ac *VVilſos*, minimè eſſe Vandalos, quanquam Vandalorum regionem habitēt; ſed Sclavorum gentem, Scythicę originis. Sicut *Bohemos*, qui hodie Bojohemum incolunt, nemo Germanos & Bojorum nepotes pronuntiat. Sunt enim & hi Sclavi. manſit tamen Bojorum regioni vocabulum, à veteribus cultoribus. Ita ſuſpicari quis queat, Vandalorū nomen in VVinidis ſeu VVinulis, novis habitatorib⁹, hæſiſſe: quorum lingua ꝓdit, nō eſſe Vādalos. Rectiùs igitͬ Saxo Salandic⁹, *Sclavos*

in hiſtoriâ appellat; quos Crantzius *Vandalos*. C. Plinius Secundus, lib. 4. cap. 14. hiſt. mundi, *Vandalorum* quoque meminit: niſi quòd exemplaria corruptè habent, *Vindelici*: quam lectionem unus atque alter obeliſco jugulavit. Et fuerunt *Vindelici* provinciales, Rhætię ſecundæ cultores; Ptolemæo lib. 2. teſte, nondum Germani: quorum loca nunc Bojoarii tenent. Et *Auguſta Vindelicorum* ſupra *Monachium* ſita fuit, ubi nunc Scheſſlaren Præmonſtratenſium cœnobium eſt; atque duo rapidiſſima flumina, *Loyſa* & *Iſara*, ex Alpibus procurrentia, confluunt: ubi etiam duo vetuſti lapides, Romanis inſcripti literis, monſtrantur, quæ omnia Joannes Avētinus perluſtravit, & vidit. Quam verò hæc ætas *Auguſtam Vindelicorum* vocat, in Rhætiâ primâ; non in Vindeliciâ ſita eſt, ſed Vindeliciæ proxima. *Lycus* amnis utramque terminat. Plinii verba ſunt: *Genera Germanorũ quinq;: Vindelici, (*tu lege, *Vandali) quorum pars Burgundiones, Varini, Carini, Guttones. Burgundionum* ſedes tenent *Pruſſii* ac *Saxonum quidam*. Multa de his Beatus Rhenanus, in libris rerum Germanicarum: qui etiam *Vandalorum* in *Hiſpaniam* migrationem; & *Burgundionum* in *Alemanniam*, & deinde in *Galliam*, in *Sequanorum & Heduorũ* provin-

provinciam, (ubi adhuc manſit veteris populi nomen) repetit. Vandali Romanis multa intulerunt bella: iidem Galliam & Hiſpaniam depopulati. De quibus relege hiſtoricos: Paulum Oroſium, lib. 7. cap. 38. 40. 41. Paulum Diaconum, lib. 13. & 14. de geſtis Romanorum. Eutropius lib. 8. L. Annium Antoninum Philoſophum contra Vandalos pugnâſſe, memorat. Et quæ Franciſcus Irenicus, lib. 6. cap. 25. conſarſit, in ſuâ Germaniæ exegeſi.

Caterùm Germaniæ vocabulum recens, & nuper additum: quoniam, qui primi Rhenum transgreſſi Gallos expulerint, nunc Tungri, nunc Germani vocati ſint. ita nationis nomen, non gentis evaluiſſe paulatim: ut omnes, primùm à victore, ob metum; mox à ſeipſis invento nomine, Germani vocarentur.

Hactenus vetera Germanorum nomina, *Tuiſcones, Mannos, Vigavones, Herivones, Iſtavones, Marſos, Gambrivios, Suevos, Vandalos,* commemoravit: pergit etiam *Germaniæ* vocabulum explicare, quo ſcilicet tempore, & quo authore natum ſit. Quâ de re magna eſt inter ſcriptores diverſitas, & variæ opinio- *Germani unde appellati.*

nes. Strabo, geographiæ lib. 7. propter formæ, vivendi ritus, & morum æqualitatem cum Gallis communem, Germanos, id eſt, fratres Gallorum à Romanis dictos affirmat. Sic enim ſcribit: *Statim igitur trans Rhenum, ad ortum vergentem, Germani colunt; nationem Gallicam pauliſper imitãtes, & feritatis abundantiâ, & proceritate corporum, & colore flavo: cum reliquis in rebus, & formâ, & moribus, & vivendi ritibus pares exſiſtant, quales Gallos diximus. Ideò Romani hoc illis nomen jure indidiſſe mihi videntur; perinde ac eos fratres legitimos Gallis eloqui voluerint. Legitimi namq; fratres, Romano ſermone, Germani intelliguntur.* Alii, quorum ſententiæ eſt Conradus Celtis, putant Germanos dictos à fraternâ dilectione; quòd ſe mutuò ament & foveant. Celtis:

Germanos vocitant Itali; Graji ſed ἀδελφοὺς:
Quòd fratrum ſoleant inter ſe vivere more.

Æneas Sylvius à germinando nominatos exiſtimat. *Adeò*, inquit, *germinavit veſtra natio, ut nomen veſtrum veriùs à germinando tractum putemus.* Solinus Polyhiſtor, cap. 32. *Divitem hominum terram, & populis numeroſis frequentem Germaniam*, dixit. Joannes Teutonicus, ille Decretorum interpres, Diſtin. 34. in gloſsâ Cap. Quorundam. *Germania*, inquit,

quit, *à germine dicitur: eſt enim verum germen nobilitatis.* Eraſmus Roterodamus, in ſcholiis ſuis in Divum Hieronymum, exponens, germanum eſſe, quod Græci γνήσιον appellent, hoc eſt, genuinum; cujus contrariũ ſit νόθον, hoc eſt, adulterinum: *Nec*, inquit, *abſurdum ſit, Germanorum gentem hinc appellatam videri: quos ſi cum reliquis conferas nationibus, minimũ fuci, plurimum antiquæ ſinceritatis ac fidei, & ruſticanæ, ut dici ſolet, veritatis, obtinent.* Interpres Clementinorum, interpretatur *Germaniam, quaſi gerentem immania.* At cùm Tacitus ab ipſis Germanis inventum & excogitatum nomen referat: intelligendum eſt, non Græcam, non Romanam, nec Gallicam; ſed meram Teutonicam dictionem eſſe *Germaniã*, à Ger & Man conflatam. Ger veteres Germani dicebant, quod nos Gar/id eſt, totum, prorſus, planè. Indè eſt *Gerhardus*, prorſus durus; *Gerbrechtus*, totus celebris; *Gervvicus*, homo planè ſtrenuus; *Gertrudis*, prorſus amabilis; *Gerbaldus*, totus celer. Et Man virum ſignificat. Hinc *Germanus*, id eſt, totus vir, prorſus virilis, planè Mannus. Valde namq; majoribus noſtris arriſerunt à *Manno* compoſitæ voces.

Puto verò ita eveniſſe. Tungrorum quiſpiam, vel Imperator, vel dux Teutonici exer-

citus, cum Tungris ſuis popularibus Rhenũ transgreſſus, cum Gallis manus conſeruit; & è ſedibus ſuis, quæ tum Rheno proximæ fuerant, ejectis Gallis, victor, tum ſuis, tum hoſtibus formidabilis & reverendus: ab inſigni audaciâ & fortitudine *German* fuit appellatus, id eſt, prorſus virilis & mannus, qui planè virile facinus & Manno dignum effecerit: quique non abſolutè Mannus, ſed Germanus ſit dicendus; quòd planè Mannum referat, & vera Manni proles exſiſtat. Hoc nomen, quod tum finxerat, adeò plauſibile fuit commilitonibus; ut omnes ſibi commune fecerint, omnes ſe Germanos appellaverint: quò inſignem audaciam exprimerent, etiam nomine. Ante Rheni tranſitum, & cum Gallis pugnam, dicebantur *Vigævones, Herivones, Iſtævones, Marſi, Gambrivii, Suevi, Vandali*: eaque vera & antiqua nomina, inquit Tacitus. Partâ autem de Gallis victoriâ, & finibus ſuis ultra Rhenum in Galliâ promotis, invenerunt novum vocabulum. victor Teutonicus, ſuis popularibus excogitandi novi nominis argumentum præbuit: hoc nomen univerſa gens plauſibiliter ſibi arripuit atque indidit: *ut omnes, primùm à victore, ob metum*; (novo enim vocabulo hoſtibus terrorem atque formidinem incutere tentabat)

bat) *mox à ſe-ipſis invento nomine, Germani vocarentur.* Hæc mihi videtur Cornelii eſſe ſententia, & nominis Germanici origo.

Ita nationis nomen, non gentis, paulatim evaluit.) Quę duo vocabula in hoc differunt, quòd *gens* in ſe plus contineat, quàm *natio*. Nam gens eſt tanquā genus; natio ſpecies. *Gens* habet *Vigævones, Hermivones, Iſtævones, Suevos,* &c. *Natio* autem, *Cimbros, Hermūduros, Cattos.* Eſtq; natio, genus hominum, qui non aliunde venerunt, ſed ibi nati ſunt. Jampridem gentes ipſæ validæ, potentes & magnę erant; ſed ab hoc tempore, quo primi Rhenum transgreſſi Gallos expulerunt, nationis nomē evaluit, excrevit, & in orbe terrarū factum eſt celebre; ut omnes Germaniæ populi, cōmuni vocabulo dicti ſint *Germani*; & ipſa terra, eleganti analogiâ, *Germania*. Veruntamen tempus ipſum, quando Rhenum transgreſſi Gallos expulerint, definire non potero; nusquā enim in hiſtoriis relatū reperio. Ipſe Tacit' vetuſtiſſimę Teutonicorum trāsgreſſionis atq; exitus meminit: quē num ex Germanorū, an Romanorū relatione acceperit, incertū eſt. Unū cōſtat, multis ſeculis ante Cęſarum tempora, Germanorū nomen auditū: quanquā poſſint recentiori vocabulo etiam aborigines, & antiquiſſimi Germa-

niæ populi, ab authoribus per anticipationē fuiſſe uſurpati ac intellecti. Titus Livi', lib. 5. ab urbe conditâ, Germanorū in Italiam emigrationē, ſub Priſco Tarquinio Romanorū rege factam, recenſet. *Alia*, inquit, *ſubindè manus Germanorum, Elytovio duce, veſtigia priorum ſecuta, eodem ſaltu, favente Beloveſo, quum tranſſcendiſſent Alpes, ubi nunc Brixia ac Verona urbes ſunt, locos tenuēre Libui, conſidunt.* Cimbrorum & Teutonorum, Germaniæ populorum, in eandem Italiam atq; Galliam excurſionem, ante Jeſu Chriſti redemtoris noſtri incarnationem CX. annis factam, etiam Julius Cæſar lib. 1. Cōmen. belli Gallici meminit; & nos infrà plura. Similiter aliorum Germanorū. nam ita apud eundem Cæſarē, lib. 1. belli Gallici, Divitiacus Heduus loquitur: *Germanorum primò circiter millia 15. Rhenū tranſiſſe; poſtquam agros, & cultum, & copias Gallorum, homines feri ac barbari adamâſſent, traductos plureis: nunc eſſe in Galliâ ad C. & XX. millium numerum.* Apud eundem Cæſarem, lib. 2. Comment. legimus, *pleroſq; Belgas eſſe ortos à Germanis, Rhenumq; antiquitus traductos, propter loci fertilitatem, ibi conſediſſe; Galloſq;, qui ea loca incolerent, expuliſſe.* Unde Auſonius in Narbone:

—*Germanaq; nomina Belgas.*

Ve-

Verùm de nullâ harum transmigrationum hîc Cornelius.

Porrò *Alemannorum* nomen recentius eſt, quàm Germanorũ: velut Flavius Vopiſcus in vitâ Proculi teſtatur: *Alemannos*, inquiens, *qui tunc adhuc Germani dicebantur, non ſinè gloriæ ſplendore contrivit.* Quod vocabulum quoque eſt Teutonicum, ex Al & Man compoſitũ, quaſi dicas, Alleman, omnes viri; vel Allerley mañ, id eſt, collectitii viri, diverſarum gentiũ viri. Ita Agathius, lib. 1. de bello Gothorũ, explicat, ſic ſcribẽs: *Alemanni, ſi Aſinio Quadrato, viro Italicenſi, fides praſtanda eſt, qui res Germanorum diligenter perſcripſit, adventitii ſunt, & ex variâ hominum colluvione conflati: quod ſanè eorum cognomento præfertur.* Dicti verò ſunt *Alemanni*, ſuperioris Germaniæ populi: quemadmodum inferioris, *Franci*, qui usquè ad Rheni oſtia aliquando ſedes habuerunt. Nam inter *Mœnum, Danubium Rhenumq;* flumina, & *Danubii fontem*, ad *Martianam ſylvam*, habitârunt *Alemanni*: quas ſedes *Suevi* hodie obtinent; & Alemanorum nomine, plerumque Suevi ſignificantur: velut bonorum authorum teſtimonio demonſtrare poſſum. Paulus Diaconus, libro 18. geſtorum Romanorum, in vitâ Mauritii Imperatoris, de Docirophe Langobardorũ duce ſcribens, inquit:

Alemanni unde dicti.

Suevi Alemanni.

Iſte ex Suevorum, hoc eſt, Alemannorum gente oriundus, inter Longobardos creverat: & quia erat formâ idoneus, ducatus honorem meruerat. Eginhardus, qui Caroli Magni vitam deſcripſit; ſimiliter Abbas Urſpergenſis, *Lycum amnem Bajoarios ab Alemannis ſeparare*, refert: quem conſtat Bojariæ & Sueviæ terminum eſſe. Gualfridus Abbas S. Galli: *Cùm duo ſint*, inquit, *vocabula, Suevia atq; Alemannia, unam gentem ſignificántia: priori nomine nos appellant circumpoſitæ gentes, quæ latinum habent ſermonem.* Plura de Alemannis congeſſit Beatus Rhenanus, lib. 1. rerum Germanicarum; & Heinrichus Bebelius poëta, in libello ſuo de Germanis atque Suevis.

At TUNGRI fuerunt illi Germaniæ populi, qui longè ante Julium Cæſarem, è veteri Germaniâ, primi Rhenum transgreſſi, in Galliâ Belgicâ agros Rheno propinquos occupârunt: eoque tractu conſederunt, ubi hodie ejus nominis oppidulum, *Tongeren*, veteris populi veſtigium ſupereſt, in *Brabantiâ*, & *Leodienſi provinciâ*, inter *Eburones*, *Rhenum* & *Moſam*. abeſt tribus millibus paſſuũ à Moſæ trajecto: cui de veteri ſplendore multum deceſſit. ademtâ enim epiſcopali ſede, cui Divus Maternus atque Servatius præfuiſſe leguntur, quæ hinc *Leodium* in Eburones

D. Maternus & Servatius.

trans-

tranſlata refertur, velut ſcribit Raymundus Marlianus: ea regio poſtea *ſecundæ Germaniæ* appellationem acquiſivit: quemadmodum pleroſque Belgas, à Germanis ortos, Rhenumque antiquitus traductos, propter loci fertilitatem ibi conſediſſe, Galloſque, qui ea loca incolerent, expuliſſe, ex Cæſare retulimus. Unde factum, ut Italici atque Gallici ſcriptores, quicquid Germaniæ populorum cis Rhenum in Gallicâ orâ habitaverit, Gallis Belgisq; adnumeraverint: quemadmodũ *Rauracos, Tribocos, Mediomatricos, Vangiones, Nemetes, Treviros, Ubios, Tungros, Gubernos, Batavos*, & reliquos Rheni accolas; de quibus ſuprà plura, & inferiùs multò plura. Ideò etiam Plinius Secundus, lib. 4. cap. 17. & cap. 2. lib. 31. *Tungros Gallicam civitatem* vocat: quos tamen Germanos fuiſſe, non tam hîc, quàm in hiſtoriâ Auguſtâ, Tacitus lib. 18 & 20. aſſeverat. Plinii verba libro 31. ſunt: *Tungri, civitas Galliæ, fontem habet inſignem, plurimis bullis ſtillantem, ferruginei ſaporis; quod ipſum non niſi in fine potus intelligitur. Purgat hic corpora, tertianas febres diſcutit, calculorumq; vitia. Eadem aqua igne admoto turbida fit; ad poſterum rubeſcit.* Sic Flavius Vopiſcus Syracuſius, in Numeriano, *Tungros in Galliá* collocat. Ptolemæus tamen, lib. 2. cap. 9. *Germa-* **Tungrorum fons.**

nis quoq; attribuit. *Deinde poſt Tabudam*, inquit, *flumen, Tungri ſunt; quorum urbs Atuacutum.* Sic Ammianus Marcellinus, lib. 15. *Secunda Germania ab occidentali exordiens cardine, Agrippinâ & Tungris munita, civitatibus amplis & copioſis.* Idem libro 17. *Tungrorum* meminit. Antoninus in itinerario, Tungrorum urbem *Aduacum* dicit; quam Ptolemæus *Advacutum*. Hanc *Antuerpiam*, Brabantiæ florenti emporio notam, putant; quæ ad *Scaldim* fluvium ſita eſt, & ob Germanici æquoris vicinitatem, advectas merces ſimul accipit & ablegat. Alii *ſuperius Trajectum*, Maſtricht, id eſt, Moſæ Trajectum.

Fuiſſe apud eos & Herculem, memorant: primumq́; omnium virorum fortiũ, ituri in prælia, canunt. Sunt illis hæc quoq; carmina; quorum relatu, quem Barritum vocant, accendunt animos, futuræq́; pugnæ fortunam ipſo cantu augurantur: terrent enim, trepidántve, prout ſonuit acies. Nec tam vocis ille, quàm virtutis concentus videtur. Affectatur præcipuè aſperitas ſoni, & fractũ murmur, objectis ad os ſcutis; quò plenior & gravior vox repercuſſu intumeſcat.

Hercules in Germania. Herculem Germaniam adiiſſe, utiq; ab ipſis

pſis

pſis Germanis, qui ipſum adhuc carminibus, dum hæc ſcriberet, celebrabant, Tacitus accepit. Nam præter authorē noſtrum, nondū vidi ullū è veteribus, qui idem de Hercule ꝓdiderit: niſi alicui Beroſi libellus ſatisfaciat, qui lib. 5. refert, *Herculem, Mancalei decimiquarti Aſſyriorum regis temporibus, apud Tuiſcones regnâſſe, Gadesq́; cōſtituiſſe.* Paulò infrà Cornelius memorat, *Germanos conciſis animalibus placâſſe Herculem.* deinde iterū: *ſupereſſe adhuc Herculis columnas, fama vulgavit: ſive adiit Hercules; ſeu quicquid ubiq; magnificū eſt, in claritatē ejus referre conſenſimus. Nec defuit audentia Druſo Germanico; ſed obſtitit Oceanus, in ſe ſimul atq; in Herculem inquiri. Mox nemo tentavit: ſanctiusq; ac reverentius viſum, de actis deorum credere, quàm ſcire.* Præterea idem noſter Tacitus libro 2. annalium tradit, ultra Viſurgim fluvium *ſylvam Herculi ſacram* fuiſſe, his verbis de Germanico loquens: *Cæſar transgreſſus Viſurgim, indicio perfugæ cognoſcit, delectum ab Arminio locum pugnæ; conveniſſe & alias nationes in ſylvam Herculi ſacram, auſurosq́; nocturnam caſtrorum oppugnationem.* Et Ammianus Marcellinus, libro 18. ubi ſeptem oppida Germaniæ ſecundæ provincialia recenſet, etiam *Caſtrorum Herculis* meminit. *Civitates*, inquit, *occupatæ ſunt ſeptem.*

à Juliano: ſcilicet Caſtra Herculis, Quadriburgium, Utriceſium, Noveſium, Bonna, Bingium, Antennacum. Horum eſt etiam mentio, in chartâ illâ pervetuſtâ provinciali atque itinerariâ, quæ apud *D. Conradum Peutingerum*, eruditionis atq; humanitatis patronum, exſtat; quam ſibi è teſtamento Conradi Celtis relictam, nuper mihi dicebat. Antoninus Auguſtus Pius quoque *Caſtra Herculis* in ſuo habet itinerario. *Ager Herculis* in Hollandiâ, adhuc Batavicè Dat Land von Arckel dicitur: & teſtatur Gerardus Noviomagus, in Batavis, in *Huclena* oppido, eſſe *familiam Herculanorum*, qui ſe ab Hercule genus duxiſſe jactitent. In Leodienſi diœceſi etiam vicus eſt, Erckel. Gallos Celtas, Germanis finitimos, Herculem, quem ipſi vernaculâ linguâ *Ogmion* vocitant, coluiſſe; Lucianus in dialogo, qui *Hercules Gallicus* inſcribitur, refert. Celtarum autem appellationem, veteres Græci Gallis & Germanis accommodârunt: nam juxta Rhenum conſederunt. Iſta omnia arguunt, Herculem aliquem, qualis-qualis fuerit, Alcides, an alius quispiam, in Germaniâ exſtitiſſe. Hunc perhibent, *in Selandiâ*, non procul à *Middelburgo*, in vico *VVeſtcapella* vulgò dicto, ad littus maris cultum; Joanne Mario referente. Non deſunt, qui *Her-*

Conradus Peutingerus.

Ogmios, Celticus Hercules.

Hercyniam, vaſtiſſimam illam Germaniæ ſylvam, ab Hercule nomen inveniſſe putent: quorum ſententiam Richardus Bartholinus, libr. 8. Auſtriados, hiſce verſibus complexus eſt, ubi de Boëmis loquitur. *Hercynia ab Hercule dicta.*

Hos alit Hercynia, &, tanquam velut obice vaſto,
Externis natura ſolum, ſedemq́ue tueri,
Montibus aëreis, ſcopulisq́ue ingentibus ambit.
Hæc quondam priſcis, quæ ſacra ſub Hercule magno
Creditur, Helvetio ſumit de vertice ſylva
Principium, quæ lata ſuprà quaq́ue implicat infrà
Indigenas, Cattosq́ue, immanſuetosq́ue Cheruſcos.

Beroſi libellus *Herculi* illi addit *Alemanni* cognomen. Cujus ſimulachrum in *divite Augiâ*, (in der Reychenaw) inſulâ Rhenanâ, ex oppoſito Conſtantiæ urbis, ad noſtra usque tempora ſervatum ferunt; ſed ſuperioribus annis Oenipõtem, Norici urbem, delatum, Maximiliani Imperatoris precibus. vulgò *Alman* dicebatur. Ab hoc Almansweiler monaſterium, & Almanshofen vicum, appellatum finxerunt: quæ ego potiùs ab Alemannis nuncupata affirmaverim: ſicut *Alemannum* fluvium, quem aliqui *Almonum*, *Alman idolum.*

Richardus Bartholinus quarto Auſtriados *Altimulam*, vulgus accolarum Altmül/ (Danubio infunditur in Bojoariâ) ab Alemannis vocatum conjicio.

Barritus carmen Germanorum.

Barritus) iſtius meminit quoq; Ammianus Marcellinus, libr. 16. in deſcriptione pugnæ, quam Julianus Cæſar habuit cum Alemannis apud Argentoratum. *Cornuti*, inquit, *& Braccati, uſu præliorum diuturno firmati, eos jam geſturientes Barritum ciere vel maximum; qui clamor ipſo fervore certaminum identidem exoriens, paulatimq; adoleſcens, ritu extollitur fluctuum cautibus illiſorum jaculorum: deinde ſtridentium crebritate hinc inde convolante, pulvis æquali motu adſurgens, & aſpectum eripiens; arma armis, corpora corporibus obtrudebant.* Et Flavius Vegetius, libro 3. cap. 18. de re militari: *Clamor, quem quidam Barritum vocant, prius non debet attolli, quàm acies utraq; ſe junxerit. Imperitorum enim vel ignavorum eſt, vociferari de longè; cùm magis hoſtes terreantur, ſi cum telorum ictu clamoris horror acceſſerit.* Qualis verò clamor fuerit, aliis explicãdum relinquo, claſſicum puto fuiſſe, quo ſe mutuò ad audaciam, & fortiter pugnandũ animabant.

Signa militaria.

Militia enim ſemper ſua habuit *ſigna*: (Flavio Vegetio, lib. 3. cap. 5. de re militari, authore) *Vocalia, ſemivocalia, & muta. Vocalia*, quæ erant

erant; militũ clamor; Barritus ſcilicet. *Semivocalia*, ut tuba peditum, lituus equitum, claſſicum commune: quibus etiam acceſſit tympanarum ſeu bombulorum pulſus, & bombardarum ictus, & taratantara. *Muta ſigna* ſunt, teſſera, vexillum, ſymbolum. Hæc ſunt militaria ſigna in bello, & pugnæ exordia. Scribit Valerius Maximus, libro 2. capite de inſtitutis antiquis Spartanæ civitatis; *exercitum non antè ad dimicandum deſcendere ſolitum, quàm tibiæ concentu, & anapæſti pedis modulo, cohortationis calorem animo traxiſſent: vegeto & crebro ictus ſono, ſtrenuè hoſtem invadere admoniti.* Ita Germani Barrito hymno ſeſe cohortabantur, animoſq; accendebant. An verò *Barritus*, ſive *Barditus*, (velut quædam habẽt exemplaria) à verbis, quę Wort Germani appellant, deductum vocabulum ſit; aut à bar/bar/bar/ quomodo ſonuiſſe clamorem autumant; & ſit illud quod Bracht dicere ſolent; expendendum committo. Quædam exemplaria *Blarritum* etiam habent: quæ eſt planè Teutonica vox. Blârrẽ enim clamare ſignificat; & Geblârr/blarritus, clamor. Hodie noſtrates milites, inituri certamen bellicũ, canunt & vociferãtur, Her/Her/Her: quo clamore hoſtes in certamẽ advocãt. Nota quoq; eſt *Lerma* vox, paucis Germanorũ intellecta: *Lerma vox barbara.*

Richardus Bartholinus quarto Auſtriados *Altimulam*, vulgus accolarum Altmül/ (Danubio infunditur in Bojoariâ) ab Alemannis vocatum conjicio.

Barritus carmen Germanorum.

Barritus) iſtius meminit quoq; Ammianus Marcellinus, libr. 16. in deſcriptione pugnæ, quam Julianus Cæſar habuit cum Alemannis apud Argentoratum. *Cornuti*, inquit, *& Braccati, uſu prœliorum diuturno firmati, eos jam geſturientes Barritum ciere vel maximum; qui clamor ipſo fervore certaminum identidem exoriens, paulatimq; adoleſcens, ritu extollitur fluctuum cautibus illiſorum jaculorum: deinde ſtridentium crebritate hinc inde convolante, pulvis æquali motu adſurgens, & aſpectum eripiens; arma armis, corpora corporibus obtrudebant.* Et Flavius Vegetius, libro 3. cap. 18. de re militari: *Clamor, quem quidam Barritum vocant, prius non debet attolli, quàm acies utraq; ſe junxerit. Imperitorum enim vel ignavorum eſt, vociferari de longè; cùm magis hoſtes terreantur, ſi cum telorum ictu clamoris horror acceſſerit.* Qualis verò clamor fuerit, aliis explicãdum relinquo, claſſicum puto fuiſſe, quo ſe mutuò ad audaciam, & fortiter pugnandũ animabant. *Militia* enim ſemper ſua habuit *ſigna*: (Flavio Vegetio, lib. 3. cap. 5. de re militari, authore)

Signa militaria.

Vocalia, ſemivocalia, & muta. Vocalia, quæ

erant

erant; militũ clamor; Barritus ſcilicet. *Semivocalia*, ut tuba peditum, lituus equitum, claſſicum commune: quibus etiam acceſſit tympanarum ſeu bombulorum pulſus, & bombardarum ictus, & taratantara. *Muta ſigna* ſunt, teſſera, vexillum, ſymbolum. Hæc ſunt militaria ſigna in bello, & pugnæ exordia. Scribit Valerius Maximus, libro 2. capite de inſtitutis antiquis Spartanæ civitatis; *exercitum non antè ad dimicandum deſcendere ſolitum, quàm tibiæ concentu, & anapæſti pedis modulo, cohortationis calorem animo traxiſſent: vegeto & crebro ictus ſono, ſtrenuè hoſtem invadere admoniti.* Ita Germani Barrito hymno ſeſe cohortabantur, animosq; accendebant. An verò *Barritus*, ſive *Barditus*, (velut quædam habẽt exemplaria) à verbis, quę Woꝛt Germani appellant, deductum vocabulum ſit; aut à bar/bar/bar/ quomodo ſonuiſſe clamorem autumant; & ſit illud quod Bracht dicere ſolent; expendendum committo. Quædam exemplaria *Blarritum* etiam habent: quæ eſt planè Teutonica vox. Blårꝛẽ enim clamare ſignificat; & Geblårꝛ/ blarritus, clamor. Hodie noſtrates milites, inituri certamen bellicũ, canunt & vociferãtur, Her/ Her/ Her: quo clamore hoſtes in certamẽ advocãt. Nota quoq; eſt *Lerma* vox, paucis Germanorũ intellecta: *Lerma vox barbara.*

quæ id eſt, quod Latinis *Ad arma*. Sic namq; Romæ ortâ ſeditione, quoties capeſſenda erant arma, conclamabatur: quem clamorem cùm noſtri Germani milites, latialis linguæ imperiti, audîſſent, verterunt in *Lerma*.

Affectatur, inqt Tacitus, *aſperitas ſoni.*) Id quoque hodie in uſu habent milites noſtri. Et de illo cantu & clamore Germanorum, prælium ineuntium, multa refert Cornelius, in hiſtoriâ Auguſtâ ſive annalibus, libro 18. *Cohortes Germanorum cantu truci, & more patrio, nudis corporibus ſuper humeros ſcuta quatientes, ſubeunt contra Romanum exercitum.* Idem libro 20. *Ut virorum cantu, fœminarum ululatu ſonuit acies: nequaquam par à legionibus cohortibusq; redditur clamor.* Deinde libro 21. refert, *Germanis fuiſſe morem, Deorum numine capeſſere pugnam; conjugum, parentum, patriæ memores: illum diem aut glorioſiſſimum inter majores, aut ignominioſiſſimum apud poſteros fore. Ubi ſono armorum tripudiisq; (ita illis mos) approbata fuiſſent dicta: ſaxis, glandibusq;, & cæteris miſſilibus prælium incipiebatur.* Idem Tacitus, deſcribens Germanici Cæſaris cum Germanis pugnam, libro 1. annalium, *Nox*, inquit, *per diverſa inquies; cùm barbari feſtis epulis, læto cantu, aut truci ſonore, ſubjecta vallium ac reſultantes ſaltus complerent.* Plutarchus in vitâ Marii,

Clamor pugnantium Germanorum.

Marii, de Cimbris: *Multitudine infiniti, & facie deformes; voce verò & plauſu omnibus diſſimiles apparuerunt.* Idem mox vocem ipſorum *longè ferinam* vocat.

Cæterùm & Vlixem quidam opinantur, longo illo & fabuloſo errore in hunc Oceanum delatum, adiſſe Germaniæ terras; Aſciburgiumq́, quod in ripâ Rheni ſitum hodieq́, incolitur, ab illo cõſtitutum, nominatumq́, ἀσκιπύργιον. *Aram quinetiam Vlixi conſecratam, adjecto Laërtæ patris nomine, eodem loco olim repertam: monumentaq́, & tumulos quoſdam, Græcis literis inſcriptos, in confinio Germaniæ Rhætiæq́, adhuc exſtare. quæ neq́, confirmare argumentis, neq́, refellere in animo eſt: ex ingenio ſuo quisq́, demat, vel addat fidem.*

Strabo, libro primo geographiæ, ſcribit; non ſolùm in Italiâ, ſed etiam in ultimis Hiſpaniæ finibus, Ulyſſis Græcorum ducis, Laërtæ filii, errorum veſtigia reperiri. Eſt in *Luſitaniâ*, Hiſpaniæ provinciâ, *Ulyſippo* antiquum oppidum, celeberrimum habens emporium, (vulgò *Lisbona* dicitur, regum *Ulyſſis errores decennales.*

Portugalliæ ſedes) ab Ulyſſe conditum: Solino Polyhiſtore cap. 36. teſtante. Hoc Strabo lib. 3. *Ulyſſeam*; Plinius verò lib. 4. cap. 22. *Salaciam* appellat. Idem Solinus, cap. 35. de Britanniâ ſcribens, inter alia ita memorat. *In quo receſſu Ulyſſem Calidoniæ appulſum, manifeſtat ara Græcis literis inſcripta, Votum.* Quò etiam Claudianum lib. 1. ad Ruffinum reſpexiſſe puto, ubi canit:

Eſt locus, extremum pandit quà Gallia littus,
Oceani prætentus aquis; quò fertur Ulyſſes
Sanguine libato populum moviſſe ſilentum.

Quem imitatus Richardus Bartholinus, libro primo Auſtriados ita cecinit:

Eſt locus ad Rheni ripas, atq; ultima mundi
Littora, ad Oceanum magnum: quà Grajus Ulyſſes
Tartareum Ditem, atq; animas moviſſe ſilētes
Dicitur, & nigros traxiſſe ad ſydera Manes.

Et deinde:

—— Et appulſus fortunâ huc venit Ulyſſes,
Egregiamq; ſuo de nomine condidit urbem,
(Ut fama eſt) poſuitq; aram, cœtusq; ſilentum
Excivit; ſtatuitq; ſacrum, fieriq; quotannis
Conſuetum populis, donec libare per umbras
Deſiit humanum jam mitior ara cruorem.

Ulyſſes in Germaniam venit. Tradit itaq; vetuſtas, eundem Ulyſſem, poſt Trojæ excidium, decēnali ſuâ peregrinatione ac

nie ac errore, ventorùm tempeſtate in mare Germanicũ actum, inviſiſſe Germanorum quoq; terras, & Aſciburgiũ exſtruxiſſe. Veteres Germani *Ulyſſem* appellârunt Vlſing. Unde etiam hodie plures familiæ ſunt *Ylſingorum*. Homerus tamen Ulyſſis in Germaniam adventum tacet: minimè taciturus, ſi compertum habuiſſet, Ulyſſem attigiſſe Germaniam. Et Tacitus, aliorũ opinionem tantùm recitans, nihil affirmat. *Aſciburgium* autem erat *in Batavis*, ad Rheni oſtium *Iſſulam*; nũc Dóẞburg/ (Principis eſt Gelriorũ) quaſi dicas, die Aſchburg/ appellatur. Alii putant *Embricam*, (Emmerich) paulò ſuperiùs *in Sicambriâ*, id eſt, ducatu Clevenſi, ſitam, olim Aſciburgium fuiſſe dictam. Bilibaldus Pirckheymer ſcribit; Aſpuech/ locum ruinis tectum, in ditione Bergenſi, fuiſſe Aſciburgium. Oppidulum, quod hæc ætas *Aſciburgium* vocat, ad Mœnũ amnem in Oſtrofranciæ termino, aliud eſt ſitu, & conditore. Hujus iterum meminit Cornelius, libro 20. Annalium. *Rapiunt*, inquit, *in tranſitu hyberna alæ Aſciburgii ſita.* Raymundus Marlianus; *Aſciburgium oppidum Germaniæ, non longè à Rheno fluvio, & cis eum inter Geldubam & Vetera caſtra ſitum, Nuſſiæ & Clevenſi ducatui proximum, non memorat Cæſar;* *Aſciburgium ubi ſitum.*

ſed Tacitus. Attamen Græcum Aſciburgii nomen quale fuerit, necdum conſtat: tam atrox enim vulnus huic loco inflixit vetuſtas, & typographiæ nondum inventa ars, (quæ optimos conſervat authores;& proximo ſeculo primùm eſt reperta Maguntiaci, ſub Friderícho Imp. ejus nominis tertio) ut planè ignorem, quomodo reſtituendum ſit Aſciburgio ſuum vetus & Ulyſſeum nomen. Beatus Rhenanus huc pridem in margine adnotavit: *Fortaſſis legendum ἀκεινέειкον. nam Nerici ſit tum apud Homerum, tum etiam Strabonem, mentio: oppidi nomen eſt. Aut ἀκεινιτέρϕον. νιτερείου promontorii meminit etiam Suidas.* hæc ille. Si ἀκεινέειкον legatur: fortaſſis eſt ex ἄκρος, quod ſummum & extremum ſignificat; & *Nerico* monte ſeu oppido. Eſt enim in Ithacâ, patriâ Ulyſſis, Ionii maris inſulâ, nemoroſus hujus nominis mons & altus; Homero lib. Odyſſ. 9. & Strabone libr. 10. authoribus. *Nericum* etiam oppidulum firmum eſt *Epiri*, è regione Ithacæ ac Cephaleniæ; olim *Leucas* dictum, quod Laërtes cepit: cujus etiam Maro 3. Æneidos, & Strabo in 10. meminerunt. Unde veriſimile eſt, Ulyſſem, ſi modò Germaniam appulit, hujus amore, Aſciburgio nomen attribuiſſe. Romæ excuſus codex, quem ego vidi,

Acrini-

Acriniprion habet. Ptolemæus lib. 2. ſimpliciter ἀσκιβύργιον ponit. Verùm ſi legas ἀχνηπύργιον, Aſciburgii interpretationem invenies. Siquidem ἄχνη, minutiſſimum ac leviſſimum illud, quod è ſpicis excuſſis evolat; & fumum ignis atque pulverem ſignificat. τὸν πύργον, Burg vocăt Germani. Aut ἀκρόπυργος, id eſt, alta turris & arx. At ſi ſcribas ἀϛυπύργιον, quemadmodũ poſtremò adnotavit Beatus Rhenanus: intellige, Ulyſſem Græcum, ita appellâſſe urbem; Germanum verò Aſciburgium, paucis literis immutatis ac detortis, ut fit in nõ intellectis. *Aſtypyrgion* Gręcus pronũtiavit; Germanus *Aſciburg*. Significat autẽ *Aſtypyrgion*, urbis propugnaculum aut turrim; Stadt Thurn / oder Burg / vel Burgſtatt. Siquidẽ ἄϛυ urbem; πύργος turrim, arcem & propugnaculũ ſignificat: Germani Burgum ein Burg vocant. Et loca, in quibus aliquando fuerunt arces, propugnacula, & munitiones, Burgſtatt / Burgſtall / & Burgſtadel dicunt. Indè etiam Cives, qui in caſtellis, munitionib. & turritis mœniis habitant, puto Burger / ſeu (ut alicubi pronũtiant) Byrger appellatos, quaſi dicas, Pyrgios: & Burggraf / quod arcis & caſtri pręfectum atq; comitẽ ſignificat. Eſtq; hoc *Burgum* admodum frequens, in urbium aut ca-

ſtrorum Germaniæ appellationib. ut *Hamburgum*, *Luneburgum*, *Mechelburgum*, *Maydenburgum*, *Mersburgum*, *Martburgũ*, *VVirtzburgum*, *Schvvartzenburgum*, *Rotenburgum*, *VVeyſſenburgum*, *Aldenburgum*, *Neuburgum*, *Augſtburgum*, *Regenſpurgum*, *VVaſſerburgum*, *Guntzburgum*, *Ravenſpurgum*, *Freyburgum*, *Straſburgum*; *Burghauſen*, *Burgfeld*, *Burgou*, *Burgthann*. A Burgis etiam *Burgundiones*, Germaniæ populi, quorum Plin. lib.4. cap.14. meminit, fuêre dicti. Eſtq; *Burgum* planè à *Pyrgo* deductũ. Nam Germani plurima vocabula ab aliorũ linguis, à Græcis, Hebræis, aut Latinis, mutuati ſumus; quæ in Germanicæ linguæ coloniã traducta, noſtra ſunt facta: ut non niſi ab linguarum peritis, quæ exotica ſint, intelligantur: id quod mox exemplis ſum demonſtraturus.

Germaniæ Rhætiæq; confinium.

Germaniæ Rhætiæq; confinium pridem ſupra Danubii fontem fuit, infra lacum Venetum, & ubi hodie *Auguſta Rhætiæ* ac *Ulma*, inſignes Suevorũ urbes, ſitæ ſunt: velut ex Ammiano Marcellino atq; aliis licet colligere; qui Danubium in eo colliminio caput tollere prodiderunt. Verba Ammiani ſunt ex lib. 22. *Danubius*, inquit, *oriens prope Rauracos montes, limitibus Rhæticis per latiorem orbem protentus, ac ſexaginta navigabiles penè recipiens fluvios,*

fluvios, ſeptem oſtiis per hoc Scythicum latus erumpit in mare. Cl. Claudianus ſic quoque cecinit:

—— Sublimis in arcton
Prominet Hercynia confinis Rhatia ſylva,
Quæ ſe Danubii jactat Rhenią parentem;
Utraq; Romuleo prætendens flumina regno.

Panegyricus Maximiani; uſq; ad Danubiũ, Germaniæ caput, Rhætiæq; limites. De monumentis autem & tumulis Græcarum inſcriptionũ, quæ Cornelii ætate adhuc exſtare credebãtur, nihil compertum habeo: licet in eo tractu verſatus ſim pluſculum; utpote à quo mea patria non abſit longé. Demigrationes, gentiumq; ſucceſſiones, mutârũt pleraq;. Novus hoſtis quæque obvia evertit, atque demolitur; nullâ habitâ ratione, nec vetuſtatis, nec novitatis. Et fuerunt Germani harũ rerum inprimis negligentes; quòd literarum ſecreta, viri pariter ac fœminæ, ignorarent. Qui dum veteres ruinas reſtaurãt, & nova erigunt mœnia; paſſi ſunt inter manus pire vetuſtos lapides atq; monumenta, parũ curioſi antiquitatũ. Quod paucis abhinc annis *Laugingiaci*, transdanubiano oppido, Alberti Magni patriâ, factũ cõperi: ubi magnus fuit Romanarũ inſcriptionũ & monumen-

Græca inſcriptiones in Germaniâ.

torum numerus, quantus haud facilè ullo Germaniæ loco eſt reperire. hîc dum cives, diruto veteri templo parochiali cum turri, novũ exſtruere pararẽt: undiq; ex agro, maximè dirutâ arce *Faymingenſi*, (quæ proximè adjacet in ripâ Danubii) quosvis lapides ad ædificiũ convexerunt, & ſinè ordine ratione-q;, utut in manus fabrorũ venerant, muris templi inſeruerũt; quibusdã planè inverſis & lapidibus tectis, aliis mutilatis fractisque: ut quosdã nemo mortalium unquã ſit viſurus. Ita cementariorũ incuriâ, imò potiùs invidiâ, periit *idolon Fortunæ*, *imago Herculis cum Anteo pugnãtis*, *Mercurii*, aliiq; vetuſti lapides cum ſuis inſcriptionib. qui non venerunt in Conradi Peutingeri, aut Petri Appiani antiquitatum farraginem. Qualem lapidẽ cum inſcriptione *Gundelſingiaci* periiſſe, puer accepi: & nuper in gradu, quo murus aſcẽditur, monſtrante avunculo meo D. Joanne Curſenero, cõſpexi; literis ipſis, pedibus, aut cœli injuriâ ac vetuſtate tritis, vixq; trib. aut quatuor remanentibus. Adeò majores noſtri literas, & vetuſta monumẽta ignorata, neglexerunt; quæ nomẽ illis paràſſent. Adhuc tamẽ plures ejusmodi lapides, cum inſcriptionibus Latinis, hinc-indè in Rhætiâ Germaniâq; invenias: plures interciderũt quoque.

Sed

Sed tumulos Græcis literis inſcriptos, nõdum repererunt ii, qui diligenter inquiſierunt. *Laureaci* in Norico ripenſi, ad Danubium & Anaſſum cõflua flumina, (Ens vocãt) argentea capſa ſeu arcula græcis literis monſtratur, & in ſacris habetur. Franciſcus Irenicus memorat, in Heſſiâ, Cattorum regione, in quibusdam templis græcas literas inſculptas videri. *Adolphi campo*, id eſt, in *Alsfeldiâ*, ſtatua græcis literis ſignata eſt. Hermannus, Saxonum hiſtoricus, idolorũ imagines græcè inſcriptas, ad Caroli Magni tempora mãſiſſe, refert. Conradus Celtis, de ſuo *VVirtziburgo*, quod *Herebipolim* appellat, ita cecinit Amorum primo, odâ 12. *VVirtzburgum habet imagines græcanicas.*

Hîc, ubi Francorum urbs illuſtri valle levatur,
Deq; ἱερὲϐυ græco nomine dicta polis;
Fama eſt, dum Graji petiiſſent Gallica rura,
Ad Rheni ripas exonerâſſe rates:
Indè per Hercynios ſaltus, valleſq; patentes,
Struxiſſe his placidis mœnia Graja locis:
Cumq; atras Diti litarent more bidentes,
Et Druides templis inſtituêre ſacris.
Hinc à Dite dabant urbi ſua nomina græca,
Græcorum linguam genſq; hodierna tenet.
Nam faciunt linguâ Græcorum ſacra quotannis,
Et templum Argolicis perſonat omne modis:

Ante gradus cujus veterum ſimulacra deorum,
Palladis & Martis, ſigna vetuſta manent:
Græcorumq; gerunt priſcas in corpore veſtes,
Cum patribus matres, & juvenilis honos:
Quas partim refluo mutavit tempore cœlum,
Et partim luxus, vel peregrinus amor.
Nemo hinc miretur, Grajo me ſanguine cretũ,
Ε᾿λληνικὰ ad patriam jam retuliſſe meam.

Joan. Trithemius, in Francorum annalibus, *Sacerdotes Francorum Græco ſermone in ſacris uſos fuiſſe*, quoq; recitat. A Græcis plurima vocabula ſumus mutuati; ſive Græci fuerint aliquando in Germaniâ; ſive Germani in Græciâ, qui indè reportârint peregrinæ linguæ dictiones, quæ paulatim in uſum noſtrum venerunt. Sunt authores non contemnendi, qui *Druides* (Gallorum ii ſacerdotes fuerũt) in Germaniam, Galliâ à Tiberio Cæſare ejectos, migrâſſe, & noſtris majorib. religionem interpretatos, ſcribunt: à quibus nummi VVirziburgenſes, *Drudenſus* nuncupati; & *Drudheym* Nordvegiæ urbs, pridẽ *Nidroſia* vocitata, appellationem habent: quibus, authore Julio Cæſare, comm. belli Gallici 6. græca lingua in uſu fuit. Unde noſtrates quædam græca vocabula ſumſiſſe putaverim. Idem Cæſar, lib. I. belli Gallici, in Helvetiorum caſtris, tabulas literis Græcis

Druides in Germaniâ.

confectas,

confectas, refert repertas, & ad ſe perlatas. Unde unde, quo authore, quo tẽpore, in noſtrum germanicum idioma græcanicæ voces irrepſerint: certum eſt nos minimè paucas habere. Quod enim nos *Burgum*, id eſt, caſtellum, dicimus; à Græcis deductum eſt, qui πύργον dicunt. Quod Thier/ hoc eſt, animal, vocamus; Græcis eſt θήρ. Nos januã ein Thür dicimus; Græci θύραν; illi oſtiolum, θύρεον; nos Germani, Thürlin: Superius limen, Græci ὑπερθύρεον; nos, überthür. *Gevv* noſtrum, ab illorũ γῆ aut γέα ſumtum eſt, quod terram ſignificat. Græcorum πηγή, (hoc ripam notat) noſtrum Bach vel Pag peperit. Ubi illi ἄμαρ, nos Aymer/ vas hauſtoriũ. Græci ῥάκος, veſtis; Germani Rock. θυμός, furor; thum. κναφεύς, fullo; Knapp. ἀτμός, ſpiritus; athem. βέλος, pfeyl/ telũ. βοντὸς, voyt/ advocatus ſeu p̃fectus. Thron', thron/ θρόνος. Arg/ ἀργός, malus; faul/ φαῦλος, piger, vilis. Ruht/ ῥαπὶς, virga: echter/ ἐχθρὸς, hoſtis public⁹: echtung und durchechtũg/ ἔχθρα, inimicitia. Adechs/ ἀσ-θαξ, lacerta. Lach/ λάκκος, lacus: λοῖσθος, ultimus, der letzſt. ζευγλῆ, zygel/ jumentorũ vincula aut juga. Noſtrũ zanckiſch/ id eſt, litigioſus, eſt à ζάκοτος: mãnig/ furioſus, à μανικός. Molẽdinum Græcis μύλη vel μύλον; Germanis müllin dicitur. Amicus, Græcis ἑταῖρος; Teuto-

Græco-germanica voces.

nibus Better. Noxius ſeu infeſtus, Græcis
σχέτλιος; Germanis ſchädlich appellatur.
ῥαςώνη, requies, raſtung: ἴκτις, iltis: τυφλὸς,
ſurdus, cæcus, dyppel. πίθυς, dolium; bittich/
vel butten: βρωτὴς, panis, brot: ἄςατος, inſta-
bilis, vnſtet. ἄντιος, cõtrarius, anderſt: αἴτριος,
ſeren', häyter. ςέμμα, ſtirps, ſtam̄: ἐλεημοσιών,
eleëmoſyna, almoſen. ἅλς vel ἅλας, hal: ſic ap-
pellant Salinas Germani. ἄγκύρα, ancora, an-
cker. βόρος, edax, fraß. βόμβος, ſonus, bomber.
ἀγλαΐα, ſplẽdor, glaſt. λαὸς, plebs, läy. ἄελλα,
pcella, wellen. Similiter verba Græca in lin-
guā Teutonicā sūt derivata: qualia sūt, σπείειν,
exſpuere, ſpeyē. κλαεῖν, deplorare, klagē. ἀγλαΐ-
ζειν, ſplēdere, gleyſſen. χαφεῖν, ſculpere, grabē.
ἔχθειν, perſequi, echtē. ἀτμίζειν, ſpirare, athmen.
βλύζειν, fluere, flieſſen. ῥαςεῖν, quieſcere, raſtē.
ῥήσσειν, rumpere, reiſſen. μοχθεῖν, facere, ma-
chen. μογεῖν, pati, mühen. λυζεῖν, ſolvere, auff-
löſen. σίζειν, ſtridere, bullire, ſiedē oder ziſchen.
εὐφραίνειν, gaudere, frewen. κυσεῖν, oſculari,
küſſen. λαλεῖν, loqui, lallen. ἀμέλγειν, mulge-
re, melcken. Sunt præterea multa in Germa-
nico idiomate vocabula, q̄ Hebræā referunt
originē: qualia ſunt, q̄ Sebaſtian' Munſterus
in ſuo Dictionario annotavit. אם mater, Am̄.
ארץ terra, Erz. בור puteus, born. פר juvēcus,
phar. פרד mul', burdo, pferd. שולטא potēs,
Schulthes.

Hebraa voca-bula in idiomate germanico.

Schulthes. שלטר ſcutũ, Schilt. פשעת iniq̃tas boßheit/ דוד mam̃a, dudt. אבלש humer' Achſel. לויא leo, Löw. רתת horror, tremor, ritten. שש ſex, ſechs. שבעה ſeptem, ſiben. אח heu, ah. שס Saccus, ſack. Habemus prę-terea etiam Latinas voces: ſicut Feneſtra, ein Fenſter. Plaga, ein Plag. Rotundum, rotund oder rund. Sagena, ein Sagen. Lagena, ein Lagel. Nemo, niemands/ & infinita alia. Ita videmus, linguæ Germanorum, hebræa, græca & latina vocabula commixta: omnes linguas confuſas, nec ullum idioma ſincerũ manſiſſe. Quantam verò poſterioribus temporibus ſtragem, & barbariem invexerint Hunni ac Sclavi: non eſt hujus inſtituti & loci. redeamus igitur ad Tacitum.

Ipſe eorum opinionibus accedo, qui Germaniæ populos, nullis aliis aliarum nationum connubiis infectos, propriam & ſinceram, & tantùm ſui ſimilem gentem exſtitiſſe arbitrantur. Vnde habitus quoq; corporum, quanquam in tanto hominum numero, idem omnibus: truces & cærulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora, & tantùm ad impetum valida: laboris atq; operum non eadem patientia; minimeq; ſitim

aſtumq́; tolerare, frigora atq; inediam cœlo ſolóve aſſueverunt..

Perſtat in priori ſententiâ, quâ Germanos indigenas, minimè alterius gentis colluvione commaculatos, verè germanos & ſinceros dixit. id nunc ex corporum habitu, & æqualitate quoq; aſſerit. nam ſi aliarum nationũ connubiis infecti fuiſſent, non ineſſet illis tanta corporum habitusq́; ęqualitas. Omnibus *truces*, inquit, *& carulei oculi, rutila coma, magna corpora*, ſimilis proceritas. De oculorum & capillorum ſimilitudine & flavedine, Juvenalis Satyrâ 3.

Comæ flavi.

Cærula quis ſtupuit Germani lumina, flavam
Cæſariẽ, & madido torquentem cornua cirro.

Horatius in Epodo, odâ 16.

Nec fera cæruleâ domuit Germania pube.

Lucanus libro primo:

Solvuntur flavi longâ ſtatione Süevi.

Ibidem lib. 2.

Fundit ab extremo flavos aquilone Süevos
Albis.—— Claudianus:
——Flavam ſparsêre Sicambri
Cæſariem.——

Et Strabo lib. 7. *Flavo colore Germanos* vocat. Similiter Herodianus lib. 4. *Flavam comam* Germanis tribuit. Hinc Conradus Celtis:

Candida

Candida proceris vibrantes corpora membris,
Flava coma eſt; flaventq; oculi, cunctóſq; per artus
Temperiem juſto retinent ſua membra rigore,
Solis & ardoris patiens duriq; laboris.
Cærulei oculi, vulgò grawe Augen: Rutilæ & flavæ comæ, gelbe Haar/ dicuntur.

De corporum proceritate atq; magnitudine, apud Cæſarem, lib. 1. commentariorum belli Gallici, proditum eſt; *quòd eſſent ingenti magnitudine corporum; incredibili virtute, atq; exercitatione in armis.* Et Plutarchus in vitâ Marii, *Cimbros in Italiam primò irrumpentes, à Romanis haud cognitos* refert; *ſed ex eo Germanicos populos exiſtimatos, quòd homines magno corpore, horrendisq; oculis eſſent.* & noſter Cornelius infrà: *In omni domo, nudi ac ſordidi, in hos artus, in hac corpora, quæ miramur, excreſcunt.* In annalium libro primo, *Cheruſcis, procera membra* fuiſſe, ſcribit. Idem in vitâ Agricolæ: *Namque rutilæ Caledoniam habitantium comæ, magni artus, Germanicam originem aſſeverant.* Pomponius Mela lib. 3. *Qui habitant, immanes ſunt animis atque corporibus; & ad inſitam feritatem vaſtè utraq; exercent; bellando animos, corpora ad conſuetudinem laborum.* Florus libro 3. cap. 3. *Teutobochum, regem Teutonorum & Cimborum, eximiæ proceritatis virum fuiſſe*, memorat. Joſephus

Germani magno corpore & proceri.

lib. 2. belli Judaici, cap. 16. *Quis veſtrûm non audivit multitudinem Germanorum; virtutes quoq; & magnitudines corporum, ut arbitror, ſæpe vidiſtis.*

De impetu, Seneca lib. 1. de irâ: *Germanis*, inquit, *quid eſt animoſius? quid ad incurſum acrius? quid armorum cupidius? quibus innaſcuntur, innutriuntur; quorum una illis, alia negligentibus, cura.* Joſephus, antiquitatum Judaicarum lib. 19. cap. 1. *Germanis patriæ morem fuiſſe* refert, *importabili uti furore: robuſtos corpore, & impetu primo, quibuscunq; congreſſi hoſtibus, prævaluiſſe.* Idem de bello Judaico, lib. 2. cap. 16. *Indignationes autem vehementiores feris.* Appianus in libro, qui Celticus, *ferociſſimos in aggrediendo hoſtes*, dixit. Hos etiam Julianus Imperator *audaces* vocavit; referente Cyrillo, lib. 4. contra Iulianum. Florus lib. 3. cap. 3. *Donec invicta illa rabies & impetus, quem pro virtute Barbari habent, conſeneſceret.*

Laboris atq; operum non eadem patientia.) Idem Germanicus Cæſar, apud Tacitũ annalium ſecundo, de Germanis, in oratione ad ſuos milites, narrat. Invenias, non ſolum in Germanis, ſed ubique terrarum, impares; robuſtis debiles mixtos, quibus non eadem laboris inediæque tolerantia. Quæ verò *de ſitis ac æſtus* impatientiâ narrat, admodum

Germani ſitis & æſtus impatientes.

dum vera eſſe, ipſe multoties expertus ſum. Similiter *de frigore atq; inediâ, cœli ſolive.* Domi bene habemus, ſani ſumus, aſſueti patrio cœlo ſoloque; egreſſi natalitiam civitatem, langueſcere incipimus: nam ad aëris, ciborum, potusque mutationem, mutatur valetudo. Ideò etiam Suetonius Paulinus, apud Cornelium noſtrum lib. 18. annalium, dixit; *Germanos fluxis corporibus, mutationem ſoli cœliq; haud toleraturos.* In eodem refert, *Germanos æſtus impatientiâ labefactos.* Plutarchus in vitâ Marii, de Cimbrico bello ſcribens: *Sol,* inquit, *& æſtus, hoſtium oculis objecti, præſidio Romanis erant. Illi enim ad perferenda frigora duri, quòd umbroſis in locis atq; frigidis, ut ajunt, nutriti, graviter æſtum ferebant; ſudorem magno cum anhelitu è corporibus emittentes, ſcutis ora tegebãt.* Porrò Germania ideò frigida eſt; quia ſeptentrioni ſubjecta eſt, & ad horridum mare poſita. majorem enim frigidatem in ſeptentrionalibus locis eſſe, unde flat Boreas, quàm in orientalibus; Ariſtoteles in problematis prodidit. Infrà quoque ſcribit Tacitus, *apud Germanos hyemem plurimũ occupare.* & lib. 2. annalium teſtatur, *brevem æſtatem, & præmaturam eſſe hyemem apud Germanos.* Pomp. Mela, lib. 3. *Maximo frigore nudi agunt, antequam puberes ſint.* Herodianus libro 6. *Rhe-*

Germania frigida regio.

num & Danubium frigore obductos hyemis tempore dixit, & equitibus cãpi inſtar patuiſſe; adeoq; rigidos, ut non tantùm equorum ungulis, ſed & hominum pedibus ſubſiſtat: & qui hauſturi ex ipſis eſſent, non tam urnas aut vaſa, quàm ſecures & aſcias portare ſecum coacti ſint, ad frangendam glaciem, & aperiendum foramen hauſtorium. Hæc enim natura illorum fluminum eſt. Qualem hyemis aſperitatem nos proximo abhinc anno, id eſt, 1533. ab incarnato Meſſiâ, ſenſimus: quę omnia flumina tanto gelu cõtraxerat, ut plures ſimul currus, magnis oneribus onuſtos, facilè tulerint pręterire: nec quenquam audivi ſeniorum, qui tam ſævæ hyemis meminerit. ſecuta illam eſt calidiſſima & arida æſtas. Baptiſta Mantuanus quoq; Germanos à frigoris patientiâ laudat, ad Robertum Severinatem ſcribens:

Gens durata gelu, genus inſuperabile bello.

Tacitus lib. 2. annalium: *Quantò violentior cætero mari Oceanus, & truculentiâ cœli præſtat Germania.*

Terra etſi aliquantò ſpecie differt; in univerſum tamẽ, aut ſylvis horrida, aut paludibus fœda: humidior, quà Gallias; ventoſior, quà Noricum ac Pannoniam aſpicit: ſatis ferax, frugiferarum arborum im-

impatiens,pecorum fœcunda; ſed plerumque improcera: ne armentis quidem ſuus honor, aut gloria frontis. numero gaudent: eaq́; ſola & gratiſſimæ opes ſunt.

De qualitate veteris Germaniæ loquitur paucis: quę nunc cultiſſima eſt, longeq́; aliam habet faciem. *Sylvæ* verò memorabiliores ſunt: *Hercynia, Bacenis, Semana, Sudeta, Gabreta, Luna, Cæſia, Baduhenna, Herculis, Teutoburgenſis ſaltus, Melibocus, Aſciburgius, Abnobiꝯ, Alpes, Martiana:* quarum omnium mater eſt Hercynia; de quâ inferiùs multa ſum annotaturus. *Bacenis* non eſt ea, quæ Nigra ſylva hodie dicitur; nam hæc Martiana eruditis appellatur: ſed *Toringica* ſylva, aut *Harto-Saxonicus*. Cæſar libro 6. belli Gallici ſcribit; *Bacenim Cheruſcos à Suevis, Suevosq́; à Cheruſcis, injuriis incurſionibusq́; prohibere.* Suevi autem *Albis* fuerunt accolæ. Hanc videtur Ptolemæus libro 2. cap. 11. *Semanam* vocâſſe. *Sudetas* montes idem Claud. Ptolemæus appellat, qui Boëmiã cingunt: partim longè introrſus pertinent, ac regionem ipſam ferè interſecant; partim extra eam etiam, meridiem verſùs & occidentem, excurrunt. *Gabreta* quoq; pars eſt ſylvæ Boëmicę. ejus meminit Strabo lib. 7. his ver- *Sylvæ Germaniæ.*

bis: *Alia autem & in Suevis illis ſylva, Gabreta nomine, ingens jacet. Luna* ſylva, cujus apud Ptolemæum fit mentio, & ipſa pars ſylvæ Boëmicæ, versùs meridiem, usque ad Danubium pertingens. *Cæſia* ſylva in Germaniâ ſecundâ eſt; Tacito annalium primo authore. Similiter eſt *Teutoburgienſis ſaltus* in veteri Germaniâ, trans Rhenum, non procul à Luppiâ amne: in quo Quintilius Varus cum legionibus, à Germanis, Arminio duce, fuit interfectus; referente Tacito, libro 1. Idem libro 2. *ſylvæ Herculi ſacræ* meminit, & aliorum ſaltuum, in quibus Germani, contra Romanos pugnaturi, latuerint. *Baduhenna*, lucus in Friſiis, ab eodem celebratus eſt, libro 4. annalium. *Melibocus* & *Abnobii*, montes ſunt Cattorum: das Heſſiſch gebirg/vnd der Hartzwald. *Alpes* notiores ſunt, quàm ut multa de illis verba faciam: hodie die Alben/ quaſi dicas, die Alpen, & Albuch dicuntur. ſunt Hercyniæ & Martiani nemoris portiones.

Hiſce nemoribus pridem Germania fuit horrida, informis terris, aſpera cœlo, triſtis cultu aſpectuque. Et penè dixerim, tractum Norimbergenſem, maximè ubi in occaſum proſpectat, & Marchioni Brandenburgenſi audit, ubi *Onoltzbachiũ* Principis ſedes, fuiſſe vaſtum

vaſtum nemus & eremum: adeò nulla cerno vetuſtatis argumenta, quæ priſcis ſeculis habitatum locum arguant: adhuc ſylvis horret, latronibusq; infeſtus manet.

Fuit præterea *paludibus fœda: humidior minusque fertilis, quà Gallias aſpicit*, & ad Germanicum mare procurrit: ſicut ſecundo annalium repetit. *Rhenus*, authore Pomponio Melâ, lib. 3. *ab Alpibus decidens, propè à capite duos lacus efficit, Venetum & Acromum*: (vulgò Bodenſee/ſuperior atque inferior, quemadmodum in Rheni deſcriptione retulimus, dicuntur.) *Mox diu ſolidus, & certo alveo lapſus, haud procul à mari huc & illuc diſpergitur. ſed ad ſiniſtrum amnis etiam tum, & donec effluat Rhenus ad dextram, primò anguſtus & ſui ſimilis, poſt ripis longè ac latè recedentibus, jam non amnis, ſed ingens lacus, ubi campos implevit, Flevo dicitur; ejuſdemq; nominis inſulã amplexus, fit iterum arctior, iterumq; fluvius emittitur.* hæc Mela. Plinius lib. 4. cap. 15. de Rheno: *Per Flevum ad ſeptentrionem in lacus effunditur.* Idem Pomponius Mela, lib. 3. per Germaniã, *Terra ipſa*, inquit, *multis impedita fluminibus, multis montibus aſpera, & magnâ ex parte ſylvis ac paludibus invia.* Paludum *Sueſia, Meſia*, & *Melſiagum*, maximæ. *Meſia* lacus in amnem derivatus, qui urbi *Miſnenſi*, & tractui nomẽ

Paludinoſa Germania.

dedit: in quo *Melſiagus* (Milſen) quoq; labitur. In *Scandiâ*, inſulâ maris Germanici, (quę habet inſignes lacus) *Sueciâ, Daniâ & Nordvegiâ, Sueſiam* & *Meſiã* puto poſitas: & *Melſiagum* Viſtulæ oſtium, bey Melſack / aut juxta *Ælbingum*. Cornelius Tacitus lib. 1. annalium, deſcribens Germanici Imperatoris bellũ adversùs noſtros Germanos, (ubi & Varianę cladis hiſtoria recitatur) multam facit mentionem paludum Germanię inferioris. *Germanicus impoſitas navibus quatuor legiones, per lacus vexit contra Arminiũ*. Idem: *Cheruſcis ſueta apud paludes prælia*. Idem lib. 13. *Friſios in paludibus duce Malorige conſediſſe* ait. & lib. 20. *Eadem ſemper cauſa Germanis tranſſcendendi in Gallias; libido atq; avaritia, & mutandæ ſedis amor: ut, relictis paludibus & ſolitudinibus ſuis, fœcundiſſimum ſolum poſſiderent*. Infrà quoque, de Friſiis ſcribens: *Ambiunt*, inquit, *immenſos inſuper lacus, Romanis claſſibus navigatos*. Et de Cattis: *Non ita effuſis ac paluſtribus locis, ut cætera civitates, in quas Germania pateſcit*. Hermannus Comes Nuenarius, *Paludes eſſe, nemini ambiguum eſſe* tradit, *eâ in parte Germaniæ; quam nos Sicambriam olim dictam credimus*: videlicet, ubi nunc *Zutphania* urbs ſita eſt. & non longè ab *Aſciburgio*, quam *Embricam* quidam vocari putant, ingens

Lacus atq; paludes vaſtæ in Germaniâ.

gens & famoſa palus versus VVeſtvalos protenditur. Præterea ubi *Friſii occidentales*, hodie *Monaſterienſes & Trajectenſes*, Gelrenſib. & Hollandis contermini ſunt, ſolum ipſum naturâ paludoſum eſt. *Paludes Menapriorum*, quorum Strabo lib. 4. meminit, inter *Eyſliam* & *Lymburgenſem* ſunt *ducatum*, regio hodie *Alta palus* vocata, dat hoe Phenne. Et ſunt Menapriorum paludes circa *Gelriæ* confinia, in eâ regione, quæ hodie *Præfectura*, (die Vogtey von Gelren) juxta Vendlen & Kempen urbes; ſicut Pirckeymerus adnotavit. Præterea in Hollandiâ. Ptolemęus lib. 2. *Saxones, qui in paludibus, juxta Cimbros habitâſſe* fatetur: quos in paludibus inviis domuit Valentinianus Imperator; ſicut Paulus Oroſius lib. 7. cap. 32. & Paulus Diaconus lib. 11. prodiderũt. Flavius Vopiſcus, in M. Aurelio Probo: *Teſtes Franci, inviis ſtrati paludibus*. Sederunt Franci aliquando in Bataviâ, Friſiâ, ad Rheni oſtia: quod ſolum eſt paludoſum. Claudianus in Honorio:

—*Latisq; paludibus exit Cimber.*

Julius Capitolinus, in Maximinis duobus: *Et niſi Germani per amnes & paludes & ſylvas confugiſſent, omnem Germaniam in Romanam ditionem redegiſſet.* Panegyricus ad Conſtantini filium: *Feciſti immenſam vaſtatio-*

nem Bructeris, quæ natio paludibus plena eſt. Strabo lib. 4. & 7. Florus lib. 4. cap. 12. Procopius libro 1. bellorũ Gothorũ, *paludum quoque Germaniæ* meminerunt. Raymundus Marlianus, *apud Chamanos lacus uberrimos, paludibus & ſaltibus horrere*, ſcribit. *Inferior Germania*, propter *Rheni, Amaſiæ, Luppiæ, Viſurgis, Albis, Suevi, Viadi, Viſtulæ*, & cæterorum fluminum fluxus, latis oſtiis in Oceanum exeuntium; tum etiam *Oceani* impetum; paludinoſa exſiſtit ac fœda. Conr. Celtis:

Ingenteſq; lacus, varias vaſtaſq; paludes,
Et fluvios varios, ſapido qui piſce redundant.

Longè verò *ventoſior*, ſiccior atq; fertilior eſt Germania, minus habens fluviorum & paludum, *quà* in Auſtrum & Eurum vergit, & *Noricum ac Pannoniam* provincias *aſpicit*, quas à Germaniâ ſeparavit Danubius: & quę poſterioribus ſeculis, quando Romanorum imperium langueſcere, & fermè collabi cœpit, Germaniæ acceſſerunt. Totum namque Noricum, & ſuperior Pannonia, (*Auſtria*, ab auſtro vento meridionali, dicta à noſtratib': quòd nobis ad auſtrum ſita ſit) ſub Germanicum imperium, nomen & idioma, venit: ut verè Germani in Norico, & Pannoniâ ſuperiori habitent.

Auſtria unde dicta.

NORICUM, *Vindelicia* & *Oenus* amnis ab occaſu

occaſu terminat: ab ortu, *Pannonia ſuperiore* finitur: à meridie, *Alpes Juliæ & Carnicæ* ad Italiã usq;: à Septentrione, *Danubius* claudit. Ipſum Noricum, versùs occaſum, incolunt *Bojarii*, Bojorum progenies; *Saltzburgenſes*, & quos noſtra ætas *Bintzgovios* vocat. Ad ortũ eſt provincia *Anaſſi*, das Land an der Ens. *Laureacum* monaſterium, juxta *Enſium* urbem, ibi in Norico ripenſi ſitum eſt, & juſta pars Auſtriæ. Ad meridiem, *Styria, Carinthia, & Carni* (qui *Crani* nunc tranſpoſitis literis dicuntur) ſunt, Noricasq; Alpes incolunt. Plinius naturalis hiſt. lib.3.cap.20. *Juxta Carnos quondam Tauriſci appellati, nunc Norici: his contermini Rhæti & Vindelici: omnes in multas civitates diviſi.* & paulò inferiùs, cap.24. *Rhætis junguntur Norici.* Oppida eorum: *Virunium, Celeja, Teurnia, Aguntum, Viana, Æmonia Claudia, Flavium Solvenſe.* Noricis junguntur lacus *Peiſo*, deſerta Bojorum. Jam tamen *colonia divi Claudii, Sabaria,* & oppida *Sacarbantia, Julia. Celeja & Flavium Solvenſe* vetus nomen ſervârunt. Tradit idem Plinius lib.3. cap.25. *Dravum* nobilem amnem (die Trab) è Noricis fluere. Horatiꝰ Flaccus, lib. 1. carminum, odâ 16. Noricos enſes cõmendat: *Norici enſes.*

——*Quas neq; Noricus*
Deterret enſis. ——

nem Bructeris, quæ natio paludibus plena eſt. Strabo lib. 4. & 7. Florus lib. 4. cap. 12. Procopius libro 1. bellorū Gothorū, *paludum quoque Germaniæ* meminerunt. Raymundus Marlianus, *apud Chamanos lacus uberrimos, paludibus & ſaltibus horrere*, ſcribit. *Inferior Germania*, propter *Rheni, Amaſiæ, Luppiæ, Viſurgis, Albis, Suevi, Viadi, Viſtulæ*, & cæterorum fluminum fluxus, latis oſtiis in Oceanum exeuntium; tum etiam *Oceani* impetum; paludinoſa exſiſtit ac fœda. Conr. Celtis:

Ingenteſq́ lacus, varias vaſtaſq́ paludes,
Et fluvios varios, ſapido qui piſce redundant.

Longè verò *ventoſior*, ſiccior atq; fertilior eſt Germania, minus habens fluviorum & paludum, *quæ* in Auſtrum & Eurum vergit, & *Noricum ac Pannoniam* provincias *aſpicit*, quas à Germaniâ ſeparavit Danubius: & quę poſterioribus ſeculis, quando Romanorum imperium langueſcere, & fermè collabi cœpit, Germaniæ acceſſerunt. Totum namque Noricum, & ſuperior Pannonia, (*Auſtria*, ab auſtro vento meridionali, dicta à noſtratib': quòd nobis ad auſtrum ſita ſit) ſub Germanicum imperium, nomen & idioma, venit: ut verè Germani in Norico, & Pannoniâ ſuperiori habitent.

Auſtria unde dicta.

NORICUM, *Vindelicia* & *Oenus* amnis ab occaſu

occaſu terminat:ab ortu, *Pannonia ſuperiore* finitur: à meridie, *Alpes Juliæ & Carnicæ* ad Italiã usq;: à Septentrione, *Danubius* claudit. Ipſum Noricum, versùs occaſum, incolunt *Bojarii*, Bojorum progenies; *Saltzburgenſes*, & quos noſtra ætas *Bintzgovios* vocat. Ad ortũ eſt provincia *Anaſſi*, das Land an der Ens. *Laureacum* monaſterium, juxta *Enſium* urbem, ibi in Norico ripenſi ſitum eſt, & juſta pars Auſtriæ. Ad meridiem, *Styria, Carinthia, & Carni* (qui *Crani* nunc tranſpoſitis literis dicuntur) ſunt, Noricasq; Alpes incolunt. Plinius naturalis hiſt. lib.3.cap.20. *Juxta Carnos quondam Tauriſci appellati, nunc Norici: his contermini Rhæti & Vindelici: omnes in multas civitates diviſi.* & paulò inferiùs, cap.24. *Rhætis junguntur Norici.* Oppida eorum: *Virunium, Celeja, Teurnia, Aguntum, Viana, Æmonia Claudia, Flavium Solvenſe.* Noricis junguntur lacus *Peiſo*, deſerta Bojorum. Jam tamen *colonia divi Claudii*, *Sabaria*, & oppida *Sacarbantia*, *Julia*. *Celeja* & *Flavium Solvenſe* vetus nomen ſervârunt. Tradit idem Plinius lib.3. cap.25. *Dravum* nobilem amnem (die Trab) è Noricis fluere. Horati' Flaccus, lib. 1.carminum, odâ 16. Noricos enſes cõmendat: *Norici enſes.*

——*Quas neq; Noricus*
Deterret enſis. ——

Carnuntenſem intelligit chalybem. *Laudata* enim *in Noricis ferri venam exſtitiſſe*, Plinius Secundus, cap. 14. lib. 34. hiſt. mundi, ſcribit. Nec minor gloria eſt hodie *Norico ferro* (Paſſawer Klinge) & *Styriis cultris*. Memorat Tertullianus, in Apologetico adversùs gentes; Noricos *Tibilenũ* deum coluiſſe, id eſt, den Tüfel. Qui plura de Noricis deſiderat, evolvat Ptol. lib. 2. ca. 13. Strabonẽ lib. 4. & 7. Vellejũ Paterculum lib. 2. Corn. Tacitũ lib. 18. & 21. Solinũ cap. 34. & ex recentioribus, Æneã Sylvium in Europâ, cap. 30. Beatum Rhenanũ in libris rerum Germanicarũ; Bilibaldũ Pyrckheymerum, in ſuâ Germaniæ explicatione; Franciſcum Irenicum; & Joachimum Vadianũ, in nuper æditâ epitome. Noricorũ nomen penit⁹ abolevit; niſi *Nordgavios* (qui tamen alio ſunt loco, ultra Danubiũ ad aquilonẽ, ſub Hercynio, id eſt, Boëmico nemore, in Germaniâ veteri, habitantes) gentis reliquias dixerimus: quorũ urbes ſunt: *Amberga* ad Vilſum amnem, *Neumarca, VVeyſſenburgum, Suabachium*, & omnium Germaniæ civitatũ clariſſima *Norimberga*, à Norico monte dicta. Quidam etiam *Nordlingiacum* Rhętiæ, à Noricis & Nordgaviâ ſumſiſſe nomen affirmant. Ego tamen *Nordgaviorũ* vocabulum mallẽ ab *Nariſcis* deducere: nam tractũ

Tibilenus, deus Noricorum.

Noricum recentius.

Nord-

Nordgaviorũ ultra Danubium, verſùs Boream, in Germaniâ veteri, Nariſci tenuerunt, & quibusdã video placuiſſe *Narca*, per Nortgew. Significat verò Nordgew, juxta Germanicã etymologiam, ſeptentrionalem plagam aut terram. Nord enim Germanis aquilonẽ; Gew terram & agrum, ſignificat.

Satis ferax, frugiferarum arborum impatiens.) Qualis-qualis fuerit vetus Germania; noſtra nullo cultu optimis cedit regionibus. Solũ ipſum hordeo, tritico, ſiligine, farre, & omni frumentorũ atq; leguminum genere ferax: pomaria, hortosq; amœniſſimos habet; fœcundis, iisq; varii generis arboribus, conſitos: campos uberes; prata leta; tẽpe florentiſſima; colles apricos, & corũ plures vitiferos; amnes piſculẽtos, & quorũ ora plerumq; vineis cõſita cernitur. nam *Danubi⁹* in Norico, ſuperiore & inferiore Pãnoniâ, ubi etiã crocum naſcitur, vitifera alluit juga. *Rhenus* multis locis Baccho fertilis eſt. Initio ad *Acromi lacus* littora cultiſſimæ ſunt vineæ: hinc deſcendendo dat *Rauricum*, *Briſgavium*, *Morthavienſe*, *Rangenſe*, *Elſaticum*, *Gensfuſſerinum*, *Pfedersheymium*, *Bergſtraſſenſe*, *Fürſtenbergenſe*, *Ringovium*, (ubi Trajana legio, id eſt, *Drechshuſium*) & *Baccharacũ*, indè *Colonienſe*, vina. Ipſe Bacch⁹ hunc Rheni tra-

Germania fertilitas.

Vina Germanica.

ctum ſibi elegit: adeò laudata atq; ſalubria præſtat vina. *Nicer Suevicus*, vulgò *Neccarus*, & qui cum illo coëunt, *Remiſus Gemundianus*, ac *Coccherus Halenſis, Zaberaq;*, Suevorũ regioni vini copiam ſuppeditant. *Mœnus* Franciæ nobile vinum, quod *Francicum* dicitur, largitur. Nec *Tuberus* vitibus caret: ſicut nec *Albis* in Miſnorũ regione infra *Dresdam*; *Chœtſpergenſe* appellant. *Sala*, quà Toringiam perfluit, vitiferos lambit montes. *Viadrus* (qui *Odera*) juxta *Gubiñ*, *Croſcenum Luſatiæ*, atq; *Francofordiam Marchiæ*, vitifer eſt. *Moravia* quoq; vites profert. Paucæ admodum regiones ſunt in Germaniâ vini indigę. *Ager Babenbergenſis*, Radiantię Mœnoq; junctus, *Glycyrrhizam* radicem (*liquiritiũ* vocãt) generat. *Pruſſia, Pomerania, Sileſia, Marchiæ* bona portio, *Saxonia, VVeſtvalia, Heſſia*, Bacchi inopes, Cereris ditiſſimæ ſunt. Nota ſunt etiam *Atheſina* vina, quæ ſuprà *Rhætica* dixi. Præter hanc vini ubertatem, advehuntur quoq; peregrina: *Italica, Cretica, Pannonica*. De Germaniæ fertilitate Baptiſta Mantuanus in Dionyſio ſic cecinit:

Et vada Teutonici tangit vaſtiſſima Rheni:
Terra hominũ frugumq; ferax, armenta, gregesq;,
Uberibus paſcens glebis; non languida cœlo.

Et noſter Conradus Celtis:

Terra

Terra hominum pecudumq́ue ferax, quæq́ue ubere glebâ
Spiciferam Cererem multo cum fœnore reddit;
Paſcua florigeris extendens pinguia pratis,
Ingentesq́ue lacus, varias vaſtasq́ue paludes,
Et fluvios varios, ſapido qui piſce redundant;
Collibus apricis, agrisq́ue, & montibus altis,
Plurima vitiferi qui fundunt munera Bacchi.

Pecorum fœcunda.) Plinius, hiſtoriæ mundi libro 17. capite 4. Germanorum pabula inprimis celebrat. *Nam quid*, inquit, *laudatius Germaniæ pabulis? & tamen ſtatim ſubeſt arena tenuiſſimo ceſpitum corio.* Ubi autem paſcuorum & pabulorum copia proventusq́ue abundat, commodè armenta atque greges aluntur. Ideò Tacitus prodidit, Germaniam *pecorum fœcundam, ſed plerunq́ue improceram. de frontis gloriâ*, proceritate & magnitudine, minimè ſolliciti; *numero gaudent: eæq́ue gratiſſimæ opes.* Sic libro 4. annalium Cornelius: *Germanis ingentium beluarum feraces ſaltus; modica domi armenta ſunt.* Cæſar libro 4. de bello Gallico: *Quinetiam jumentis, quibus maximè Galli delectantur, quæq́ue impenſo parant precio, Germani importatis non utuntur: ſed quæ ſunt apud eos nata, prava, atq́ue deformia: hæc quotidianâ exercitatione, ſummi ut ſint laboris, efficiũt.* *Pecorib. abundat Germania.*

Eæ ſolæ & gratiſſimæ ſunt opes.) Adhuc Germani, maximè qui extra urbes in rure degunt, armenta atq; pecudes, pro Crœſi aut Midę divitiis, Arabum gazis, Pactoli ſummis opibus, reputant: uberrimũ enim quæſtum ex pecoribus recipiunt; etiam Strabone teſtante, libro 7. *Equis* domi militiæque inequitant: aratro aut currui, ſi res poſcat, jungunt: terram cum iis colunt, aut neceſſaria vehunt: corium mortuorum diſtrahunt. *Tauros* quoque agri culturæ adhibent, & ad vehendas res neceſſarias utuntur. *Aſinos* ferendis oneribus deſtinãt; nec corium ſinè uſu perire ſinunt. *Boves*, ad augendum armenti gregem, & vitulis educandis, retinent: eas mulgent: lacte veſcuntur; ex reliquo caſeos & butyrum conficiunt. *Pecudes*, quibus vellera tondunt: lanam vendunt; è pellibus componunt aut ſubducunt veſtem. *Armenti* ac *pecoris* carne, præter equorum atq; aſinorum, veſcuntur: quædã alunt, ut diſtrahant, atq; aliud pro vitæ neceſſitate mercẽtur. Ridebit hîc forſan quiſpiam meã diligentiam: at qui cõſideraverit, in quali verſer argumẽto, in illuſtrandâ Germaniâ; ſcilicet probare debebit ſtudium. *Alpeſtres Rhæti, Helvetii, Algavii*, ſua armenta in Alpibus: quidam etiam *Germanorum* in ſaltibus, tempe & campis paſcuoſis,

Opulentia Germanorum.

ſcuoſis, quos Alemanni *Augias* (Aw) vocāt, alunt; & maximè in Hercyniâ ſylvâ.

Argentum & aurum propitii an irati dii negaverint, dubito. Nec tamen affirmaverim, nullam Germaniæ venam argentum aurúmve gignere. quis enim ſcrutatus eſt? Poſſeſſione & uſu haud perinde afficiuntur.

Pomponius Mela lib. 2. *Sarmatæ, auri & argenti, maximarum peſtium, ignari, vice rerum commercia exercent.* Et Juſtinus libro 2. de Scythis: *Aurum & argentum perinde aſpernantur, ac reliqui mortales appetunt.* Vetus quoque Germania, magnâ auri, argenti, & pecuniarum inopiâ laboravit. quemadmodum etiam Strabo libr. 7. innuit: *quòd metallorum venæ adhuc laterent*; quas aliquot deinceps ſeculis tempus, omnia revelans, & in apricum proferens, aperuit. Cajus Plinius tamen, ſuo tempore *æris metalla in Germaniâ* ſcribit *reperta*, lib. 34. cap. 1. hiſtoriæ mundi. & memorat noſter Cornelius, lib. 11. annalium; *In agro Mattiaco, Curtium Rufum recluſiſſe ſpecus, quærendis venis argenti.* Ex quibus verbis etiam colligo, hunc libellum ante Annales ab authore ſcriptū: quòd

Germanos diu latuerunt argenti venæ.

Eæ ſolæ & gratiſſimæ ſunt opes.) Adhuc Germani, maximè qui extra urbes in rure degunt, armenta atq; pecudes, pro Crœſi aut Midę divitiis, Arabum gazis, Pactoli ſummis opibus, reputant: uberrimũ enim quæſtum ex pecoribus recipiunt; etiam Strabone teſtante, libro 7. *Equis* domi militiæque inequitant: aratro aut currui, ſi res poſcat, jungunt: terram cum iis colunt, aut neceſſaria vehunt; corium mortuorum diſtrahunt. *Tauros* quoque agri culturæ adhibent, & ad vehendas res neceſſarias utuntur. *Aſinos* ferendis oneribus deſtinãt; nec corium ſine uſu perire ſinunt. *Boves*, ad augendum armenti gregem, & vitulis educandis, retinent: eas mulgent: lacte veſcuntur; ex reliquo caſeos & butyrum conficiunt. *Pecudes*, quibus vellera tondunt: lanam vendunt; è pellibus componunt aut ſubducunt veſtem. *Armenti* ac *pecoris* carne, præter equorum atq; aſinorum, veſcuntur: quædã alunt, ut diſtrahant, atq; aliud pro vitæ neceſſitate mercẽtur. Ridebit hîc forſan quiſpiam meã diligentiam: at qui cõſideraverit, in quali verſer argumẽto, in illuſtrandâ Germaniâ; ſcilicet probare debebit ſtudium. *Alpeſtres Rhæti, Helvetii, Algavii*, ſua armenta in Alpibus: quidam etiam *Germanorum* in ſaltibus, tempe & campis paſcuoſis,

Opulentia Germanorum.

ſcuoſis, quos Alemanni *Augias* (Aw) vocāt, alunt; & maximè in Hercyniâ ſylvâ.

Argentum & aurum propitii an irati dii negaverint, dubito. Nec tamen affirmaverim, nullam Germaniæ venam argentum aurúmve gignere. quis enim ſcrutatus eſt? Poſſeſsione & uſu haud perinde afficiuntur.

Pomponius Mela lib. 2. *Sarmatæ, auri & argenti, maximarum peſtium, ignari, vice rerum commercia exercent.* Et Juſtinus libro 2. de Scythis: *Aurum & argentum perinde aſpernantur, ac reliqui mortales appetunt.* Vetus quoque Germania, magnâ auri, argenti, & pecuniarum inopiâ laboravit. quemadmodum etiam Strabo libr. 7. innuit: *quòd metallorum venæ adhuc laterent*; quas aliquot deinceps ſeculis tempus, omnia revelans, & in apricum proferens, aperuit. Cajus Plinius tamen, ſuo tempore *æris metalla in Germaniâ* ſcribit *reperta*, lib. 34. cap. 1. hiſtoriæ mundi. & memorat noſter Cornelius, lib. 11. annalium; *In agro Mattiaco, Curtium Rufum recluſiſſe ſpecus, quærendis venis argenti.* Ex quibus verbis etiam colligo, hunc libellum ante Annales ab authore ſcriptū: quòd

Germanis diu latuerunt argenti venæ.

illîc afferat, de quo hîc dubitat. Adjecit verò id, quod virum prudentem, de re dubiâ & incertâ, dicere decuit: *Nec tamen affirmaverim, nullam Germaniæ venam argentum aurúmve gignere: quis enim ſcrutatus eſt?* Quis autem neſcit, Germaniam noſtram, nunc cæteris regionibus omnibus, & præſtantius habere argētum, & ipſo abundare magis? Poſtquam enim habendi cupiditas intravit, & majores noſtri terræ opes diligentiùs inveſtigare ac perſcrutari cœperunt: non tantùm in montibus, ſed & fluminibus, aurum & argentum quæſitum & inventum eſt.

Germania dives auri, argenti, æris, & metallorum.

—— itum eſt in viſcera terræ;
Quasq; recondiderat, ſtygiisq; admoverat umbris,
Effodiuntur opes, irritamenta malorum:
Jamq; nocens ferrum, ferroq; nocentius aurum
Prodiderat. ——

Ovidii ſunt verſus, primo Metamorphoſeos. *In Rheno* pridem auri cruſtæ ſunt repertæ: nec hodie deſinit idem amnis auri ramenta adferre. unde *Rhenenſes aurei* cuduntur, & *Rhenenſe aurum* paſſim nominatur. Danubii accolæ idem, nec fruſtra, *in Iſtro* tentârunt: quanquam non eam copiam præſtet Danubii arena. Horum factum deinceps reliqui Germani fluviorum accolæ ſecuti, *in Mœno,*

Albi,

Albi, Moldâ, Æderâ, (quem *Adranam* à Cornelio, annalium primo, appellatum puto) *Egrâ*, *Nabo* ac *Rego*, aurum & margaritas ex arenâ collegerunt. Nec ullum abſolutius aurum, quàm id quod in fluviis reperitur: utpote curſu ipſo trituque perpolitum. Unde Conradus Celtis, lib. 2, elegiâ 2.

Rhenus habet fulvum, quod fertur ab Alpibus, aurum:
Argenti venis Teutonis ora ſcatet.
Unio cum gemmis Mœno reperitur in amne:
Divitias multas Albis & Iſter habet.

Montes Germaniæ maximè ſunt auri ac argenti feraces. Inprimis *Sudeti*, quos Boëmicales noſtra ætas vocat; & *Melibocus*, qui eſt pars Hercyniæ. *Harto*, (der Hartzwald vulgò appellatus) ab Toringico nemore initium ſumens, Heſſos & Saxones attingit: æris & nigri plumbi metallis abundat. In hoc monte ſaltuque, à mineris celebres ſunt, *Islebia, Mansfeldia, Hochſtadium*, atque *Goslaria*; cujus mineras Otho Magnus, ejus nominis primus, Germanorum Imperator, cum aliis Saxoniæ Misniæq; fodinis, circa dominicæ Incarnationis annum DCCCCLXVIII. aperuiſſe fertur. Eſt etiam *Breytenbornium* in Toringiâ, prope *Schvvartzenburgũ*. Et quicquid montium ab *Albi* usque ad *Molda*

Otho M. Imp.

fluenta erigitur, & indè ad *Eliſtrum* ac *Salam* amnes, (quam oram olim *Hermunduri*; nunc *Miſni* occupant) omnis generis metalli, argenti, æris, ſtanni, ferri ac plumbi, dives eſt. *Cottenheyda* mons, aurum dat effodientibus. *Fribergum*, in pede Sudetorum montiũ, quâ parte ad Miſniam ſpectant; *Schreckenbergum* nunc, *Annebergum*, *Gayrum*, *Schnebergum*, *Aldenbergum* in Miſniâ, ubi Sudeti montes in occidentem vergunt; & intra ipſos Sudetos montes, *Joachimica vallis*, metallifodinis admodum celebres ſunt. Deinde in Sudetis, *Maravaniam* Marcomannorum regionem versùs, *Igla*. In Sileſiâ verò, *Lygiorum* tractu, *Reychſteynum*, *Beytena*, *Aldenbergium*, *Cuperbergum*, *Goldbergum*, (à monte auri ferace dictum) argenti metallis abundant. *Pinifer* mons (*Fichtelbergum* vocant Germani, quòd pinubus abundet) etiã ſuas habet argentarias fodinas. Similiter *Plana*, & *Cuttenbergum* Boëmiæ, & pleræq; aliæ Bojohemicæ urbes. *Schonbachii* in Boëmicis montibus ad *Egram* ſiti, argenti vivi admodum magna copia reperitur. Rivuli etiam, quibus nomen Aurbach/ex Sudeti jugis promanantes, auri ramenta ſecum trahunt. *In Scandiâ*, Germanici æquoris inſulâ, *Sueciâ & Nordvegiâ*, admodum frequentes ſunt auri, argenti, ferri,

ferri, cupri, plumbliquc fodinæ. In *VValdeckenſi comitatu*, regionis Cattorum, plumbum effoditur. Ipſam deniq; *Hercyniã*, ſcribit Conradus Celtis, habere argenti & auri, univerſiq; generis metalli, inexhauſtas venas: ſimiliter officinas, in quibus argentum, æs, & alia metalla conficiuntur. De Hercyniâ ſic cecinit Con. Celtis:

Proinde metalliferos extollens undique montes,
Argentiq; auriq; ferax, variisq; metallis
Plurima perpetuis effundens munera venis;
Fornacesq; cavos, rapidus quibus æſtuat ignis,
Quem fovet excuſſis ventoſis follibus aura, &c.

In nemore Martiano, *Friburgi* & *Zæringiæ in Briſacogeâ*, argenti quoque ſunt mineræ. In *valle Oenanâ*, (im Inthal) *Tiroli* & *Atheſinâ orâ*, apud *Sevaces* ſeu *Sbotium*, ingẽs omnium metallorum vis eruitur. De quib. in univerſum Con. Celtis, libro Amorum 2. odâ 6.

Qui mihi de celſis nuper fuit Alpibus actus
Oen⁹, ubi atq; Atheſis murmura rauca facit;
Argenti æterno ſcaturit quà vena metallo,
Et ditat totam patriam Alemanicam.
Hîc halant liquido puro & de fonte ſalinæ,
Ditantes Bavaros, Auſtriacosq; Duces.
Hîc turba eſt tetro nigroq; ſimillima morti,

Qui ſolvunt vaſtis ignibus æra ſuis.
Haud credas noſtris decocta metalla per ignem,
Sed phlegetonteis mundificata vadis.

Præterea *Voſagi* montana, atque *Lotharingia*, opulentas habent argenti ferrique venas. ad Galliam Belgicam quondam ſpectârunt; nunc ad Germaniam attinent. Poſtremò *Carpathus* mons, (*Cremnitz* & *Semnitz* vulgò appellant) ad orientalẽ Germaniæ plagam, ut dixi, ſitus; æris, argenti atque auri, opulentas habet fodinas: unde quoque *Hungaricum* effoditur *aurum*. Sicut Conradus Celtis, elegiâ 16. primi Amorum, teſtatur:

Viſtula Carpathi ducens radicibus ortum,
Quæ ſua Pannoniis aurea dona ferunt:
Hic ubi præcipiti conſurgit vertice Κρημνός,
Pulſans æthereum per juga celſa polum.
& aliâs:
Aſt aliud Carpathus habet, qui ſpectat in Eurũ,
Auſpicium noſtris niveo dans vertice terris:
Quem Suevum in priſcis memini dictum eſſe libellis;
Qui cuproq; auroq; ſcatens, variisq; metallis,
Pannoniam largo locupletat munere gentem.

Prætereo ignobiliores aurarias, argentarias atque ærarias, quas vetus & recens aperuit Germania; & ſubindè novas ſcrutatur ac invenit. Satis jam puto cognobile, noſtram

Germa-

Germaniam metallorum feraciſſimam. At quòd ait Tacitus, *poſſeſſione & uſu non perinde affectos*: de ſuorum temporum moribus ſcripſit. nunc hæc dies (ut Simonis Terentiani utar dicto) aliam vitam attulit, alios mores poſtulat.

Creverunt & opes & opum furioſa cupido:
Et cùm poſſideant plurima, plura petunt.

Unde etiam ſequitur:

Eſt videre apud illos, argentea vaſa, Legatis & Principibus eorum muneri data, non in aliâ vilitate, quàm quæ humo finguntur: quanquam proximi, ob uſum commerciorũ, aurum & argentum in precio habent; formaſq́ quaſdam noſtræ pecuniæ agnoſcũt, atq́ eligunt: interiores, ſimplicius & antiquiùs, permutatione mercium utuntur. Pecuniam probant veterem & diu notam; Serratos, Bigatoſq́. Argentum quoque magis, quàm aurum ſequuntur: nullâ affectatione animi; ſed quia numerus argenteorum faciliori uſui eſt promiſcua ac vilia mercantibus.

Adeò verum eſt, quod ex poëtis quidam dixit;

Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

Germani veteres non fuerunt avari.

Germani enim principiò, nullâ pecuniæ avaritiâ capti, continentes, ſobrii, ſuâ ſorte contenti, ac bonæ frugis, ruri pecorique colendo cum laude vacabant; merciumq; commutatione, maximè interiores Herdvvones, utebantur. Verùm accreſcentibus divitiis, & habēdi cupiditas accrevit: & factum, ut paulatim donis atq; muneribus cœperint aſſueſcere, corrumpi, & ab avitâ virtute degenerare. quod libro annalium 20. Cornelius prodidit; & Otho Friſingenſ. lib. 2. cap. 48. repetit. Pecuniæ enim (velut Hebræus Concionator memorat) omnia obediūt. Nemo tam fortis & invictus, qui nō expugnet pecuniâ. Ut jure exclamârit Virgil. Maro, 3. Æneid.

——*Quid non mortalia pectora cogis*
Auri ſacra fames?——

Germani primū probare cœperunt pecuniā, deinde exoſculari; poſtremò etiam ſitire: & quantò plùs potæ, tantò ſitiuntur aquæ.

Permutationib. mercium uſi Germani.

Ante auri, argenti, & pecuniæ uſum, homines rerum *merciumq; permutatione* utebantur; alia pro aliis mercantes. Refert namque Juſtinus lib. 3. ex Trogo Pompejo; *Lycurgum Spartanorum regem, emi ſingula, non pecuniâ, ſed compenſatione mercium, ſanxiſſe: Auri argentiq; uſum.*

pſum, velut omniũ ſcelerũ materiam, ſuſtuliſſe. Et tradit Ariſtot. lib. 1. cap. 9. Politicorum; *Permutationem initiò cœpiſſe ex eo, quod eſt ſecundùm naturã: quòd alii plura, quã opus ſit; pauciora haberent alii.* Quoad verò ipſis ſufficeret, neceſſariũ erat permutationis inire rationẽ. Sicut adhuc faciunt Barbarorum nationes multæ; alia pro aliis dãtes, recipientesq;. Hujusmodi permutatio, neq; præter naturã eſt, neque ad amplificationẽ patrimonii pertinet: cùm ſit in ſupplementũ indigẽtiæ ſecundũ naturam. Et Plin. lib. 33. natur. hiſt. cap. 1. *Utinam poſſet è vitâ in totum abdicari aurum, ſacra fames, ut celeberrimi authores dixêre; proſciſſum convitiis ab optimis quibusq;, & ad perniciẽ vitæ repertũ. Quàtũ fœliciore ævo, cũ res ipſæ permutabãtur inter ſe! ſicut & Trojanis temporib. factitatũ, Homero credi cõvenit. Ita.n. ut opinor, cõmercia victus gratiâ invẽta; alios coriis boũ, alios ferro captivisq; rebus emtitâſſe tradit: quanquã & ipſe miratus aurũ, æſtimationes rerum ita fecit; ut centum boũ arma aurea permutâſſe Glaucum diceret, cum Diomedis armis novem boum. Ex quâ conſuetudine, mulcta legum antiquarum pecore conſtat, etiam Romæ.* Homeri ex 7. Iliados verſus, quos citat Plinius, & Juſtinianus Inſtitutionum lib. 3. tit. 23. de emtione & venditione; Gulielmo Budæo interprete, ſic ſonant:

Commercia victus gratiâ inventa.

Affuit ex Lemno ratibus tunc copia vini;
Caſarie inſignes redimunt hinc vina Pelasgi:
Pars dedit æs nitidum, ferrũ pars altera, bubus
Tergora diripiens hic protulit, ille agit ipſos
Ad naves tauros, hic bello corpora capta.

Hunc morem etiam Strabo lib. 7. approbavit. & Solinus Polyhiſtor cap. 35. de Britannis: *Numum reſutant; dant res, & accipiunt. Mutationib. neceſſaria potius, quàm preciis parãt.* Sic Germani ſuas commutabãt merces: pro lacte, butyro, caſeis, ovib. bobus, lignis, frumento; ſal, coriũ, pannum, ſupellectilem, & reliqua domus utenſilia, comparabant.

Æs quando ſignatum Romæ.

Pecunia unde dicta.

Pecuniam probant) Cajus Plin. naturalis hiſtor. lib. 33. cap. 3. *Servius rex primus ſignavit æs. Antea rudi uſos Romæ, Timæus tradit. Signatum eſt notâ pecudum: unde & Pecunia appellata. Argentum ſignatũ eſt anno urbis quingenteſimo octuageſimo quinto,* (annis ante Chriſti incarnationẽ ducentis ſexaginta novem) *Q. Fabio Cos. quinq; annis ante primum bellum Punicum. Nota æris fuit: ex alterâ parte, Janus geminus; ex alterâ, roſtrũ navis: in triente verò & quadrante, rates. Quadrans antea triuncis vocatus, à tribus unciis. Nota argenti, fuère bigæ atq; quadrigæ: & indè Bigati, Quadrigatiq; dicti. Livius Druſus, in tribunatu plebis, octavam partem æris argento miſcuit.*

miſcuit. Qui nunc Victoriatus appellatur, lege Clodiâ percuſſus eſt. Antea enim hic numus ex Illyrico advectus, mercis loco habebatur. Eſt autem ſignatus Victoriâ: & indè nomen. Aureus numus poſt annum ſexageſimum ſecundum percuſſus eſt, quàm argenteus. Hactenus Plin. Quomodo *Bigati* & *Quadrigati*, à Bigæ & Quadrigæ notâ fuêre dicti: ita *Serrati*, ab impreſsâ Serræ notâ, ſunt appellati. Hanc Rom. monetã vidit Cornelius Germaniã pervagâſſe, & à majorib. noſtris probari cœptam. At qũãdo ipſi Germani aurũ, argentum atq; æs, cœperint cudere ſignaréque; non video à veterib. proditum. Literarum ignorãtia, omniũ memorabilium rerũ invexit inſcitiam. Sub Carolo Magno, Romanum Imperium à Græcis ad Germanos translatum, memorant hiſtoriographi. An verò ante illũ pecunia fuerit penès noſtrates excuſa, aut poſterioribus ſeculis; quærendũ puto. Methodius, qui ſub Decio & Valeriano Imperatoribus, circa dominicæ Incarnationis annum CCLV. claruit, ſuo tempore *Saxones leonem in numiſmatibus circumtuliſſe*, ſcribit. Deinde Procopius, Juſtiniani Cęſaris à libellis, qui vixit anno Domini DXXVIII. refert libr. 3. de bello Gothorum; *Francos Germaniæ populos, occupatâ Galliâ, quam illis Juſtinianus Imp. conceſſit, aureum nu-*

Pecunia quando excuſa in Germaniâ.

mum è nativo Galliarum metallo cudiſſe; ſuamq́; imaginem, non Rom. Imperatoris impreſſiſſe. Peregrina pecunia, niſi aurea ſit, non curatur magnopere hac tempeſtate. Quæque enim Germaniæ natio & civitas, ſuum cudit æs; ſignat aurum atque argentum: hoc agnoſcũt probantque. Deniq;, pro gentium Germanicarum varietate, variatur pecuniæ valor preciumque. Principes & aliquot civitates, quas Imperiales vocant, argenteum nummum cudunt, Rhenenſis aurei precio: quem à valle Joachimicâ, ubi primùm excudi cœperunt, *Joachimicum* vulgò (Jochimsthaler) vocant, novo vocabulo.

Ne ferrum quidem ſupereſt: ſicut ex genere telorum colligitur. Rari gladiis, aut majoribus lanceis utuntur: haſtas, vel ipſorum vocabulo frameas, gerunt, anguſto & brevi ferro; ſed ita acri, & adu-ſum habili, ut eodem telo, prout ratio poſcit, vel cominus vel eminus pugnent. & eques quidem ſcuto frameáq́; contentus eſt: pedites & miſſilia ſpargunt, pluráque ſinguli, atque in immenſum vibrant: nudi, aut ſagulo leves: nulla cultus jactatio. Scuta tantùm lectiſſimis coloribus diſtin-

diſtinguunt: paucis loricæ: vix uni alterive caſsis, aut galea.

Sicut æræ, argento auroque, fœcunda eſt Germania: ita ferri venis dives eſt. Exſtant enim innumeræ fodinæ ac officinæ ferrariæ, per univerſam Germaniam. *Gothini* primi leguntur apud Germanos ferrum effodiſſe: velut in hoc libello inferiùs prodidit Cornelius. Et Ptolemæus lib. 2. cap. 11. apud *Quados* ferri mineras ſuâ ætate fuiſſe, tradit. Verumtamen rariorem fuiſſe ferri uſum, nec tot exſtitiſſe ferrarias; hinc colligit Tacitus, quòd *haſtas* & tela, *brevi atq; anguſto ferro* præfigere ſoliti fuerint: & *Fenni, inopiâ ferri, ſagittas oſſibus aſperaverint.* Vix ulla eſt hodie Germaniæ natio, quę non gignat ferri metallum, & ſuas habeat officinas. Videas paſſim in *Maravaniâ, Sileſiâ, Bojohemo, Misniâ, Saxoniâ, Meliboco monte, Heſſiâ, Nariſcorum orâ* quam *ſuperiorem Palatinatum* dicunt, *ad Vilſum* amnem, *Norico, Bojoariâ, Gaſtyno, Rauriſo, Bintzgoviâ, Styriâ, Rhætiâ, Sueviâ, ad Brentium* amnem, juxta *Alam ad Coccherũ* fluvium, & *in Hercyniâ ſylvâ*, & ferrarias & officinas, faberrimis fabris inſtructas, & mille armorũ genera toti Europæ pręſtantes. Nôrunt omnes Germanorũ inventũ, bõbardas, ſclopetos, tormẽta,

Ferrum quoq; gignit Germania.

mum è nativo Galliarum metallo cudiſſe; ſuamq́; imaginem, non Rom. Imperatoris impreſſiſſe. Peregrina pecunia, niſi aurea ſit, non curatur magnopere hac tempeſtate. Quæque enim Germaniæ natio & civitas, ſuum cudit æs; ſignat aurum atque argentum: hoc agnoſcũt probantq́ue. Deniq;, pro gentium Germanicarum varietate, variatur pecuniæ valor preciumq́ue. Principes & aliquot civitates, quas Imperiales vocant, argenteum nummum cudunt, Rhenenſis aurei precio: quem à valle Joachimicâ, ubi primùm excudi cœperunt, *Joachimicum* vulgò (Jochimsthaler) vocant, novo vocabulo.

Ne ferrum quidem ſupereſt: ſicut ex genere telorum colligitur. Rari gladiis, aut majoribus lanceis utuntur: haſtas, vel ipſorum vocabulo frameas, gerunt, anguſto & brevi ferro; ſed ita acri, & ad uſum habili, ut eodem telo, prout ratio poſcit, vel cominus vel eminus pugnent. & eques quidem ſcuto frameáq; contentus eſt: pedites & miſſilia ſpargunt, pluráque ſinguli, atque in immenſum vibrant: nudi, aut ſagulo leves: nulla cultus jactatio. Scuta tantùm lectiſſimis coloribus diſtin-

diſtinguunt: paucis loricæ: vix uni alterive caſſis, aut galea.

Sicut ærę, argento auroque, fœcunda eſt Germania: ita ferri venis dives eſt. Exſtant enim innumeræ fodinæ ac officinæ ferrariæ, per univerſam Germaniam. *Gothini* primi leguntur apud Germanos ferrum effodiſſe: velut in hoc libello inferiùs prodidit Cornelius. Et Ptolemæus lib. 2. cap. 11. apud *Quados* ferri mineras ſuâ ætate fuiſſe, tradit. Verumtamen rariorem fuiſſe ferri uſum, nec tot exſtitiſſe ferrarias; hinc colligit Tacitus, quòd *haſtas* & tela, *brevi atq; anguſto ferro* præfigere ſoliti fuerint: & *Fenni, inopiâ ferri, ſagittas oſſibus aſperaverint*. Vix ulla eſt hodie Germaniæ natio, quę non gignat ferri metallum, & ſuas habeat officinas. Videas paſſim in *Maravaniâ, Sileſiâ, Bojohemo, Miſniâ, Saxoniâ, Meliboco monte, Heſſiâ, Nariſcorum orâ* quam *ſuperiorem Palatinatum* dicunt, *ad Vilſum* amnem, *Norico, Bojoariâ, Gaſtyno, Rauriſo, Bintzgoviâ, Styriâ, Rhætiâ, Sueviâ, ad Brentium* amnem, juxta *Alam ad Coccherũ* fluvium, & *in Hercyniâ ſylvâ*, & ferrarias & officinas, faberrimis fabris inſtructas, & mille armorũ genera toti Europæ prętantes. Nôrunt omnes Germanorũ inventũ, bõbardas, ſclopetos, tormẽta,

Ferrum quoq; gignit Germania.

inſtrumēta bellica, circa dominicæ Incarnationis annum MCCCLXXX. & ferreos ſtanneosq; literarũ characteres,& ipſam impreſſoriam artem. Gleſſariarum, Salinarum & lapicidinarum nullus eſt numerus. Eſt præterea *in Miſniorum regione* mons, ad tertiũ fermè lapidem ab *Zuiccaviâ* urbe, ad *Moldam* ſitâ, ſub Ducum Saxonię ditione, *Colbergũ* (id eſt, Carbonarium) vocant linguâ vernaculâ: è quo effoditur lapis terræ calore excoctus, ater & levis, perinde ac carbo, (ideo etiam *Carbonarium lapidem* appellant) quo per totam ferè Miſniam, carbonum loco fabri ferrarii utuntur: qualem dat inferior Germania, ad *Moſæ Trajectum*, (id eſt, Maſtrich) in Leodienſi diœceſi. Memorat Georgius Agricola, peritus Medicus, in libello de re metallicâ: Cùm, ſe puero, horum carbonũ fodinę accenſę fuiſſent, ipſum montē non aliter, ac olim Æthnam & Veſuviũ, arſiſſe, flāmasq; evomuiſſe; ut vicinæ Zuiccaviæ timorem incuſſerit. Fumat & hodie; quemadmodũ ipſe aliquādo vidi, cùm è Lipſicâ academiâ, ſalutandi Eraſmi Stellæ Libanothani, Zuiccaviam, ubi is medicum & conſulem agebat, proficiſcerer. Ejuſmodi rupes, ſive promontorium, quod æſtuat perpetuis ignib. inſtar Æthnæ, in *Tylâ* inſulâ, quæ *Iſlādia*, id eſt, glacialis

Georgius Agricola.

Montes Germaniæ ardentes.

cialis

cialis terra, dicitur, exſtare; poſt Saxonem Sialandicum, Jacobus Ziegler Landavus refert. Qualem in *Styria*, quæ *Valeriæ* pars eſt, eſſe ferunt.

Frameas.) De telorum, jaculorum, gladiorumque vocabulis, Aulus Gellius noctiũ Atticarum lib. 10. cap. 25. in hunc modum annotavit: *Telorum, jaculorum gladiorumq; vocabula, quæ in hiſtoriis veteribus ſcripta ſunt, hæc ſunt: haſta, pilum, phalarica, ſemiphalarica, ſoliferrea, geſſa, lancea, ſpari, rumigeſtri, faces, tragulæ, frameæ, meſanculæ, catejæ, romphææ, ſcorpius, ſcibones, ſilices, veruta, enſes, ſicæ, machæræ, ſpatæ, lingulæ, pugiones, climaculæ.* Quæ etiam Petrus Crinitus, lib. 13. cap. 6. de honeſtâ diſciplinâ, recitat; hæc inſuper adjiciens: *Propria verò populorum hæc ſunt, (ut doctiores ferè conſentiunt:) frameæ Germanorum, geſſa Gallorum, romphæa Thracum, lancea Hiſpanorum, pila Romanorũ, iſſi Bojorum, ſariſſæ Macedonum, ſibini verò Illyricorum.*

Telorum vocabula.

Peculiaria gentium tela.

Frameam, Germanorum haſtam, videt adhuc referre ſtil' ille cultellis adhęrẽs, Germanicè ein Pfryem appellat': & licèt ſtricto breviq; ferro ea haſta fuerit, tamen admodũ idonea pugnantibus Germanis, ut vel cominus, id eſt, à propinquo, vel eminus à longinquo, pro ut ratio poſcebat, in hoſtem uterentur.

Digitized by Google

Infrà *Rugiis & Lemoviis rotunda ſcuta, & breves gladios,* attribuit. Libro verò annaliũ primo, *Cheruſcis procera membra, haſtas ingentes ad vulnera facienda.* Similiter lib. 2. Germanicus narrat, *non loricam Germano, non galeã: ne ſcuta quidem ferro, nervóve firmata; ſed viminũ textus, vel tenuis, & fucatas colore tabulas: primam utcunq; aciem haſtatam; cæteris præuſta aut brevia tela,* &c. & paulò pòſt *prælongas haſtas* iisdem Germanis tribuit. *Scutiferos* quoq; fuiſſe *Germanos,* etiam infrà de *Ariis, Rugiis, Lemoviis, Venedis, ac Fennis* narrat, & lib. 4. annalium, *Urorum tergis ſcuta parata* refert, & libro 20. *Brinionem Caninefatem ſcutum impoſuiſſe more gentis,* recitat. Plutarchus in vitâ C. Marii refert, *Cimbros tuliſſe galeas, ornatas horrendis hiantium animalium formis: etiam thoracibus ferreis, ſcutisq; albis protectos: teli genus fuiſſe, bina manibus jacula: & cùm in hoſtes irruerent, magnis gravibusq; macharis manus conſeruiſſe. Aduatici,* referente Cæſare Commentariorum belli Gallici 2. *ſcuta ex cortice facta, aut viminibus intexta, pellibus induxerant.*

Armorum ſpecies.

Scuta Germanorum.

Porrò *Miſſilia* dici tela, quæ in hoſtes emittantur, nôrunt omnes: ut ſunt glandes, ſaxi, ſpicula; quibus prælium incipiebatur. Aliâs etiam *munuſcula,* quæ Conſules Imperato-

tatoréſve in vulgus jactare conſueverunt, dicuntur: de quibus eſt caput ſextum lib. 14. antiquarum lectionum Lud. Cœlii.

Nudi) hoc eſt, levibus veſtimentis ac tibialibus induti; nullâ veſtium gravitate atque moleſtiâ gravati, quò ſint expeditiores ad quamvis fortunam experiundam: quem morem noſtri quoq; milites ſervârunt. *Sagulum* militare indumentum eſt, breve & idoneũ ad militiam. Scribit Herodianus lib. 4. *Cæſarem germanicam veſtem nonnunquã induiſſe, & in eorum ſagulis, argento variatis, conſpectum.* At *Loricæ*, tunicæ ſunt ex ferreis annulis; à loris dictæ. Antiquitus enim de crudo corio faciebant pectoralia: nonnulli *Thoraces* vocant. *Caſſis* aut *galea*, quibus armatur caput, nota ſunt.

Equi non formâ, non velocitate conſpicui: ſed nec variare gyros in morem noſtrum docentur. In rectum, aut uno flexu dextros agunt; ita conjuncto orbe, ut nemo poſterior ſit. In univerſum æſtimanti, plus penes peditem roboris: eoq́; mixti præliantur, aptâ & congruente ad equeſtrem pugnã velocitate peditum, quos ex omni juventute delectos ante aciẽ locant.

Definitur & numerus: centeni ex ſingulis pagis ſunt: idq; ipſum inter ſuos vocantur. & quod primò numerus fuit, jam nomen & honor eſt. Acies per cuneos componitur. Cedere loco, dummodò rurſus inſtes, conſilii, quàm formidinis arbitrantur. Corpora ſuorum etiam in dubiis prœliis referunt. Scutum reliquiſſe, præcipuum flagitium: nec aut ſacris adeſſe, aut concilium inire, ignominioſo fas: multiq; ſuperſtites bellorum, infamiam laqueo finierunt.

Equi Germanorum. Ab armis ad militiam, & exercitus inſtructionem, tranſit. Germani, inquit, *equos ſuos* ad belli uſum, neglectâ corporis velocitate, & circumagendi in orbes ſtudio, Romanorum more; etiam ad natandi conſuetudinē, erudiebant. Agriculturæ aſſuefiunt: alicubi & bobus aratur; maximè in Martiano & Hercynio nemore. *In Scandiâ*, præter boves, alia quoque animalia currui vehendo adhibentur. Symmachus lib. 5. hiſtoriarum, de Maximino Cæſare: *Equos in circulum vertere, barbaricâ conſuetudine, ſemper experiebatur.* Eum morem ad noſtrates transiviſſe quoq;, nemini obſcurum eſt: eriguntur, magnâque peritiâ

peritiâ circumaguntur equi; & peditatus rotatur. Vulgò, ein Rädlein machen/ appellant. *Penes peditem plus fuit roboris*, quàm equitem. Infrà de Cattis: *Omne robur in pedite.* Quòd pauciores equos aluerint, quàm poſterioribus temporibus. Strabo libro 4. *Sunt omnes naturâ bellaces, equitatu, quàm peditatu, longè præſtantiores.* Indè Maximinus Imperator, Germanorum equitatum hoſtibus ſemper antepoſuit: teſtes Capitolinus & Herodianus lib. 8.

Penes peditem plus roboris apud Germanos.

Definitur, deſcribitur delectorum juvenum *numerus*: *centum ex ſingulis pagis ſunt.*) Significat verò *Pagus*, non vicum ruſticanum; ſed unius jurisdictionis tractum, ditionem ac agrum. quomodo hodie *Helvetia* tredecim habet pagos ac civitates, quæ iisdem legibus, moribus atque inſtitutis, utuntur; ipſi ſuâ linguâ örter vocant; & pagum ſeu civitatem, ein Ort. Alicubi etiam *marcam*, judicium & ditionem, agrumq; totum: quemadmodum etiam aliæ nationes Germanorum ſuos habent pagos, diſtrictus atque ditiones. Ex hórum pagorum ſingulis, centum delecti juvenes in militiam emittebantur: *idq; ipſum inter ſuos vocantur; & quod primò fuit numerus, jam nomen & honor eſt.*

Digitized by Google

Definitur & numerus: centeni ex ſingulis pagis ſunt: idq́ ipſum inter ſuos vocantur. & quod primò numerus fuit, jam nomen & honor eſt. Acies per cuneos componitur. Cedere loco, dummodò rurſus inſtes, conſilii, quàm formidinis arbitrantur. Corpora ſuorum etiam in dubiis prælis referunt. Scutum reliquiſſe, præcipuum flagitium: nec aut ſacris adeſſe, aut concilium inire, ignominioſo fas: multiq́ ſuperſtites bellorum, infamiam laqueo finierunt.

Equi Germanorum. Ab armis ad militiam, & exercitus inſtructionem, tranſit. Germani, inquit, *equos ſuos* ad belli uſum, neglectâ corporis velocitate, & circumagendi in orbes ſtudio, Romanorum more; etiam ad natandi conſuetudinē, erudiebant. Agriculturæ aſſuefiunt: alicubi & bobus aratur; maximè in Martiano & Hercynio nemore. *In Scandiâ*, præter boves, alia quoque animalia currui vehendo adhibentur. Symmachus lib. 5. hiſtoriarum, de Maximino Cæſare: *Equos in circulum vertere, barbaricâ conſuetudine, ſemper experiebatur.* Eum morem ad noſtrates transiviſſe quoq;, nemini obſcurum eſt: eriguntur, magnâque

peritiâ

peritiâ circumaguntur equi; & peditatus rotatur. Vulgò, ein Rädlein machen appellant. *Penes peditem plus* fuit *roboris*, quàm equitem. Infrà de Cattis: *Omne robur in pedite.* Quòd pauciores equos aluerint, quàm poſterioribus temporibus. Strabo libro 4. *Sunt omnes naturâ bellaces, equitatu, quàm peditatu, longè præſtantiores.* Indè Maximinus Imperator, Germanorum equitatum hoſtibus ſemper antepoſuit: teſtes Capitolinus & Herodianus lib. 8.

Penes peditem plus roboris apud Germanos.

Definitur, deſcribitur delectorum juvenum *numerus*: *centum ex ſingulis pagis ſunt.*) Significat verò *Pagus*, non vicum ruſticanum; ſed unius jurisdictionis tractum, ditionem ac agrum. quomodo hodie *Helvetia* tredecim habet pagos ac civitates, quæ iisdem legibus, moribus atque inſtitutis, utuntur; ipſi ſuâ linguâ örter vocant; & pagum ſeu civitatem, ein Ort. Alicubi etiam *marcam*, judicium & ditionem, agrumq́; totum: quemadmodum etiam aliæ nationes Germanorum ſuos habent pagos, diſtrictus atque ditiones. Ex horum pagorum ſingulis, centum delecti juvenes in militiam emittebantur: *idq́; ipſum inter ſuos vocantur; & quod primò fuit numerus, jam nomen & honor eſt.*

Centenarii dicuntur. Vernacula Germanorũ vox, Cent/quæ ditionem, diſtrictum judicii, & marcam ſignificat; & Centgrave, id eſt, Judex, videtur indè habere vocabulum. De Helvetiorum ac Suevorum pagis plura apud Cæſarem, & nos infrá.

Acierum inſtructio.

De *Acierum* aut exercitus inſtructione, atque modo incundi bella; idem noſter Cornelius, lib. 2. annaliũ: *Diriguntur acies pari utrinq; ſpe, nec, ut olim apud Germanos, vagis incurſibus, aut disjectas per catervas: quippe longâ adversùs nos militiâ inſueverant ſequi ſigna, ſubſidiis firmari dicta imperatorum accipere.* Fl. Joſephus antiquitatum Judaicarum lib. 19. cap. 1. *Germanos robuſtos corpore, & primo impetu quibuscunq; hoſtibus congreſſos prævalere* refert. Idem libro 2. cap. 16. belli Judaici: *Spiritus majores corporibus gerentes: & animam quidem contemtricem mortis; indignationes autem vehementiores feris.* Appianus Alexandrinus, libro qui Celticus inſcribitur: *His mores*, inquit, *ferociſſimi inſunt; in aggrediendo inſignis audacia: contemtus mortis maximus, ob reviviſcendi ſpem.*

Acici

Acies eſt exercitus inſtructus: quòd ferro armata ſit, & telorum acumine. Ein Spitz / oder Schlachtordnung. Quomodo acies ordinari debeat, ut in conflictu reddatur invicta, Flavius Vegetius libro tertio, capite 14. de re militari; Ælianus ad Hadrianum Imperatorem, in libello de inſtruendis aciebus; & alii rerum militarium ſcriptores, ſunt adeundi.

Cuneus, eodem Vegetio, libro tertio, capite 19. authore, dicitur multitudo peditum, quæ juncta cum acie, primò anguſtior, deinde latior procedit, & adverſariorum ordines rumpit: quia à pluribus in unum locum tela mittuntur. Quam rem milites nominant *caput porcinum*. Vel, eſt ordinatio acierum, in modum cunei.

Cedere loco, retrocedere, aut hoſti cedere: *dummodò rurſus inſtes*, in hoſtem videlicet, aut aciem; & non omnino deſeras exercitum, fiaſque perfuga: *conſilii, quàm formidinis arbitrantur*. Eſt oratio ecliptica: nam adverbium *magis*, aut *potius* intelligitur: conſilii potiùs, quàm formidinis arbitrantur. Quo genere loquen-

di Tacitus ſæpe utitur. lib. 14. *Denique, ſi rebus conducat, libens, quàm coactus, acciret dominam.* Ejusmodi exempla Beatus Rhenanus in ſuis Caſtigationibus congeſſit. Deſeruiſſe exercitum, inter capitalia numerabatur. Id flagitium poſtmodum Franci vocârunt Heriſchlitz; quaſi dicas, exercitus ſciſſionem.

Corpora ſuorum etiam in dubiis præliis referunt.) non relinquunt ſuorum corpora infirma, aut occiſa, humi jacêre, ut in hoſtium manus veniant: etiamſi prælium periculoſum & anceps ſit, nec ſcias cui partium victoria ſit ceſſura, aut penitus deſperatum; ſecum referunt, ut humentur. Poteris interpretari, Germanos in dubiis præliis, ubi de victoriâ deſperatur, ſuorum corpora referre, id eſt, exprimere aut repræſentare: cùm alii deſpondeant animum, & fiant puſillanimes; (ut fit, cùm mortem ante oculos conſpexeris) ipſi fortes, audentes, & infracto animo, ſuorum corpora, quæ ſunt ad impetum valida, magna & invicta, referunt.

Scutum reliquiſſe, præcipuum eſt flagitium,) id eſt, peccatum flagris dignum. *Ignominia,* eſt nominis nota: crimen contra nomen & famam, quodque nominari non debet. *Infamia,* quæ aliquem infamat.

Super-

Superſtites bellorum.) Phraſis Taciti; ſicut lib. 2. annalium : *Et tot bellorum ſuperſtitem.* Et infrà : *Superſtitem Principi ſuo ex acie receſſiſſe.* Libro annalium quinto: *Tiberio ſuperſtes fuit.* *Infamiam,* quam è bello retulerunt, propter fugam, exercitus deſertionem, ſcuti amiſſionem, aut aliud flagitium; *laqueo finierunt,* ſe-ipſos ſuſpendendo. Proditores etiam & transfugas arboribus ſuſpenderunt.

Reges ex nobilitate; Duces ex virtute ſumunt. Nec Regibus infinita aut libera poteſtas: & Duces exemplo potiùs, quàm imperio; ſi promti, ſi conſpicui, ſi ante aciẽ agant, admiratione præſunt.

Vetus Germania proprios habuit Reges; & ſingulis Germanorum nationibus ſui præfuerunt Reges ac Principes: quemadmodum omni Germaniæ *Arioviſtus* præfuiſſe proditur à Julio Cæſare. *Cimbrorum* fuerunt ; Teutomirus ſeu Teutobochus, Beleus & Betorix : *Suevorum;* Vannius, Vangio, Sido, Italicus, Heroë, Erocus, Chonodomarius, Emericus, Rixilla: *Cheruſcorum;* Arminius, Segeſtes, Segimerus, Segimundus & Italus: *Sicambrorum;* Deutorix, ac Milo: *Marcomannorum;* Maroboduus, & Catvalda: *Reges & Duces Germanorum.*

Quadorum; Vannius, ac Tudrus: *Hermundurorum*; Vibillius: *Marſorum*; Malovendus: *Cauchorum*; Ganaſcus: *Cattorum*; Catumerus, Adgandeſtrius, & Arpus: *Batavorum*, Cariovalda, Civilis, & Brenno ſeu Brimio: *Friſiorũ*; Verritus, & Maloriges: *Alemannorũ*; Sunomarius, Hortarius, Martianus, Hariobãd', Vadomarius, Varius, Urſicinus, Verſalpus, Chonodomarius: autoribus, Strabone lib. 7. Cornelio Tacito, & Ammiano Marcellino.

Ipſi Reges, Germanorũ nationibus, usq; ad Caroli Magni tẽpora, imperârũt: ſub quo ſumma Imperii majeſtas (Græci monarchiã vocant) ad Germanos fuit translata. exinde Germania magis clareſcere cœpit, ſuiq; ſplẽdoris radios in totũ terrarũ orbem ſpargere. nam ab eo tẽpore Imperatores Auguſtos dedimus, ac omnib. gentibus dominari incepimus: usq; adeò, ut illa ſublimis Imperii monarchia, potiùs Germanorũ, quàm Romanorum, ſit appellandũ imperium: nec ampliùs

Germania Auguſtos dedit.

Romanos rerum dominos gentemq́; togatam;
ſed, *Germanos rerum dominos, gentemq́; potentẽ*,
canendum ſit.

Reges ipſos ex nobilitate ſumunt, inquit Tacitus: hoc eſt, ſi ſint ſtemmate, natalibus, majorumq́; imaginibus clari. *Duces verò ex virtute*, id

te, id eſt, rerum fortiter preclareq; geſtarum, ac bellicâ laude inſignes, eligunt. *Nec liberam ac infinitam poteſtatem Regibus* concedunt, ut ſuo arbitrio imperitent: ne avitę libertatis dignitatem, cujus admodum ſtudioſi ſunt, amittant; & magis tyrannos, quàm Reges, ſuſtinere cogantur. Indè etiam *Duces exemplo potiùs, quàm imperio; ſi promti* in rebus bellicis, ſi virtute *inſignes, ſi ante aciem agant, admiratione præſunt.*

Cæterùm neq; animadvertere, neque vincire, neq; verberare quidem, niſi ſacerdotibus permiſſum: non quaſi in pœnam, nec Ducis juſſu; ſed velut Deo imperante, quem adeſſe bellantibus credunt: effigiesq;, & ſigna quædam detracta Lucis, in prælium ferunt. Quodq; præcipuum fortitudinis incitamentum eſt, non caſus: nec fortuita conglobatio, turmam aut cuneum facit; ſed familiæ, & propinquitates & in proximo pignora: unde fœminarum ululatus audiri, unde vagitus infantium. hi cuiq; ſanctiſſimi teſtes, hi maximi laudatores. Ad matres, ad conjuges, vulnera ferũt: nec illæ numerare, aut exſugere plagas pavent; ciboſq; & hortamina pu-

gnantibus geſtant. Memoriæ proditur, quasdam acies inclinatas jam & labentes, à fœminis reſtitutas, conſtantiâ precũ & objectu pectorum, & monſtratâ comminus captivitate; quam longè impatientiùs, fœminarum ſuarum nomine, timent: adeò ut efficaciùs obligentur animi civitatum, quibus inter obſides, puellæ quoque nobiles imperantur. Ineſſe quinetiam ſanctum aliquid & providum putant: nec aut conſilia earum aſpernantur, aut reſponſa negligunt. Vidimus ſub divo Veſpaſiano, Velledam, diu apud pleroſq; numinis loco habitam. Sed & olim Aurinìam, & complureis alias venerati ſunt; non adulatione, nec tanquam facerent deas.

Sacerdotum in bello authoritas.

Quantâ authoritate fuerint *ſacerdotes*, narrat. deorum miniſtros judicabant, penès quos ſumma rerum poteſtas conſiſteret. In bello, lictorum vice, in ſceleratos *animadvertebant: non quaſi in pœnam, nec ducis juſſi; ſed velut imperante Deo*, Marte, Mercurio, aut Hercule: quos coluit antiquitas, ſicut mox indicat Cornelius. narrat idem libro annalium 21. *Germanis fuiſſe morem, Deorum numine capeſſere*

Germani Deorũ numine bella capeſſunt.

peſſere pugnam; conjugum, parentum, patriæ memores.

Effigiesq; & ſigna quædã detracta Lucis, in prælium ferunt.) Sic libro annaliũ 20. *Hinc veteranarum cohortiũ ſigna; indè depromta ſylvis luciſq; ferarum imagines: ut cuiq; genti inire prælium mos eſt.* ſicut de Cimbrorum equitibus, Plutarchus in C. Mario retulit; *quòd galeas, horrendis hiantium animalium formis ornatas, in prælium tulerint.*

Imagines ferarũ in bellum portãt

Lucos deorum templa exſtitiſſe, Plin. lib. 12. cap. 1. prodit: & infrà Tacitꝰ; *Lucus ac nemora conſecrant, deorumq; nominibus appellant.* Et de Suevis Semnonibus: *Stato tempore in ſylvã, auguriis patrum & priſcâ formidine ſacram, omnes ejuſdem ſanguinis populi legationibus coëunt.* Apud *Naharvalos*, antiquæ religionis lucus oſtenditur. Idem lib. 20. annalium, *Civilem Batavos ſacrum in nemus vocâſſe* ſcribit: quod *in Hollandiâ*, in finibus vici *Ageducis*, exſtare, Marlianus putat.

Turmam aut cuneum facit.) Sicut *cuneus* de peditibus; ita *turma* de equitibus dicitur: admonente Flavio Vegetio, lib. 2. cap. 14. de re militari. Germanorum cuneus aut turma *è propinquis* conſtituebatur.

De fortitudine atq; induſtriâ Germanicarum mulierum, Julius Cæſar, Commentariorum

Fœminarum Teutonicarum fortitudo.

belli Gallici lib. 1. in hunc modum cõmemorat: *Germani omnem aciem ſuam rhedis & carris circumdederunt, ne qua ſpes in fugâ relinqueretur. Eò mulieres impoſuerunt: quæ in prælium proficiſcentes, milites paſſis manibus, flentes implorabant, ne ſe in ſervitutem Romanis traderent.* Florus lib. 4. cap. 12. *Quæ fuerit callidarum gentium feritas, facilè vel mulieres oſtendêre: quæ deficientibus telis, infantes ipſos, afflictos humo, in ora militum adverſa miſerunt.* Idem Florus lib. 3. cap. 3. de Cimbrico bello: *Nec minor cum uxoribus eorum pugna, quàm cum ipſis fuit: cùm objectis undiq; plauſtris atq; carpentis, altè deſuper, quaſi è turribus, lanceis contiſq; pugnarent. perinde plùs ſpecioſa mors earum fuit, quàm pugna. Nam cùm miſſâ ad Marium legatione, libertatem ac ſacerdotium non impetrâſſent; nec fas erat: ſuffocatis, eliſiſq; paſſim infantibus ſuis, aut mutuis concidêre vulneribus, aut vinculo è crinibus ſuis facto, ab arboribus jugiſq; plauſtrorum pependerunt.* Strabo lib. 7. geographicorum: *Hujusmodi autem Cimbrorum morem fuiſſe, ſcriptores commemorant: ut eorum uxoribus in militandi ſocietate conjunctis, conſequentes nonnullæ, divinationis peritæ ſacerdotes, adhærerent; quibus canus capillus erat, alba veſtis, lintea è carbaſo, ſubter tunicam fibulis annexa, aheneis incinctæ zonis, pedes nudæ. Captivis per caſtra ſtrictis occurrebant enſibus:*

enſibus: quos ſternentes humi, ad æreum pertrahebant craterem, viginti capacem amphorarum. Habebant & pulpitum; quo agiliter aſcenſo, tollentes in ſublime captivum, ſuper lebete jugulabant. Tum profuſo in craterem ſanguine; indè, cùm ſtillaret, vaticinium edebant. Aliæ verò, ſciſſo ventre, inteſtina ſpeculabantur; ſuis victoriam acclamitantes. In ipſis verò certaminibus, extentas ad carrorum velamina pelles, tantis pulſabant ictibus, ut ingenti cum horrore fragor efficeretur. Cornelius noſter libro primo annalium, *Fœminam ingentis animi, munia Ducis per eos dies induiſſe; militibusq́, ut quis inops, aut ſaucius, veſtem & fomenta dilargitam fuiſſe,* Germanico Cæſare contra Germanos dimicante, ſcribit. Plutarchus in vitâ C. Marii, Valerius Maxim. lib. 6. cap. 1. de pudicitiâ, Paulus Oroſius lib. 6. cap. 21. Divus Hieronymus Epiſt. 31. diſt. 12. ad Geruntiam ſcribens; latè proſequuntur fortitudinem fœminarum Germanarũ. *Batavorum aciem, virorum cantu, fœminarum ululatu ſonuiſſe,* idem noſter Tacitus libro 20. annalium refert. Mamertinus ad Maximianum: *Germanorum fœminas, cæteris viris fortiores,* recitat. Ideoq́ue *acies quaſdam inclinatas & labantes, à fœminis reſtitutas, conſtantiâ precum, & objectu pectorum, & monſtratâ cominus captivitate,*

noſter memorat. *Objectu* ablativus eſt, ꝓ objectione. Sicut libro annalium 4. *Cœli temperies hyeme mitis, objectu montis, quo ſæva ventorũ arcentur.* Idem lib. 21. *Cujus objectu, revolutus amnis.*

Captivitate.) Quàm tenaces amantesq; libertatis, & ſervitutis impatientes, Germani exſtiterint, infrà dicetur.

Ineſſe quinetiã ſanctum aliquid.) C. Julius Cæſar lib. 1. belli Gallici, & Plutarchus in Cæſaris vitâ, narrant; *Germanorum fœminas ob vaticinandi peritiam, ſummo honore habitas à popularibus ſuis.* Idem Strabo *de Cimbricis mulieribus* retulit, cujus verba paulò antè retulimus. Et Tacitus in hiſtoriâ Auguſtâ, lib. 20. plerasque fœminas dearum vice cultas, *de Velledâ* ſcribens, his verbis refert: *Ea virgo, nationis Bructeræ, latè imperitabat; vetere apud Germanos more, quo pleraſq; fœminas fatidicas, & augeſcente ſuperſtitione, arbitrantur deas. Tuncq; Velledæ autoritas adolevit: nam proſperas Germanis res, & excidium legionum prædixerat.* Imperator Vitellius, referente Suetonio, vaticinanti *Cattæ* mulieri, velut oraculo, acquievit. Diocletiano *Druyda* mulier, cùm apud Tungros in quadam cauponâ moraretur, imperium prædixit, quando aprum occidiſſet, author eſt Fl. Vopiſc⁹ in Numeriano.

Fœminæ Germanorum fatidicæ.

Paulus

Paulus Diaconus, libro 4. rerum Langobardicarum, refert: *Suevos in bello contra Saxones conſuluiſſe fœminas, quæ futura prædicerent.* Qualem *Cambram* Francorum reginam, Joannes Trithemius, abbas Spanheymenſis, deſcribit: & *Giſelam* Laugingiaci, juxta patriam meam, celebrant; cujusmodi fuit Cunradi ſecundi Imperatoris uxor. *De Gallicenis mulieribus* Pomp. Mela lib. 3.

Vidimus ſub divo Veſpaſiano) Cornelius Tacitus, Belgicæ Galliæ procurator, in primam & ſecundam vênit Germaniam; &, imperãte Veſpaſiano, VELLEDAM virginem vidit. Ea Bructera fuit, ampliſſimæ ditionis adminiſtratrix, ad Luppiã amnem: ad quam non facilè quisquam admittebatur. Habitabat enim in æditâ turre: arcebatur aſpectu, quò venerationis plus ineſſet: delectus è propinquis, conſulta reſponſaque, ut internuntius numinis, portabat. De illâ plura noſter Cornelius libro 20. & 21. annalium. Statius libro 1. Sylvarum: *Cornelius in Germaniâ fuit.*

Non vacat arctoas acies, Rhenumq; rebellem,
Captivaq; preces Veledæ, cui maximà nuper
Gloria. —

AURINIÆ verò mentionem, nondum apud ullum veterem vidi: quòd rari, aut nulli ſint,

qui, poſt Plinium & Cornelium, de Germanis adeò digna retulerint: nec noſtri ſcripſerunt libros. Ante Velledam fuit hæc celebris, & Hercyniæ ſylvæ habitatrix: quam Richardus Bartholinus, libro 9. Auſtriados, celebrat, his carminibus:

Erdaq́, tellnris diva, & Germanica ſecum
Evolat Hercynio ad ſuperos Aurinia luco.

Idem libro 12. Auſtriados:

Almaq́, in Hercyniis præſens Aurinia lucis.

Num autem *Aurinia* fuerit illa *Catta*, quam Vitellius, Romanarum legionum in inferiori Germaniâ præfectum agens, aliquando cõſuluerit, aut certè jam potitus rerum poſtea conſulendam curârit, vaticinantique acquieverit: cogitandum relinquo.

Deorum maximè Mercurium colunt: cui certis diebus, humanis quoq́, hoſtiis, litare fas habent. Herculem ac Martem, conciſis animalibus placant. Pars Suevorum & Iſidi ſacrificat. Vnde cauſa & origo peregrino ſacro, parùm comperi: niſi quòd ſignum ipſum, in modum Liburnæ figuratum, docet advectam religionem. Cæterùm, nec cohibere parietibus deos,

deos, neque in ullam humani oris ſpeciem aſſimilare, ex magnitudine cœleſtium arbitrantur. Lucos ac nemora conſecrant, deorumq́ nominibus appellant: ſecretum illud, quod ſolâ reverentiâ vident.

Tertullianus, in Apologetico adverſus gentes, cap.23. tradit, unicuiq; provinciæ & civitati ſuum fuiſſe deum: ut *Syriæ* Aſtartin, ut *Arabiæ* Diaſarin, ut *Norico* Tibilenum, ut *Africæ* Cœleſtum, ut *Mauritaniæ* Regulos ſuos. Quâ de re quoque Petrus Crinitus, libro de honeſtâ diſciplinâ 9. cap. 2. Auguſtinus etiã plurimos gentilitios congeſſit deos, in libris quos de Civitate Dei inſcripſit. Similiter Lactantius Firmianus, in libris Inſtitutionum. *Germani* quoq; ſuos peculiares habuerunt deos. Julius enim Cæſar, Commentariorum belli Gallici libro 6. in hæc verba ſcribit: *Germani multum à Gallorum conſuetudine differunt. Nam neq; Druides habent, qui rebus divinis præſint: neq; ſacrificiis ſtudent. Deorum numero eos ſolùm ducunt, quos cernunt: & quorum apertè opibus juvantur: Solem, Vulcanum & Lunam: reliquos ne famâ quidem acceperunt.* Cornelius, Cæſare poſterior, alios multò plures recẽſet: *Mercurium, Martem, Herculem, Iſidem, Herthũ, Alcen, Ca-*

Dii peculiares nationum.

Germanorum Dii.

ſtorem & *Pollucem*. Porrò MERCURIUM inprimis coluiſſe Germanos, non tantùm hoc libello; ſed & annalium 13.refert Tacitus:*ubi victores Hermunduri, diverſam aciem Marti ac Mercurio ſacravêre*. Hunc aliâs *Teutanem* vocitatum, præter alios, etiam Joannes Annius Viterbienſ. ſuper quintũ Beroſi, his verbis indicat:*Porrò Teutanes Germanorum Mercurius exſtitit; cui cognomento ſacrificus ritus indidit. Reddebat enim pallentes eos, qui ſibi gratis immolabantur*. Hunc igitur colebant, & *humano ſanguine* victimas ei obtulerunt. Sicut Lucanus libro primo Pharſaliæ canit:

Et quibus immitis placatur ſanguine diro
Teutanes, horrensq; feris altaribus Heſus.

Huc adfer, quæ Lactantius Firmianus libro 1.cap.21. Inſtitutionum adnotavit,*de cruentis ſacrificiis*. Huldrichus Huttenus Francus, eques & poëta, in panegyrico Alberti Maguntiacenſis archiepiſcopi, eadem repetit:

Cernis & Alcidem, junctoq; Tuiſcona Mãno,
Et Majâ genitum, —— immitibus aris,
Terribili ſpecie. ——

Noſtrâ ætate, viſum eſt *Mercurii ſimulacrum* in *Hello*, (imperiti *Elegiam* vocant) antiquiſſimo *Tribocorum* vico, qui tribus à *Seleſtadio* miliariis,

miliariis, in *Elli* fluminis ripâ, ſitus eſt, muris templi inſertum: ubi & *Dianæ*, & aliorũ deorum idola cernuntur. Annales *Novientenſium*, id eſt, *Ebersheymenſis cœnobii in Elſatiâ*, fabulantur; Julium Cæſarem, compoſitis Gallorum rebus, aras Mercurio Novienti conſtruxiſſe: quas Divus Maternus diruerit. Apud *Tabernas Rhenenſes*, in cœmiterio, duo ſimulacra viſuntur, Mercurium referentia. *Auguſtæ Rhatiæ*, in ædibus *Conradi Peutingeri*, utriusque juris Doctoris, & ſtudiorum Mæcenatis, Mercurii imago viſitur. *Laugingiaci*, transdanubiano oppido, fractus lapis Mercurii imaginem monſtravit: cujus ſuperior pars, corpus cum capite, periit; inferior, pedes cum tauro, exſtant adhuc. Carolus Magn⁹, Irmenſaul/id eſt, Hermetis (qui eſt Mercurius) ſtatuam, in monte Martis, evertit. Et ſcribit Abbas Urſpergenſis, *Saxones inprimis coluiſſe Mercurium*. Sunt haud dubiè plures ejusdem Mercurii imagines paſſim per Germaniam, ſi quis diligentiùs inquirat. Paulus Diaconus, rerum Langobardicarum ſcriptor, prodit; Mercurium à Langobardis *VVodam* aut *Godam* appellatũ: quo modo *VVolgaſtum Pomeraniæ* ab eodem cognominatum ferunt. Num verò *Odonis ſylva*, quæ Hercyniæ pars eſt, à Mercurio VVo-

Conradus Peutingerus.

da aut Goda nomen habeat, ut à Marte Martianum nemus; ſeu ab Othone Imperatore; ſeu loco non ignobili Othonoheym: cogitandum antiquarum rerum ſtudioſis committo.

Herculem verò ab eisdem Germanis, prælium inituris, cultum, ex ſuperiorib. notũ eſt.

At MARTEM à Germanis veneratum, Cornelius libro 13. teſtatur, ubi *Hermunduri Marti ac Mercurio diverſam aciem ſacraviſſe* memorantur. Similiter libro 20. *Tencterorum legati, præcipuo deo Marti grates agunt, Agrippinenſes rediſſe in corpus nomenq́ Germaniæ.* Virgilius libro 3. Æneidos, alludit ad Germanorum religionem:

Gradivumq́, patrem, Geticis qui præſidet oris.

Getæ namq; *Gothi* fuerunt, ab Germanis orti. Suetonius in vitâ Auli Vitellii ſcribit, *Vitellium pugionem, quo ſe Otho Imperator occiderat, in Agrippinenſem coloniam miſiſſe, Marti dedicandum.* Idem Suetonius in ejusdem Vitellii vitâ, cap. 8. *templi Martis in inferiori Germaniâ* meminit. Joannes Trithemius, in Francorum hiſtoriâ, etiam *Francos coluiſſe Martem* ſcribit. Conradus Celtis, libro primo Amorum, odâ 12. de *VVirtzibургo* Francorum metropoli canens, Palladis & Martis ſimulacra ad baſilicę introitum videri, canit:

Ante

Ante gradus cujus veterum ſimulacra deorum,
Palladis & Martis ſigna vetuſta manent.

Huldrichus Hutten', in Alberti panegyrico:

Primus honor Marti: clypeo Mars fulget & enſe,
Germanamq́ manu frameam tenet: illius aris
Victima prima cadit: gentis pater ipſe vocari
Gaudet. ——

Ab Marte *Martianam ſylvam*, quam vulgus indoctum Schwartzwald vocat, appellatam ferunt. Sic *Marpurgum* Heſſorum urbem, quam *Lanus* præterfluit, à Marte dictam volunt: alii tamen à Marcomero Francorum Regis filio. Sic *Marſiburgum*, Miſnorum epiſcopalem civitatem, ad *Salam* fluvium, à Marte nominatam dicunt. Non deſunt, qui hanc à Marſis nomen retinuiſſe affirment. Ejusdem appellationis oppidũ eſt ad *Acromum lacum*, Conſtantienſis Epiſcopi ſedes. In *VVeſtvalis*, Bructerorum orâ, *Martis mons* ſupereſſe fertur; zum Berg: (unde Bergẽſes principes dicti) in quo tria exſtiterint altaria Marti dicata. Pomponius Mela lib. 2. *Martem quoq́ Scytharum omniũ deum* cõmemorat.

ISIDEM, Jovis Ægyptii Regis filiã, deorum honores cõſecutam, authores ſcribũt: quòd

multis beneficiis homines donaverit. Unde in templo Vulcani, apud Memphim Ægypti, ſepulta fertur. Ipſa triticum & hordeum, quæ priùs incognita hominibus, quum ſponte inter cæteras herbas creſcerent, inveniſſe dicitur: Leges quoque ſtatuiſſe; propterea *Theſmophoram* appellatam. præterea plurima inveniſſe medicamenta, medicæque arti multum contuliſſe, aſſeverant: quemadmodum copioſiſſimè Diodorus Siculus libro I. affirmat, & Apulejus lib. II. de aſino aureo. Hanc *Iſidem Suevos coluiſſe*, Tacitus narrat. Et ſunt qui prodant, *Iſenacum* Toringiæ urbem, quæ non procul ab *Horriſono monte*, (qui vulgò Hoſelberg) ad *VVeram* amnem, qui in Viſurgim abit, ſita eſt, ab Iſide inveniſſe nomen: non ineptâ conjecturâ; quòd Suevi, Iſidis cultores, antiquitus haud ita procul ab Iſenaco ad Albim habitârint. *Iſnam* verò, Rhætiæ primæ oppidum, nun Iſis aut ferrum appellârit, dubito. *Conradus Peutinger*, in ſuis illis convivalibus ſermonibus de mirandis Germaniæ antiquitatibus, Iſidem etiam *Auguſtæ* veneratam, argumentis quibusdam colligit; & *templum Iſidis* ſtetiſſe, ubi nunc ſit civitatis prætorium, & collis publici carceris: der Iſenberg/ quaſi dicas, Iſidis montem. Nam veriſimile eſt, Suevos,

poſtquàm

poſtquàm in Rhætiam immigrârunt, Auguſtæ Iſidi templum & ſacra inſtituiſſe.

Vnde cauſa & origo peregrino ſacro, id eſt, AEgyptiaco, ex AEgypto in Sueviã advecto, *parùm compertum: niſi quòd ſignum ipſum, in modum liburnæ figuratũ, docet advectam religionẽ.*) Iſidis namq; ſimulacrũ, cõtinuatis uberib. lineâ veſte, & cornib. ornatũ finxerunt; tenẽs in dextrâ ſiſtrũ, in ſiniſtrâ naviculã. & Ægyptus *Iſidis navigiũ* colit: quòd navigatione in Ægyptum ſit delata. quam rem Apulejus libro 11. aſini aurei deſcribit; & in eundem Philippus Beroaldus. In Italiâ quoque *Liburna navis* quondam in ſacris erat; eam ob cauſſam, quòd Evander, rex Arcadiæ, per maria navibus in Italiam conceſſerit, atq; peregrinos ſacrificandi ritus introduxerit: cujus rei teſtimonium, ex Dionyſio Halicarnaſſeo, libro 1. antiquitatum, Virgil. 8. Æneid. Ovidio, 1. Faſtorum, & Juſtino, libro 43. petendum erit. Ad morem itaque Italiæ, *Suevi* in ſuis ſacris, quæ Iſidi fiebant, ſigno utebantur, quod figurã liburnæ, id eſt, navis, ſeu currus ad formam naviculæ conſtructi, referebat. *Liburni* enim *in Illyrico* ſeu *Dalmatiâ* populi, ad auſtralẽ Pannoniæ plagam, quia olim navibus velocibus

& celeritate præcipuis uſi ſunt, quibus Ionium mare inſulaſque prædabantur: Romani naves, levitate celeritateq; præſtantes, appellavêre *Liburnicas, Liburnas* ſeu *liburna*. ſic refert Appianus, libro 2. civilium Rom. bellorum; & in libello, qui Illyrius inſcribitur: Vegetius libro 4. cap. 33. de re militari. Plura navium genera recitat Aulus Gellius, libro 10. cap. 25. noct. Attic. In Marſis *Tăfanæ templum* exſtitit, quod Germanicus Cæſar ſolo æquavit. Nõ deſunt, qui *Veſtam* à Germanis quoq; cultam aſſeverent; & *VVeſtvalos* indè appellatos, quaſi Veſtalios: quámvis crediderim, potiùs à vento occidentali, qui *VVeſt* Germanis dicitur, nuncupatos; quemadmodum *Oſtvali* orientales.

Cæterùm nec cohibere parietib. deos.) Petrus Crinitus, libro 12. cap. 8. de honeſtâ diſciplinâ, quædam hinc repetit. *Deorum*, inquit, *imagines minimè ad humanam formam faciunt: quòd illa cœleſtis majeſtas, ſupra humanitatem ſit.* Atque herclè major in hac re fuit veterum Germanorum pietas, quàm noſtratium: qui immortalis ac inviſibilis Dei gloriam, ad mortalis hominis ſimilitudinem mutaverunt: Idola, imagines, ſtatuaſque ex auro, argento, lapide, ligno, aliiſque metallis confinxerunt; & divinum iis cultum ac hono-

Germani nullas deorum imagines finxerunt.

honorem attribuerunt: quibus templa, ſylvæ, compita abundant; quàm religioſè, non eſt hujus loci diſcutere.

Lucos ac nemora conſecrant.) *Luci*, velut paulò antè annotavi, religione quadam imbuti, ab omnibus fermè gentib. exiſtimati ſunt: utpote deorũ domicilia; aut hominis alicujus cineri ſacrati, teſtis Plinius libro 12. cap. 1. hiſt. mundi, his verbis: *Summum munus homini datum, arbores ſylvæq; intelligebãtur: hinc primum alimentum, harum fronde mollior ſpecus, libro veſtis. etiamnum gentes ſic degunt. Arbores fuere numinum templa: priſcoq; ritu ſimplicia rura, etiam nunc deo præcellentem arborem dicant. Nec magis auro fulgentia atque ebore ſimulacra; quàm lucos, & in iis ſilentia ipſa adoramus. Arborum genera, numinibus ſuis dicata, perpetuò ſervantur; ut Jovi eſculus, Apollini laurus, Minervæ olea, Veneri myrtus, Herculi populus. Quin & Sylvanos Faunosq;, & dearum genera ſylvis ac ſua numina, tanquam è cœlo attributa credimus.* Unde & Virgilius Eclogâ ſecundâ: *Lucorum religio ſacroſancta.*

——Habitârunt dii quoq; ſylvas.

& libr, 8. Æneid.

Eſt ingens gelidũ lucus prope Ceretis amnem,
Religione patrum latè ſacer. ——

Sic etiam Germani lucos ac nemora conſecraverunt, deorumque nominibus appellârunt: quemadmodũ ab Hercule, *Hercyniam ſylvam* nuncupatam, retuli: & Cor. Tacitus, libro 2. annalium, *ſylvæ Herculi ſacræ* meminit. Sic *Martianum nemus*, quod Nigram ſylvam (den Schwartzwald) vocant, à Marte: *Othonis ſylvam*, à VVodâ Mercurio dictam; ſicut vetuſtatis ſtudioſi poſſunt inquirere. Seneca in Medeâ: *Lucis Suevi nobiles Hercyneis*. Con. Celtis de Hercyniâ:

Explicat immenſos annoſo robore lucos,
Relligione ſacros, veteriq; ex more verendos:
Qui Druidum denſæ per opaca ſilentia ſylvæ
Plurima magnificis ſervant cœnobia tectis,
Quæ Diti nigris operantur ſacra cucullis.

Qui *Pruſſiam* luſtrârunt, ſciunt, quantâ ſuperſtitione illa gens ſaltus arboresq; coluerit, & colat, veteri religione: quẽadmodum Eraſmus Stella, in ſuis de Boruſſiâ libellis, prodidit; & affinis meus, Melchior Zieglerus, diutulè in Pruſſiâ verſatus, narravit. De tribus quercubus Tribocorum infrá. Chronicon Urſpergenſe de Saxonibus recitat: *Frondoſis arboribus, fontibus exhibebant venerationem.*

Auſpicia, ſortesq;, ut qui maximè, obſervant.

ſervant. Sortium conſuetudo ſimplex. virgam frugiferæ arbori deciſam, in ſurculos amputant; eosq́; notis quibusdam diſcretos, ſuper candidam veſtem, temerè ac fortuitò ſpargunt. mox, ſi publicè conſulatur, ſacerdos civitatis; ſin privatim, ipſe paterfamiliæ, precatus deos, cælumq́; ſuſpiciens, ter ſingulos tollit: ſublatos, ſecundùm impreſſam antè notam, interpretatur. Si prohibuerunt; nulla de eâdem re in eundem diem conſultatio: ſin permiſſum; auſpiciorum adhuc fides exigitur. & illud quidē etiam hîc notum, avium voces, volatusq́; interrogare. Proprium gentis, equorum quoque præſagia ac monitus experiri. publicè aluntur iisdem nemorib. ac lucis, candidi, & nullo mortali opere cõtacti: quos preſſos ſacro curru ſacerdos, ac rex vel princeps civitatis, comitantur, hinnitusq́; ac fremitus obſervāt. Nec ulli auſpicio major fides; non ſolū apud plebem, ſed apud proceres, apud ſacerdotes. Se enim miniſtros deorū, illos conſcios putant. Eſt & alia obſervatio auſpiciorum, quâ gravium bellorum eventus explorant,

Sic etiam Germani lucos ac nemora conſecraverunt, deorumque nominibus appellârunt: quemadmodũ ab Hercule, *Hercyniam ſylvam* nuncupatam, retuli: & Cor. Tacitus, libro 2. annalium, *ſylvæ Herculi ſacræ* meminit. Sic *Martianum nemus*, quod Nigram ſylvam (den Schwartzwald) vocant, à Marte: *Othonis ſylvam*, à VVodâ Mercurio dictam; ſicut vetuſtatis ſtudioſi poſſunt inquirere. Seneca in Medeâ: *Lucis Suevi nobiles Hercyneis*. Con. Celtis de Hercyniâ:

Explicat immenſos annoſo robore lucos,
Religione ſacros, veteriq́ ex more verendos:
Qui Druidum denſæ per opaca ſilentia ſylvæ
Plurima magnificis ſervant cœnobia tectis,
Quæ Diti nigris operantur ſacra cucullis.

Qui *Pruſſiam* luſtrârunt, ſciunt, quantâ ſuperſtitione illa gens ſaltus arboresq́; coluerit, & colat, veteri religione: queadmodum Eraſmus Stella, in ſuis de Boruſſiâ libellis, prodidit; & affinis meus, Melchior Zieglerus, diutulè in Pruſſiâ verſatus, narravit. De tribus quercubus Tribocorum infrá. Chronicon Urſpergenſe de Saxonibus recitat: *Frondoſis arboribus, fontibus exhibebant venerationem.*

Auſpicia, ſorteſq́, ut qui maximè, obſervant.

ſervant. Sortium conſuetudo ſimplex. virgam frugiferæ arbori deciſam, in ſurculos amputant; eosq́; notis quibuſdam diſcretos, ſuper candidam veſtem, temerè ac fortuitò ſpargunt. mox, ſi publicè conſulatur, ſacerdos civitatis; ſin privatim, ipſe paterfamiliæ, precatus deos, cœlumq́; ſuſpiciens, ter ſingulos tollit: ſublatos, ſecundùm impreſſam antè notam, interpretatur. Si prohibuerunt; nulla de eâdem re in eundem diem conſultatio: ſin permiſſum; auſpiciorum adhuc fides exigitur. & illud quidẽ etiam hîc notum, avium voces, volatusq́; interrogare. Proprium gentis, equorum quoque præſagia ac monitus experiri. publicè aluntur iisdem nemorib. ac lucis, candidi, & nullo mortali opere cõtacti: quos preſſos ſacro curru ſacerdos, ac rex vel princeps civitatis, comitantur, hinnitusq́; ac fremitus obſervãt. Nec ulli auſpicio major fides: non ſolũ apud plebem, ſed apud proceres, apud ſacerdotes. Se enim miniſtros deorũ, illos conſcios putant. Eſt & alia obſervatio auſpiciorum, quâ gravium bellorum eventus explorant.

Ejus gentis, cum quâ bellum eſt, captivum quoquo modo interceptum, cum electo popularium ſuorum, patriis quemque armis committunt. victoria hujus vel illius, pro prajudicio accipitur.

Notum propè omnibus eſt, quantoperè veterum ſedulitas, in futuris veſtigandis atq; prænoſcendis, elaboraverit; quantoq; ſtudio ac diligentiâ auguria omnia, extiſpicia, & reliqua divinandi genera, coluerit: ut in variis quidem animantibus, eorumque voce, inceſſu, cibis, colore, volatu, auguria capere cõſueverit. Tanta, inquam, auſpiciorum fuit religio, ut etiam Romani, exactis regib. nihil publicè ſinè auſpiciis, nec domi, nec militiæ, gererent. id quod Livius in primo ab urbe conditâ, Valerius Maximus libro 2. cap. 1. de Inſtitutis antiquis, teſtantur. Unde Cicero libro 1. divinationum: *Quæ eſt autem gens, aut quæ civitas, quæ non extis pecudum, aut monſtra, aut fulgura interpretantium, aut augurum, aut aſtrologorum, aut ſortium, (hæ enim ferè artes ſunt) aut ſomniorum, aut vaticinationum (hæc enim duo naturalia putantur) prædictione moveatur?*

Auſpiciorum obſervatio.

Sortium) fortuitorum evẽtuum, aut oraculorum.

culorum. Indè *Sortilegi*, qui per ſortes futura pronuntiant. De ſortibus, earumq; origine, non parùm multa Marcus Cicero in ſecundo de divinatione: *quam rem, ait, totam inventam eſſe fallaciis, aut ad quæſtum, aut ad ſuperſtitionem, aut ad errorem excogitatis.* De iisdem Plinius libro 7. cap. 56. naturalis hiſtor. Olim *ſortes ex Vergilianis verſibus* uſurpabantur. Spartianus refert, Hadrianum, cùm ſollicitaretur de Imperatoris Trajani erga ſe judicio, Vergilianas ſortes conſuluiſſe, ex ſexto Æneidos:

Quis procul ille autem ramis inſignis olivæ
Sacra ferens? noſco crines incanaq; menta
Regis Romani, primam qui legibus urbem
Fundavit, Curibus parvis & paupere terrâ
Miſſus in imperiũ magnũ, cui deinde ſubibit.

Sors excidit, quam alii ex ſimilimis verſibus ei proveniſſe dixerunt. Julius quoq; Capitolinus, Clodio Albino, tradit, de facto ſuo conſulenti ſortem, his verſibus Vergilianis eſſe reſponſum, ex eodem 6. Æneidos:

Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Siſtet eques, ſternet Pœnos, Gallumq; rebellem.

Per literas ſortiendi morẽ, Ludovic⁹ Cœlius, lib. 12. antiquarum lectionum, cap. 17. & 18. *Sors per literas.*

explicat. Literarum aut notarum inſpectione, futura divinabant atque promittebant ſortilegi; velut in Germanorum ſortib. hîc cernimus. *M. Valerius Procillus, poſt confectum Cæſaris cum Arioviſto prælium in Sequanis, dicebat Cæſari; ſe præſente, de ſe ter ſortibus conſultum à Germanis; utrùm igni ſtatim necaretur, an in aliud tempus reſervaretur? Sortium beneficio ſe eſſe incolumẽ:* author eſt lib. I. Commentariorum belli Gallici, ipſe Cæſar.

Auſpiciorum) id eſt, præſagiorũ, divinationum, prognoſticationum, & quæ ad aves potiſſimùm referuntur. Quorum duo ſunt genera: unum ad oculos, alterum ad aures pertinens. Ad oculos, ſcilicet volatus: ad aures, vox avium. Dicta autem ſunt *Auſpicia*, ab avium inſpectione: ſicut *Auguriũ*, ab avium garritu & voce. De omnibus iſtis copioſiſſimè Tullius, in libris divinationum. *Aves, eventus aut adverſos, aut ſecundos ſignificant:* Plinio lib. 28. cap. 2. teſtante. Indè Germani *avium voces volatusq́; interrogârunt.*

Monitus experiri.) alii *motus* legũt: quod non diſplicet.

Equorum hinnitus, auſpiciorum genus apud Germanos.

Publicè aluntur.) Auſpiciorum genus peculiare fuit Germanis; equorum hinnitus & fremit⁹ obſervare: q; in hoc alebãtur lucis, numini-

numinibus ſacris, maximè Hercyniâ; quemadmodum *Heſſis*, Cattorum nationi, familiare didici; quos equos à nemore *Zappenburgios* appellant. Et *ſaltus Hercynius* (Speßhart vulgò dictus) indomitis equis paſcua præbebat; qui vulgo Odenberger nuncupantur. Similiter *ducatus Opelienſis*, & *Polonia*, atque *Pruſſia*, feros equos alunt. Plini⁹ hiſtor. mundi lib. 8. cap. 15. *Pauciſſima animalia Scythia gignit, inopiâ fructuum. Pauca, contermina illi Germania: inſignia tamen boum ferorum genera, jubatos biſontes, excellentiq́; & vi & velocitate uros; quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit: cùm id gignat Africa, vituli potiùs cervíve quadam ſimilitudine. Septentrio fert & equorum greges ferorum: ſicut aſinorum Aſia & Africa.* Corn. Tac. lib. 4. annalium: *Germanis ingentium beluarum ſaltus; modica domi armenta.* Scribit præterea Methodius: *Germanos equis, in bellis hoſtibus extractis, ſacra feciſſe; & ex ſtillatione eorum auguria cepiſſe.* Quarum ſuperſtitionum meminit Picus Mirandula, in ſecundo hymnorum commentario: **Feros equos fert Germania.**

Captivo & jugulo fundebat carmina vates
Cimbrica, quæ æripedũ fremitus ſervabat equorũ,
Bellax Ryphæo Germania proxima cœlo.

Bellorum eventus explorant.) Germa-

Germani omnia auſpicatò cœperunt.

ni in hoc Romanos imitabantur, qui bellicã rem adminiſtrari, niſi auſpicatò, noluerunt: prodente Cicerone in lib. divinationũ. Tanta erat auſpiciorũ fides & religio, ut Cęſar lib. 1. belli Gallici, & Plutarch⁹ in Cęſaris vitâ, deſcriptum reliquerint; *Cæſarem ideo Germanos viciſſe, quòd ante novam Lunam in prælium proceſſiſſent: quòd apud Germanos ea conſuetudo eſſet, ut matresfamiliás eorum ſortibus, & vaticinationibus declararent, utrùm prælium committi ex uſu eſſet, nécne. Eas ita dicere, non eſſe fas Germanos ſuperare, ſi ante novam Lunam prælio contendiſſent.* Erat autem etiam hoc genus auſpicii, ut captivũ ſimul & popularem, ſuis quẽque armis inſtructũ, in monomachiã & duellum cõmitterent. Si captivus vinceret popularẽ, malum omen: ſin popularis hoſtem ſuperâſſet, fœlix atque de victoriâ auſpicium.

Pro præjudicio.) id eſt, judicato eventu rei. Nam *præjudicium* (ut Asconio Pædiano placet) res eſt, quæ cùm inſtituta ſit, affert judicaturis exemplum quod ſequantur. De quâ re ſcribit Quintilianus, libro 5. cap. 2. inſtitutionum.

Hactenus Cornelius Tacitus religionem, ſeu potiùs ſuperſtitionem veterum Germanorũ, commemoravit. Ego verò, in eundem commentaria emittens, non poſſum non

noſtri

noſtri quoque temporis religionem attexere: ut tam vetus, quàm recentior Germania, exteris fiat cognita; & lectores rerum mutationē & viciſſitudinem videant. *Germania*, poſt Jeſu Chriſti ſervatoris noſtri ad Patrem remigrationē, gentilitios quidem deos, Tuiſconem, Mercurium, Martem, Herculē, Solem, Lunam, Iſidem, Herthū, Alcen, Vulcanū, ac reliqua ſuperſtitioſa numina, ſeriò reliquit: tamen *Chriſtū Jeſum, Dei filium*, nō adeò purè docta eſt paſſim. Qui namq; primit' Chriſtum per univerſam Germaniam prædicârunt, unà cum orthodoxâ fide, impium dogma ſeverunt; *de operum ac meritorū fiduciâ divorum cultu, ſummi Pontificis ſublimitate*, aliiſq; quibusdam ſuperſtitionibus. Mox *Arrianum virus* latè ſerpens, ſuppullulavit: *Antichriſti tyrannis*, antiqui Serpentis ſemen, & alia peſtilētia dogmata. *Carolus Magnus*, Romano Pōtifici ſuperſtitiosè juratus, Saxones, VVeſtvalos, Friſios, & alios Germaniæ populos, gladio, de gentilitiâ religione ſeu paganâ fide, coëgit ad Chriſtianum cultum: verùm quàm ſanctè in Chriſtianâ pietate inſtituerit atque retinuerit, ipſe viderit. Primus autem, hoc poſtremo ſeculo, D. *Martinus Lutherus*, è Cheruſcis Saxo, Chriſtum purè noſtris inſevit mentibus; primus

Germania ad Chriſtianiſmum converſa, conditio.

ſuperſtitioſum cultum exemit noſtris pectoribus; primus repurgavit Germaniam, ab impiorum impurorumque Monachorū, ſpurciſſimorumque Sophiſtarum fecibus, nugis ac impoſturis. Hic Antichriſtum per Dei ſpiritum detexit: & fidelis prophetæ functus officio, evulſit, diruit, diſperdidit, excuſſit; ac rurſus ædificavit atq; plantavit. Cœpit hic ſanctus vir, Evangelion domini noſtri Jeſu Chriſti puriùs annunciare, & æditis libris ſemen dominici verbi per Europam ſpargere, anno ab incarnato Meſſiâ M D XVII. *Maximiliano Auguſto* Romani Imperii habenas moderante, ac *Leone decimo* Eccleſiæ Romanæ Pontifice maximo. Hoc verbi duce, ceciderunt multi impiiſſimi ſuperſtitioſiſſimique ritus: omnis, ſcilicet, abominationis caput, *Miſſa ſacrifica*; *divorū præpoſterus cultus*; *imaginum ſuperſtitioſa adoratio*; *indulgentiarum nundinatio*, quibus exhauſta eſt Germania; *ignisq; purgatorius* exſtinctus eſt. Dominus faciat nos in viâ ſanâ & rectâ incedere; ne nos tenebræ rurſus comprehenſos, ad tartara demergant! Qui igitur quondam Mercurium, Martemque adoravimus; mox infinita Divorum numina, idolorum portenta, horrendas abominationes: nunc in *Jeſum Chriſtum*, Dei Patris omni-

mnipotentis Filium, ex Mariâ virgine genitum, crucifixum, à mortuis excitatum, & ad Patris dextram ſedentem regnantemq́ue, unicum ſervatorem noſtrum credimus; hunc invocamus, adoramus, & canimus; ab hoc uno corporis animæq́; ſalutem exſpectamus. Hanc religionem profitemur; utinam perpetuó!

De minoribus rebus, Principes conſultant: de majoribus, omnes; ita tamen, ut ea quoq;, quorum penes plebem arbitrium eſt, apud Principes pertractentur. Coëunt, niſi quid fortuitum & ſubitum inciderit, certis diebus; cùm aut inchoatur Luna, aut impletur: nam agendis rebus hoc auſpicatiſſimum initium credunt. Nec dierum numerum, ut nos; ſed noctium, computant. Sic conſtituunt, ſic condicunt, nox ducere diem videtur. Illud ex libertate vitium: quòd non ſimul, nec juſſi conveniunt; ſed & alter, & tertius dies, cunctatione coëuntium abſumitur. Vt turbæ placuit, conſidunt armati. Silentium per ſacerdotes, quibus tum & coërcendi jus eſt, imperatur. Mox Rex vel Princeps, pro-ut

poſt tres noctes,&c.Unde etiam quibusdam feſtis diebus à nocte cognomentum, ex Ethnicorum obſervatione: ſicut Weyhnacht/natalis Chriſti: Faßnacht/carnisprivium,dies Lupercales: Knöpfelsnacht/ tres dies Jovis,Chriſti natalem præcedentes. Similiter divorum feſta: Sant Johans nacht/ Sant Martins nacht/& ejusmodi. Proinde diem alii aliter obſervavêre. *Babylonii*,inter duos Solis exortus: *Athenienſes*, inter duos occaſus: *Umbri*,à meridie in meridiem:*Vulgus*,à luce in tenebras: *Ægyptii*, à mediâ nocte in mediam noctem diem dixêre: *Hebræi*,à nocte, ſeu veſperâ noctis,diem cœperũt numerare.De quib⁹ multa prodiderunt, C.Plinius libro 2.cap. 77. Macrobius lib.1. cap.2. Saturnalium; Ovidius 1.Faſtorum; Aulus Gellius, libro 3. cap.2. noct. Attic. Cornelius Vitellius, de dierum, menſium, annorumque obſervantiâ.

Dierum obſervatio.

Illud ex libertate vitium.) Quàm ſtudioſi ac tenaces libertatis ſemper fuerint Germani,infrà dicetur.

Nec juſſi conveniunt,) Codex Romæ excuſus,quem ego vidi,habet; *nec injuſſi cõveniunt*, ut ſit ſenſus: Sæpius vocandos, priusquàm veniant; quòd ab illis ſuâpte ſponte non fiat. Iſtud vitium nondum exſuerunt Germa-

Diata diatam parit.

Germani: quando ad comitia Cæſaris vocãtur; non dies, ſed menſes dilatione abſumũtur. Accedit & recentius vitiũ: ut cœtus ſemper ex cœtu oriatur, quaſi fœtus ex matre; ac longis conciliis, frequentibusq́; conventib⁹ cœptę res, magis diſtineantur, quàm finiantur. In eodemque exemplari legitur: *Et tertius dies cunctatione cœtuum abſumitur.* Et mox: *Quibus tamen coërcendi jus eſt.*

Frameas, id eſt, haſtas *concutiunt.* Velut alii verbis, aliorum dicta atque ſententias approbant, vel refutant: ita Germani; non ſermone, ſed armorum applauſu, ſono, tripudiisq́; cõmendabant Regum Principumq́; dicta; fremitu verò explodebant ſententiam, quę minùs placuiſſet. Sic Tacitus noſter, lib. 21. annaliũ, de Germanis Batavisq́;, Cl. Civilis orationem ſibi placuiſſe demonſtrantibus: *Ubi, inquit, ſono armorum, tripudiisq́;, (ita illis mos) approbata ſunt dicta.*

Refutationis ac approbationis modus.

Licet apud concilium accuſare quoque, & diſcrimen capitis intendere. Diſtinctio pœnarum ex delicto. Proditores, & transfugas, arboribus ſuſpendunt: ignavos, & imbelles, & corpore infames, cœno ac palude, injectâ inſuper crate, mergunt. Diverſitas ſupplicii illûc reſpicit: tanquam

explicat. Literarum aut notarum inſpectione, futura divinabant atque promittebant ſortilegi; velut in Germanorum ſortib. hîc cernimus. *M. Valerius Procillus, poſt confectum Cæſaris cum Arioviſto prælium in Sequanis, dicebat Cæſari; ſe præſente, de ſe ter ſortibus conſultum à Germanis; utrùm igni ſtatim necaretur, an in aliud tempus reſervaretur? Sortium beneficio ſe eſſe incolumẽ:* author eſt lib.1. Commentariorum belli Gallici, ipſe Cæſar.

Auſpiciorum) id eſt, præſagiorũ, divinationum, prognoſticationum, & quæ ad aves potiſſimùm referuntur. Quorum duo ſunt genera: unum ad oculos, alterum ad aures pertinens. Ad oculos, ſcilicet volatus: ad aures, vox avium. Dicta autem ſunt *Auſpicia*, ab avium inſpectione: ſicut *Auguriũ*, ab avium garritu & voce. De omnibus iſtis copioſiſſimè Tullius, in libris divinationum. *Aves, eventus aut adverſos, aut ſecundos ſignificant:* Plinio lib.28.cap.2.teſtante. Indè Germani *avium voces volatusq́; interrogârunt*.

Monitus experiri.) alii *motus* legũt: quod non diſplicet.

Equorum hinnitus, auſpiciorum genus apud Germanos.

Publicè aluntur.) Auſpiciorum genus peculiare fuit Germanis; equorum hinnitus & fremit⁹ obſervare: q in hoc alebãtur lucis, numini-

numinibus ſacris, maximè Hercyniâ; quemadmodum *Heſſis*, Cattorum nationi, familiare didici; quos equos à nemore *Zappenburgios* appellant. Et *ſaltus Hercynius* (Speßhart vulgò dictus) indomitis equis paſcua præbebat; qui vulgo Odenberger nuncupantur. Similiter *ducatus Opelienſis*, & *Polonia*, atque *Pruſſia*, feros equos alunt. Plini' hiſtor. mundi lib. 8. cap. 15. *Pauciſſima animalia Scythia gignit, inopiâ fructuum. Pauca, contermina illi Germania: inſignia tamen boum ferorum genera, jubatos biſontes, excellentiq; & vi & velocitate uros; quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit: cùm id gignat Africa, vituli potiùs cervive quadam ſimilitudine. Septentrio fert & equorum greges ferorum: ſicut aſinorum Aſia & Africa.* Corn. Tac. lib. 4. annalium: *Germanis ingentium beluarum ſaltus; modica domi armenta.* Scribit præterea Methodius: *Germanos equis, in bellis hoſtibus extractis, ſacra feciſſe; & ex ſtillatione eorum auguria cepiſſe.* Quarum ſuperſtitionum meminit Picus Mirandula, in ſecundo hymnorum commentario: Feros equos fert Germania.

Captivo & jugulo fundebat carmina vates
Cimbrica, quæ æripedũ fremitus ſervabat equorũ,
Bellax Ryphæo Germania proxima cœlo.

Bellorum eventus explorant.) Germa-

Germani omnia auſpicatò cœperunt.

ni in hoc Romanos imitabantur, qui bellicā rem adminiſtrari, niſi auſpicatò, noluerunt: prodente Cicerone in lib. divinationū. Tanta erat auſpiciorū fides & religio, ut Cęſar lib. 1. belli Gallici, & Plutarch⁹ in Cęſaris vitâ, deſcriptum reliquerint; *Cæſarem ideo Germanos viciſſe, quòd ante novam Lunam in prælium proceſſiſſent: quòd apud Germanos ea conſuetudo eſſet, ut matresfamiliâs eorum ſortibus, & vaticinationibus declararent, utrùm prælium committi ex uſu eſſet, nécne. Eas ita dicere, non eſſe fas Germanos ſuperare, ſi ante novam Lunam prælio contendiſſent.* Erat autem etiam hoc genus auſpicii, ut captivū ſimul & popularem, ſuis quēque armis inſtructū, in monomachiā & duellum cōmitterent. Si captivus vinceret popularē, malum omen: ſin popularis hoſtem ſuperâſſet, fœlix atque de victoriâ auſpicium.

Pro præjudicio.) id eſt, judicato eventu rei. Nam *præjudicium* (ut Aſconio Pædiano placet) res eſt, quæ cùm inſtituta ſit, affert judicaturis exemplum quod ſequantur. De quâ re ſcribit Quintilianus, libro 5. cap. 2. inſtitutionum.

Hactenus Cornelius Tacitus religionem, ſeu potiùs ſuperſtitionem veterum Germanorū, commemoravit. Ego verò, in eundem commentaria emittens, non poſſum non

noſtri

noſtri quoque temporis religionem attexere: ut tam vetus, quàm recentior Germania, exteris fiat cognita; & lectores rerum mutationẽ & viciſſitudinem videant. *Germania*, poſt Jeſu Chriſti ſervatoris noſtri ad Patrem remigrationẽ, gentilitios quidem deos, Tuiſconem, Mercurium, Martem, Herculẽ, Solem, Lunam, Iſidem, Herthũ, Alcen, Vulcanũ, ac reliqua ſuperſtitioſa numina, ſeriò reliquit: tamen *Chriſtũ Jeſum, Dei filium*, nõ adeò purè docta eſt paſſim. Qui namq; primit⁹ Chriſtum per univerſam Germaniam prædicârunt, unà cum orthodoxâ fide, impium dogma ſeverunt; *de operum ac meritorũ fiduciâ, divorum cultu, ſummi Pontificis ſublimitate*, aliiſq; quibusdam ſuperſtitionibus. Mox *Arrianum virus* latè ſerpens ſuppullulavit: *Antichriſti tyrannis*, antiqui Serpentis ſemen, & alia peſtilẽtia dogmata. *Carolus Magnus*, Romano Põtifici ſuperſtitioſè juratus, Saxones, VVeſtvalos, Friſios, & alios Germaniæ populos, gladio, de gentilitiâ religione ſeu paganâ fide, coëgit ad Chriſtianum cultum: verùm quàm ſanctè in Chriſtianâ pietate inſtituerit atque retinuerit, ipſe viderit. Primus autem, hoc poſtremo ſeculo, D. *Martinus Lutherus*, è Cheruſcis Saxo, Chriſtum purè noſtris inſevit mentibus; primus

Germania ad Chriſtianiſmũ converſa, conditio.

ſuperſtitioſum cultum exemit noſtris pectoribus; primus repurgavit Germaniam, ab impiorum impurorumque Monachorũ, ſpurciſſimorumque Sophiſtarum fecibus, nugis ac impoſturis. Hic Antichriſtum per Dei ſpiritum detexit: & fidelis prophetæ functus officio, evulſit, diruit, diſperdidit, excuſſit; ac rurſus ædificavit atq; plantavit. Cœpit hic ſanctus vir, Evangelion domini noſtri Jeſu Chriſti puriùs annunciare, & æditis libris ſemen dominici verbi per Europam ſpargere, anno ab incarnato Meſſiâ M D XVII. *Maximiliano Auguſto* Romani Imperii habenas moderante, ac *Leone decimo* Eccleſiæ Romanæ Pontifice maximo. Hoc verbi duce, ceciderunt multi impiiſſimi ſuperſtitioſiſſimique ritus: omnis, ſcilicet, abominationis caput, *Miſſa ſacrifica*; *divorũ præpoſterus cultus*; *imaginum ſuperſtitioſa adoratio*; *indulgentiarum nundinatio*, quibus exhauſta eſt Germania; *ignisq; purgatorius* exſtinctus eſt. Dominus faciat nos in viâ ſanâ & rectâ incedere; ne nos tenebræ rurſus comprehenſos, ad tartara demergant! Qui igitur quondam Mercurium, Martemque adoravimus; mox infinita Divorum numina, idolorum portenta, horrendas abominationes: nunc in *Jeſum Chriſtum*, Dei Patris omni-

mnipotentis Filium, ex Mariâ virgine genitum, crucifixum, à mortuis excitatum, & ad Patris dextram ſedentem regnantemque, unicum ſervatorem noſtrum credimus; hunc invocamus, adoramus, & canimus; ab hoc uno corporis animæq; ſalutem exſpectamus. Hanc religionem profitemur; utinam perpetuó!

De minoribus rebus, Principes conſultant: de majoribus, omnes; ita tamen, ut ea quoq;, quorum penes plebem arbitrium eſt, apud Principes pertractentur. Coëunt, niſi quid fortuitum & ſubitum inciderit, certis diebus; cùm aut inchoatur Luna, aut impletur: nam agendis rebus hoc auſpicatiſſimum initium credunt. Nec dierum numerum, ut nos; ſed noctium, computant. Sic conſtituunt, ſic condicunt, nox ducere diem videtur. Illud ex libertate vitium: quòd non ſimul, nec juſſi conveniunt; ſed & alter, & tertius dies, cunctatione coëuntium abſumitur. Vt turbæ placuit, conſidunt armati. Silentium per ſacerdotes, quibus tum & coërcendi jus eſt, imperatur. Mox Rex vel Princeps, pro-ut

ætas cuiq; , pro-ut nobilitas, pro-ut decus bellorum, pro-ut facundia eſt, audiuntur; authoritate ſuadendi magis, quàm jubendi poteſtate. Si diſplicuit ſententia, fremitu aſpernantur: ſin placuit, frameas concutiunt. Honoratiſſimum aſſenſus genus eſt, armis laudare.

Conſultandi rationem, coëundiq; ad comitia tempus, explicat. *De minoribus* negotiis conſultant civitatis *proceres: de* ſeriis, *majoribus*, atq; arduis *rebus*, *omnes*; eâ tamen lege, ut ea, quorum apud plebem judicium eſt, apud Principes retractentur. Nam vulgus, rerum prudentiâ parùm exercitatum, in rebus politicis, majoribus, ac diſciplinâ militari, raró, aut nunquam ſapit; & quemadmodum ille dixit: *Sævit ignobile vulgus*. Conveniendi tempus *Luna* definivit: ut non abs re Cæſar, lib. 6 belli Gallici, *Lunam inter Germanorum deos* computârit: quòd ii auſpicaturi aliquid, vel inchoantẽ Lunam, hoc eſt, neomenias & cõjunctionẽ; vel plenam Lunam, id eſt, oppoſitionẽ, quę πανσέληνος Gręcis dicitur, obſervârint: hoc namq; auſpicatiſſimũ initiũ agendis rebus credebant. Et tradit idem Juli' Cęſar, Cõmentariorum belli Gallici lib. 1. apud Germanos fuiſſe cõſuetudinem, *ut matresfamiliás*

miliâs eorum ſortibus & vaticinationibus declara-rent, utrùm prælium committi ex uſu eſſet, néc ne. Eas ita dicere, non eſſe fas Germanos ſuperare, ſi ante novam Lunam prælio contendiſſent. Idem Plutarchus in Cæſaris vitâ repetit; *Sortilegas Germanorum mulieres non permiſiſſe Germanis, antè prælium committere, quàm nova fulſiſſet Luna.* Quâ ſuperſtitione necdum carent Germani. Hermannus, Saxonum hiſtoricus, narrat; *Luneburgum,* inclytam Saxoniæ civitatem, à Lunâ nomen recepiſſe: cujus ſimulacrum, usque ad Caroli Magni tempora, illîc manſerit.

Germani ante novilunium cũ hoſte non conflig-gebant.

Nec dierum numerum.) *Romani* tempus per dies ſolebant numerare, Ægyptiorum more: *Germani* verò per noctes computârunt, Gallorum conſuetudine. de quib' Cæſar, lib. 6. belli Gallici, ſic ſcripſit: *Galli ſe omnes à Dite patre prognatos prædicant: idq́; à Druidibus proditum dicunt. Ob eam cauſſam ſpatia omnis temporis, non numero dierum; ſed noctium, finiunt: & dies natales, & menſium, & annorum initia ſic obſervant, ut noctem dies ſubſequatur.* Qui mos noſtratibus permanſit: ut à noctibus recẽter facta, aut paulò pòſt fienda, numeremus. Vor drey nächtẽ/ od vor vierzehen nächten: id eſt, ante tres noctes, vel ante noctes quatuordecim. Vber drey nächt/

A noctibus numerant Germani.

poſt tres noctes,&c. Unde etiam quibuſdam feſtis diebus à nocte cognomentum, ex Ethnicorum obſervatione: ſicut Weyhnacht/natalis Chriſti: Faßnacht/carniſprivium, dies Lupercales: Knöpfelsnacht/ tres dies Jovis, Chriſti natalem præcedentes. Similiter divorum feſta: Sant Johans nacht/ Sant Martins nacht/& ejuſmodi. Proinde diem alii aliter obſervavêre. *Babylonii*, inter duos Solis exortus: *Athenienſes*, inter duos occaſus: *Umbri*, à meridie in meridiem: *Vulgus*, à luce in tenebras: *Ægyptii*, à mediâ nocte in mediam noctem diem dixêre: *Hebræi*, à nocte, ſeu veſperâ noctis, diem cœperũt numerare. De quib' multa prodiderunt, C. Plinius libro 2. cap. 77. Macrobius lib. 1. cap. 2. Saturnalium; Ovidius 1. Faſtorum; Aulus Gellius, libro 3. cap. 2. noct. Attic. Cornelius Vitellius, de dierum, menſium, annorumque obſervantiâ.

Dierum obſervatio.

Illud ex libertate vitium.) Quàm ſtudioſi ac tenaces libertatis ſemper fuerint Germani, infrà dicetur.

Nec juſſi conveniunt.) Codex Romæ excuſus, quem ego vidi, habet; *nec injuſſi cõveniunt*, ut ſit ſenſus: Sæpius vocandos, priusquàm veniant; quòd ab illis ſuâpte ſponte non fiat. Iſtud vitium nondum exſuerunt Germa-

Diata diatam parit.

Germani: quando ad comitia Cæſaris vocãtur; non dies, ſed menſes dilatione abſumũtur. Accedit & recentius vitiũ: ut cœtus ſemper ex cœtu oriatur, quaſi fœtus ex matre; ac longis conciliis, frequentibusq́; conventib' cœptę res, magis diſtineantur, quàm finiantur. In eodemque exemplari legitur: *Et tertius dies cunctatione cœtuum abſumitur.* Et mox: *Quibus tamen coërcendi jus eſt.*

Frameas, id eſt, haſtas *concutiunt.* Velut alii verbis, aliorum dicta atque ſententias approbant, vel refutant: ita Germani, non ſermone, ſed armorum applauſu, ſono, tripudiisq́; cõmendabant Regum Principumq́; dicta; fremitu verò explodebant ſententiam, quę minùs placuiſſet. Sic Tacitus noſter, lib. 21, annaliũ, de Germanis Batavisq́;, Cl. Civilis orationem ſibi placuiſſe demonſtrantibus: *Vbi*, inquit, *ſono armorum, tripudiisq́;, (ita illis mos) approbata ſunt dicta.* *Refutationis ac approbationis modus.*

Licet apud concilium accuſare quoque, & diſcrimen capitis intendere. Diſtinctio pœnarum ex delicto. Proditores, & transfugas, arboribus ſuſpendunt: ignavos, & imbelles, & corpore infames, cœno ac palude, injectâ inſuper crate, mergunt. Diverſitas ſupplicii illùc reſpicit: tanquam

ſcelera oſtendi oporteat, dum puniuntur, flagitia abſcondi. Sed & levioribus delictis, pro modo pœnarum equorum pecorũq; numero, convicti mulctantur. Pars mulctæ Regi vel Civitati; pars ipſi qui vindicatur, vel propinquis ejus, exſolvitur.

Nunc de ſuppliciis & tormentorum generibus, quę ſontibus publico judicio irrogabantur. *Intendere*, eſt crimen in adverſarium jacere. Terentius in Eunuchio: *Hanc ſi intendit eſſe.* Tacitus lib. 5. *Cur mutuâ accuſatione intentâ*, Teuto: Umb das Leben anſprechen.

Ignavos.) Apud *Athenienſes*, inertia è latebris ſuis, languore marcens, in forum perinde ac delictum aliquod protrahitur; fitq; ut facinoroſæ, ita erubeſcendæ rea culpę. ita Valerius Maximus lib. 2. cap. 1.

Infames.) mancos, corruptos: aut, ſi mavis, impudicos; die ehrloſen.

Injectâ crate mergunt.) Id ſupplicium erat: quis dejectus in aquam, crate ſupernè injectâ, ſaxisq; congeſtis, mergebatur: velut Lud. Cœlius, lib. 6. cap. 5. lectionum antiquarum, annotavit; ubi plura alia ſuppliciorum genera congeſſit. Livius, lib. 1. ab urbe conditâ,

ditâ, refert; Tarquinium Superbum, Regem Romanorum ſeptimum, hujusmodi ſupplicio affeciſſe Turnum Herdonium Aricinũ.

Tanquam ſcelera oſtendi oporteat.) Scelera, infanda flagitia, majora & gravia delicta: velut proditiones, furta, fugam, latrocinia, & hujusmodi. *Flagitia* verò, leviora errata: ignaviam, timiditatem. Sic apud Livium lib. 9. quartæ decadis, Sp. Poſthumius Albinus Cos. populum alloquens: *Minus tamen*, inquit, *eſſet, ſi flagitiis tantùm effœminati forent; (ipſorum id magnâ ex parte dedecus erat) à facinoribus manus, mentem à fraudibus abſtinuiſſent*. Et mox: *Illorum eum, cum quibus in omne flagitium & facinus conjuravit; non ſuum judicet*. Rurſum infrà: *Illo uno collegâ caſtigare ſe nova flagitia, & priſcos revocare mores ſe poſſe*.

Mulctantur.) Plinius lib. 18. cap. 3. hiſtoriæ mundi: *Mulctatio quoq; non niſi ovium boumq; impendio, dicebatur.* libro 33. cap. 1. *Ex quâ conſuetudine, mulcta legum antiquarum pecore conſtat, etiam Romæ.* Pœnæ & ſupplicia Germanorum nũc diverſa ſunt: aliter enim in militiâ; aliter domi in pace ſcelleratos plectunt. *In militiâ*, fures arboribus, ſi deſit crux, ſuſpendunt, manib' poſt tergũ revinctis: reliquos facinoroſos, judicio cõdemna-

Supplicia pœnæ Germanæ.

tos,in frameas agunt: quosdam gladio feriunt: multos à militiâ perpetuò relegant. *Extra militiam* domi agentes, fures itidem penſiles faciunt. Parricidis atque latronibus,aculeatis rotis tibias ac lacertorum moras confringunt: contritisque ſingulis oſſibus, carnifex cervicem & præcordia, humerosque,ingenti rotæ citato impetu pulſat, à ſedibus ſuis miſeram explodens animam: dein lacerum & deforme cadaver, ſpirantibus calentibusq; adhuc venis, rotâ ſupra palum ſuffixâ,in aurâ reſupinatos volucribus exponunt. Incendiarios, falſarios mercium aut monetarum,Hęreticos,ſacrarumque ędium ſpoliatores & ſacrilegos; vivos rogo impoſitos, aut ad ſtipitem vinctos,cremant;inſerto ſub aſcellas, capiti inguinibusque, nitri pulvere,ut flamma fomentum corripiat. Polygamos,qui, vivâ uxore, alias clàm ducunt, culeo inſertos mergunt. Proditoribus ac patriæ hoſtibus,& in eam conjurantibus,exta rimantur, exenteratũ corpus in quatuor partes lancinant,ut manus & crura exſeruntur: quas deinde ante urbium portas ſuſpendunt. Nec mulieribus, in ſceleribus depræhenſis, parcunt: quæ cùm toxico, aut amatorio poculo lymphaticos fecerint; aut faſcinatione, aut ſuperſtitione infamatę fuerint;

rint, vel quæ partum necaverint, aut immaturum excuſſerint; diverſis ſuppliciis afficiunt: aut culeo inſutas ſubmergunt, aut Vulcano vitam adimunt, aut vivas humo defodiunt. Atque utinam nocentes tantùm legibus punirentur! metuo ne non tyrannis aliquando innocentes opprimat; ut eſt invidum pectus ad vindictam æſtuans. *In leviora delicta* paulò mitiùs animadvertunt. Alios ad palum religatos in foro, vulgi ignominiis exponunt: Alios virgis cæſos in exſilium relegant, alios clementiùs proſcribunt aliquot annis: Aliis effodiunt oculos, aut præſcindunt aures, amputant manus, perjuris digitos, blaſphemis linguas: aliis cauterium inurunt: &, pro ſcelerum diverſitate, diverſis excruciant tormentis. Intervenit nonnunquam Procerum favor, aut propinquorum interceſſio, qui judicem, muneribꝰ corruptum, à ſeveriore ſententiâ deflectunt. *Pecuniæ enim obediunt omnia; etiam leges.* *Bos in linguâ.*

Eliguntur in iiſdem conciliis & Principes, qui jura per pagos vicosq; reddunt. Centeni ſingulis ex plebe Comites: conſilium ſimul & authoritas adſunt. Nihil autem, neq; publicæ, neq; privatæ rei, niſi armati agunt. Sed arma ſumere non antè

cuiquam moris, quàm civitas ſuffecturum probaverit. Tum in ipſo concilio, vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus, ſcuto frameâq́; juvenem ornant. Hæc apud illos toga, hic primus juventæ honos: ante hoc, domus pars videntur; mox Reipublicæ. Inſignis nobilitas, aut magna patrum merita, Principis dignationem etiã adoleſcentulis aſſignant. Cæteris robuſtioribus, ac jam-pridem probatis aggregantur: nec rubor, inter comites aſpici.

Inter vicum & pagum hoc intereſt diſcriminis. *Vicus*, ſignificat villarum, id eſt, domorum ruſticanarum, congeriem, absque mœniis: Germani, ein Dorff vocãt. *Pagus* verò, vicorũ ſocietatem, ditionem ſeu agrum, qui multis vicis conſtat: Ein Cent/ Gew/ Gebiet/ oder Marck. *Villa*, domus ruſtica: ein Mayerhof/ Vorwerg/ oder Villãt. *Principes*, judices & præfecti, qui jura per pagos vicosq́ue reddunt: veteribus, Marggravẽ & Centgraven: *Marchiones* teutonicâ voce fuerunt dicti: quos nunc Pfleger/ Vogt/ Am̃tleut/ Hauptmann/ Richter & Schultheiſſen/ vocant: ſunt dignitatis officiiq́ue nomina.

Conſilium ſimul & authoritas adſunt:)

hoc

hoc eſt, conſilii, authoritatisque gratiâ, conſulunt, & authoritatem addunt.

Armati.) Refert Egeſippus lib. 1. *Germanos cujusdam Imperatoris funus armatos, ac ſi in bella eſſent profecturi, deduxiſſe.* Campanus præterea, in quadam oratione ad Principes, dicit: *Nec majores veſtri templum, niſi armati ingrediebantur.* Quę conſuetudo adeò permanſit, ut neq; ſacras conciones adeant noſtrates Germani, ſinè gladio ad latus pendente. nec fora, nec rus camposq́;, neque concilia, neq; etiam convivia, absque armis petunt: domi habent armamentaria, & ad quosvis inopinatos incurſus ſeu rumores, armati continuò ꝓdeunt. taceo, cùm peregrè proficiſcendum eſt, quàm probè ſe armis muniant, contra latronum, aut quorumvis hoſtium vim. Hæc audaciæ & fortitudinis ſunt argumenta.

Sinè armis nihil agűt Germani.

Sed arma ſumere, quàm civitas.) *Civitas* non ꝓ oppido aut urbe, quæ tum nulla adhuc fuerat in Germaniâ; ut paulò infrà declarabitur: ſed pro multitudine, cœtu & conſenſu civium cohabitantium, & iisdem legibus viventium, uſurpatur. Macrobius, in prę-fatione in ſomnium Scipionis: *Comitia,* inquit, *cœtusq́ hominum jure ſociati, Civitates appellantur.*

Toga virilis Germanorum.

Toga.) Quemadmodum *Romani* quondam, bonæ indolis pueris, togam, in virilis ætatis argumentum, dare ſolebant: ita *Germani* ſuos adoleſcentulos, die tyrocinii, frameâ ſcutoque donatos, in rem militarem ꝓvehebant. Unde Eobanus Heſſus, celeberrimus noſtræ tempeſtatis poëta:

Tela puer dextro didicit vibrare lacerto,
Et lævâ clypeum poſſe rotare manu:
Jam bellator eques longâ ſudare ſub haſtâ,
Et certo aſſuevit flectere frena modo.

De togæ uſu, multa doctiſſimè Guilielmus Budæus, in poſterioribus Pandectarum annotationibus. Ante ſumtam togam, Germanorum juvenes *domus pars* fuerant; nihil rerum publicarum adminiſtrabant: ſumtâ togâ, extrudebantur ad bella, & publica ſubibant munia, erantque *pars reipublicæ.*

Inſignis nobilitas, aut magna patrum merita, Principis dignationem etiam adoleſcentulis aſſignant.) *Dignatio* eſt, quod Græci ἀξίωμα dicunt, id eſt, dignitas & amplitudo, propter honores geſtos, aut magiſtratum; vel propter oris morumque majeſtatem. *Dignitas* etiam dicitur exiſtimatio, quæſita claris rebus geſtis, magnificaque opinio. Suet. Tranquill, in Veſpaſiano, cap. 4.

Exin

Exin ſortitus Africam, integerrimè, nec ſinè magnâ dignatione adminiſtravit. Idem in Domitiano, cap. 2. *Expeditionem quoque in Galliam, Germaniasq́ʒ, neque neceſſariam, & diſſuadentibus paternis amicis, inchoavit: tantùm ut fratri ſe, & operibus, & dignatione adæquaret.* Hac voce etiam Cicero libro 10. ad Atticum uſus eſt: *Nec quicquam, niſi de dignatione laborat.* & in Annalibus ſæpe Tacitus: velut Beatus Rhenanus, in Theſauro locutionum, cōſtructionum & vocum Tacito ſolennium, annotavit diligentiſſimè, quem nuper Cornelio præfixit. Eſt autem ſenſus: Adoleſcentuli Principis dignationem aſſequuntur, ab inſigni majorum nobilitate, aut à præclaris patrum meritis. Si patres nobiles aut bene-meriti fuerint; dignitatem in filios derivant atque transfundunt. Aſſcendunt adoleſcentes ad dignitatem Principum, propter inſignem nobilitatem, aut magna patrum merita: nemo obſcurus, ignobilis, nulloque facinore clarus ac glorioſus, pervenit ad Regis aut Principis dignitatem. Sicut paulò antè dixit: *Reges ex nobilitate; Duces ex virtute ſumunt.* Aliquot denique proditum eſt hiſtoriis, Regum atq; Ducum Germaniæ multos, à mediocri ſtatu atque fortunâ, in eam dignitatem, ob inſignem tamen quandam virtutem

Adoleſcentes patrū honorem aſſequuntur.

& fortitudinem, evectos. Fuit præterea, à Caroli Magni temporibus, regnũ aliquamdiu hæreditarium, donec *Septemviri*, vulgò *Imperii Electores*, (Churfürſten) à curiâ appellantur) Othone tertio regnante, inſtituti ſunt: qui coëuntes, unanimis votis, Regem atque Imperatorem creandi jus habent.

Gradus quinetiam & ipſe Comitatus habet, judicio ejus quem ſectantur. Magnaq; & Comitum æmulatio, quibus primus apud Principem ſuum locus: & Principum, cui plurimi & acerrimi Comites. Hæc dignitas, hæ vires, magno ſemper electorum juvenum globo circumdari: in pace decus, in bello præſidium. Nec ſolùm in ſuâ gente cuiq; ſed apud finitimas quoque civitates id nomen, ea gloria eſt, ſi numero ac virtute Comitatus emineat: expetuntur enim legationibus, & muneribus ornantur, & ipsâ plerunq; famâ bella profligant. Cùm ventum in aciem, turpe Principi, virtute vinci; turpe Comitatui, virtutem Principis non adæquare. Iam verò infame in omnem vitã ac probroſum, ſuperſtitem Principi ſuo ex acie receſſiſſe.

ſiſſe. Illum defendere, tueri, ſua quoq; fortia facta gloriæ ejus aſſignare, præcipuum ſacramentum eſt. Principes, pro victoriâ pugnant: Comites, pro Principe.

Comitatus Principis ſuos habet gradus, dignitates atque ordines. alii enim in aulâ Principis eminentiores ſunt, & primæ poſt Principem auctoritatis: *primates, proceres, à cubiculis, à ſecretis, à conſiliis, quæſtores, equorum ſtabulorumq; præfecti, (marſchalcos* vocant) *œconomi, majores domus,* (quos Haußmayer & Haußvogt vocitant) *tribuni, centuriones.* Inferioris ordinis ſunt, *equites, ſatellites, lixæ.* Per gradus ad proceres aſcendes: & rurſum per gradus ad infimates deſcendes. Iſtos gradus ac ordines, Princeps pro ſuo arbitrio conſtituit. Indè æmulatio inter Comites oritur, dum quisque primas ambit. Titillantur viciſſim Principes ſimili æmulatione, plurimos fortes, eosq; acerrimos affectantes Comites; quò ſelectiſſimo comitatu ſatellitioque conſpicui fiant. Ipſi etiam Duces, præclarè geſtis nobiles, multis legationibus donisq; invitantur, ad ferenda ſubſidia, & adminiſtrandā militiam. quinetiam Milites promti & ſuâ ſpōte ad hos cōfluunt: hos ſequūtur, admirant, laudant atq; tuētur.

Gradus & ordines dignitatum.

& ipſâ plerunque famâ bella profligant. Quo nomine proximo ſeculo clarus erat *Albrechtus Marchio Brandenburgenſis*, multis laudibus ab Æneâ Sylvio celebratus: & illius poſtmodum nepos *Caſimirus*, qui nuper in Panno-niâ occubuit. Hac rei militaris laude atque fortitudine, hoc tempore inſignes & præſtantes habentur: *Philippus Heſſorum*, *Carolus Geldriorum*, Principes: Comites *ab Helfenſteyno*, *VVolfgangus Comes à Lupff*, *Nicolaus Comes à Salmis*, *Marcus Sittich ab Ems*, *Georgius Fronſpergius*, *Franciſcus Siccingenſis*, *Georgius* Truchſeß / *VVilhelmus Rogendorffius*; Barones *à Scherâ*, *Joannes à* Brandeck / *Conradus* Gottsmann / *Jacobus à* Wernaw / Eck à Rey-ſchach / *Maximilianus ab* Eberſteyn / duo *Heſſi à Bomelbergo*; atq; alii, quorum nomina non teneo: qui longâ militiâ exerciti, famâ ipsâ hoſtibus formidabiles ſunt. Nemini enim obſcurum eſt, quantas hoſtium ſtrages confecerint; quantas victorias atque trophæa retulerint. Novit hoc Gallus, Inſuber, Italus, Turca, Pannonius. Quales prioribus ſeculis exſtiterunt plurimi: nam ſemper invictos heroës genuit Germania, qui vitam pro patriæ libertate non horruerunt in diſcrimen collocare.

Rei militaris nomine clari.

Infame in omnem vitam.) Valerius Maximus,

Maximus, libro 2. cap. 1. de Inſtitutis antiquis; *de Celtiberis*, Hiſpaniæ populis, idem commemorat: *Nefas duxiſſe, prælio ſupereſſe; cùm is occubuiſſet, pro cujus ſalute ſpiritum devoverant.*

Comites.) A comitando nomen accepêre *Comites*, quòd Principem ac Ducem comitarentur ad bella publicaque negotia; ejus lateri hærerent, ac ponè ſequerētur, nec diſcederent. Fuitq; dignitatis & officii nomen. primarii è nobilitate viri: infra *Duces*; ſupra *Barones*. nos Teutonicâ linguâ Grafen appellamus; & *Comes*, ein Grafe. Et ſunt apud noſtrates, qui hoc vocabulum à gravi derivatum putent: quòd morum gravitate, virtutibus atque fortitudine eminere, Comites deceat. Mihi planè Germanica vox eſſe videtur, *præfectumq;* ſignificare: quòd Comites ab Imperatoribus & Principibus, ad adminiſtrandas provincias regioneſque, ad cuſtodiam maritimam, ad marcam, id eſt, præfecturam ſeu limitem, & caſtra tuenda, deputati ſint. Ideoque etiamnum varia exiſtunt Comitum genera: Ut Pfaltzgrafe/ *Comes Palatinus*, hoc eſt, palatii imperialis præfectus: Landgrafe/ *Comes provincialis*, id eſt, provinciæ præfectus: Marggrafe/ *Comes marcæ*. hoc eſt, limitis ſive caſtelli præfectus; nos aliàs

Marchionem dicimus: Burggraſe/ *Comes Caſtrenſis*, hoc eſt, caſtri præfectus; quos Romani Imperatores olim in ampliſſimis imperii civitatibus conſtituerunt: Centgraſe/ *Comes judicialis*, id eſt, præfectus judicio. *Gogravii* in jure Saxonico, feſtini judices, qui in neceſſitate velociter judicant. Goch eſt celer: Graf/ judex. Graffſchafft ſignificat præfecturam, ein Vogtey / oder ein Gebiet deß Gerichts. Sic quoq; Rheingraf/ Wildgraf/ ꝛc.

Præcipuum ſacramentum eſt,) id eſt, jusjurandum: Eyd vnd Pflicht. Milites enim jurare ſolent; & ideò militiæ ſacramenta dicũtur. Jurant autem, ſe omnia ſtrenuè facturos, quæcunq; præceperit Imperator: nunquã deſerturos militiam, nec mortẽ recuſaturos pro Germanorũ repub. Hinc *Sacramẽta* pro militib. uſurpant eruditi: quòd jusjurãdo in fœdus ſocietatemq; obſtringãtur, & pro Imperatore defendendo juramẽta interponant. Vegetius lib. 2. de re militari, cap. 5. *Sacramento adſtricti milites, dicuntur auctorati, quaſi obærati, hoc eſt, ære ſtipendiario obſtricti, ac jam non ſui arbitrii.* Et *auctorare*, eſt obligare: *Exauctorare*, auctoratũ & adſtrictum dimittere, abire ſinere, ſuoque arbitrio reddere.

Si civitas, in quâ orti ſunt, longâ pace & otio

& otio torpeat; plerique nobilium adoleſcentium petunt ultrò eas nationes, quæ tùm bellum aliquod gerunt: quia & ingrata genti quies; & faciliùs inter ancipitia clareſcunt, magnumq́ comitatum non niſi vi belloq́ tuentur: exigunt enim, Principis ſui liberalitate, illũ bellatorem equum; illam cruentam victricemq́ frameam. Nam epulæ, & quanquàm incomti, largi tamen apparatus, pro ſtipendio cedũt. Materia munificentiæ, per bella & raptus. Nec arare terram, aut exſpectare annum, tam facilè perſuaſeris; quàm vocare hoſtes, & vulnera mereri. Pigrum quinimmo & iners videtur, ſudore acquirere, quod poſsis ſanguine parare.

Germani omnibus ſeculis, armorum, pugnæque amantes ac ſtudioſi exſtiterũt: gens bello nata & aſſueta, in bellicis rebus adeò ſemper præcelluerũt; ut Romani Imperatores, & ante illos quoq; Aſiæ Reges, ipſos ſtipendio conductos in militiam aſſciverint, corporis cuſtodes adhibuerint, & ſinè Germanorum auxilio nullum proſperũ confecerint bellum. Ipſi quinetiã Romani, reb. flo- *Germani belli aſſueti & dediti.*

Digitized by Google

rentibus, virtute Germanorum res magnas geſſerunt. Pacem denique & quietem, cane & angue pejùs oderunt, ut ultrò in peregrinas regiones, quæ tum prælium haberēt, bellorum gratiâ excurrerent. Celebres denique ſunt in hiſtoriis Germanorum eruptiones, in Aſiam, Africam, Italiam, Galliam, Hiſpaniam, Britanniam, Sarmatiam, Pannoniam, Dalmatiam, Illyridem; & quò non? Cantatiſſima eſt *Cimbrorum* & *Teutonorum*, in Galliam atque Italiam irruptio, ante Cæſarum tempora: *Suevorum*, in Pannoniam, Hiſpaniam atque Britanniam: *Vandalorum Burgundionumq;*, in Pannoniam, Italiā, Galliam, & Hiſpaniam: *Francorum*, in Galliam; & aliarum Germanię nationum emigratio obſcura non eſt. Semper alienas terras affectaverunt, militiæ cauſsâ. Ideoq; Tacitus inquit: *Si civitas pace & otio torpeat, nobiles adoleſcentes exteras petunt nationes, quæ bella gerant.* & pridem divus Julius Cæſar, Commentariorum belli Gallici libro 6. *Vita omnis in venationibus, atq; in ſtudiis rei militaris conſiſtit: à parvulis duritiei ac labori ſtudent.* Et mox: *Atq; ubi quis ex Principibus, in concilio ſe dixit ducem fore; qui ſequi velint, profiteantur: conſurgunt ii, qui & cauſam, & hominem probant, ſuumq; auxilium pollicentur, atq; à multitudine collaudantur:*

tur: qui ex iis ſecuti non ſunt, in deſertorum ac proditorum numero ducuntur, omniumq́ rerum iis poſtea fides derogatur. Seneca libro 6. naturalium quæſt. *Germanos gentem belli avidam* vocat. Idem libro de irâ: *Germanis quid eſt animoſius? quid ad incurſum acrius? quibus innaſcuntur innutriunturq́: quorum una illis, alia negligentibus, cura.* Lucanus lib. 8. Pharſaliæ:

Omnis in arctois populus quicunq́ pruinis
Naſcitur, indomitus bellis & mortis amator.

Strabo lib. 4. *Sunt omnes naturâ bellaces.* Claudianus ad Stiliconem:

Illi terribiles, quibus otia vendere ſemper
Mos erat, & fœdâ requiem mercede paciſci.

Idem:

Qui nec Principibus donis precibusq́ vocati
Paruerant. ——

Mamertinus ad Maximianum, Germanos hunc in modum alloquitur: *Non eſtis in otioſâ ac deliciis corruptâ regione nati; ſed in his, quas ad infatigabilem conſuetudinem laboris & patientiæ uſus imbuit. Semper enim hoſti oppoſiti eſtis; ſemper inſtructus miles exercet terram: omnis vita eorum militia eſt; quorum fœminæ caeterarum viris fortiores ſunt.* Non ullum in Europâ geritur bellum, citra Germanorum

copias. Noſtri adoleſcentes ſectantur Duces in prælia qualiacunq;, modò ſtipendium numeretur: & plerunq; in contrariis acieb. ab utrâq; parte, Germanica auxilia conſpiciuntur: de bello, juſtum an iniquum ſit, minùs ſolliciti. Adeò verum dixit ille:

Nulla fides pietasq; viris qui caſtra ſequuntur,
Venalesq; manus: ibi fas, ubi maxima merces.

Exigunt.) Olim militibus donabantur equi, arma, torques, armillæ, haſtæ, phaleræ: quemadmodum Lucium Sicinium Dentatum, bellatorem ſtrenuum, refert donatum A. Gellius, libr. 2. noct. Att. Sic Germanis morem fuiſſe, tum hîc, tum aliâs narrat Cornelius. Ideò *Fridericus Barbaroſſa* Suevus, primus ejus nominis Rom. Imp. Stratorē quendam iisdem munerib. honorare voluit; ſicut Guntherus Ligurinus libro ſecundo recitat, his verbis:

Cui Rex, ob facinus præclarum, præmia laudis
Digna referre volens; titulos, & nomē equeſtre,
Armaq;, cornipedesq; feros, cultusq; nitentes
Largiturus erat. ——

Significat verò, Comites à Principibus prælia adituris, exigere *equum frameamq;*.

Raptus.) Cæſar lib. 6. belli Gallici; *Latrocinia nullam habere infamiam apud Germanos*, retulit,

retulit, *quæ extra fines cujusq; civitatis fiunt; atq; ea, exercendæ ac deſidiæ minuendæ cauſâ, fieri,* prædicat. Hoc idem ſcribit Pomp. Mela, li.3. *Jus*, inquit, *adeò in viribus habent, ut ne latrocinii quidem pudeat.* Unde Con. Celtis:

Nec cenſere nefas, animum intendiſſe rapinis.

Latrones in-primis aluit *Hercynia ſylva*, latè per Germaniam ſparſa, tuta præbens latibula. Equeſtres etiamnum hac infamiâ nobiles habentur.

Exſpectare annum.) Veteres anno adſcripſerũt, ut rerum omnium patri, id commendationis; quod Terræ, deorum hominumq; parenti, quidam adſcribendũ opinati ſunt: videlicet, *Annum productivæ virtutis potentem; & non agrum.* Unde & natum proverbium: *Annus fructificat; non tellus:* quod Eraſmus, Chiliadis 1. cent. primâ, proverb. 44. explicat.

Quoties bella non ineunt: non multum venatib. plus per otium tranſigunt, dediti ſomno ciboq;. Fortiſſimus quiſq; ac bellicoſiſſimus, nihil agens, delegatâ domus, & penatiũ, & agrorũ curâ, fœminis ſenibusq;, & infirmiſſimo cuiq; ex fami-

liâ. Ipſi habent miram diverſitatem naturæ: cùm iidem homines ſic ament inertiam; & oderint quietem.

Quemadmodum mare habet acceſſus ac receſſus æſtuarios; ita in rebus humanis nihil eſt perpetuum; ſunt omnium rerum viciſſitudines, ætas humana ſtudia antiquat, mutat, atque innovat. Sic cum venatione accidiſſe puto: quæ Julii Cæſaris ætate fuit frequentiſſima Germanis; velut ipſe in ſuis cõmentariis belli Gallici commemorat, lib. 6. *Vita omnis*, inquit, *in venationibus, atque in ſtudiis rei militaris conſiſtit.* & paulò inferiùs, de Hercyniâ, & ejus feris, loquens: *Uros ſtudioſè foveis captos interficiunt. hoc ſe labore durant adoleſcentes, atq; hoc genere venationis exercent; & qui plurimos ex his interfecerunt; relatis in publicum cornib. quæ ſint teſtimonio, magnam ferunt laudem.* Idem libro 4. belli Gallici, de Suevis: *Multum ſunt in venationibus.* Deinde autem, ob crebra bella, venatio fuit rarior & neglecta: quomodo hîc Tacitus ſui temporis morem refert: *Non multùm venatibus dediti.* Poſtremò verò, rebus florentibus, rurſus repetita. Nam cùm ipſa Germania ſit montoſa atque nemoroſa, per quam latiſſimè evagatur Hercynia ſylva, in multos ramos ſaltusque

Venatio crebra in Germaniâ.

eusque ſeſe aperiens ſpargensque, qui ferarum gignunt abundantiam: & ideo frequentem præſtant venationem; cui Reges, Principes, Comites, atque Nobiles Germanorum, ſunt intenti. nec Antiſtites à venationibus abſtinent: quos tamen arcent jura põtificia. 86. Diſtinct. c. Eſau. Et c. An putatis. Hi ſi interdum venentur, excutiendi torporis, vel ſolatii gratiâ, ne feræ ſegetem depaſcant, aut aliâ ratione noceant; utiliter faciunt: conſulunt enim reipublicæ. At ſi, intermiſſo legitimo gubernandi officio, toti aucupio & venationi ſint dediti; hanc unicè deſiderent, quærant, cogitent & ſectentur; hac ſe oblectent, ut ſolent quidam: reipsâ declarant, ſe malle imperare beluis, quàm hominibus. Hæc venandi ſolicitudo parit rixas, contentiones & jurgia; nonnunquam etiam bella: dum quisque vicinum nemus, vi ad ſuum jus imperiumq; rapere ſtudet. cùm tamen ſylvarum multitudo, omnibus largam præberet venandi copiam: ſi non quibusdam volupe eſſet, rixari de lanâ caprinâ, ac ſe ſuosque brutorum cauſâ in diſcrimen conjicere. Dion Caſſius Nicæus, in Hadriano, refert; ipſum Imperatorem plerunque in venationibus uſum *Maſtore*, genere *Jazyge*, (quorum ſedes etiam Ger-

mani tenent) propter robur & audaciam hominis. Hinc Baptiſta Mantuanus, ad Cæſarem de Germaniâ:

—— Aſſueta per Alpes
Frigora agens, certare urſis, nive candida ſemper
Per juga veloces curſu prævertere cervos.

Et Conradus Celtis:

Commune his ſtudium; venari, equitare, vagari,
Atq; ſuum varias victum quæſiſſe per artes.

De Carolo Magno Eginhartus, ipſius Imperatoris alumnus atque ſcriba, refert: *Aſſiduè exercitabatur equitando, ac venando; quod illi gentilitium erat: quia vix ulla in terris natio invenitur, quæ in eo labore Francis poſſit æquari.* De eodem ſcribit idem Eginhartus: *Filios, quamprimùm ætas patiebatur, more Francorum, equitare, armis ac venationibus exerceri fecit.*

Ipſi hebent; mirâ diverſitate naturæ.) Domeſticam curam fœminis commendant Germani: agriculturæ verò, militię, ac publicis rebus, viri navant operam. Et cùm reliqui mortales, bonis diſciplinis aut artib. mechanicis ſtudeant, & ſe aliquid artis noviſſe gaudeant; quietis inſuper ſtudioſi: Germani

econ-

econtrà mirâ hebent naturæ diverſitate. *Inertiam* namq;, id eſt, bonarum diſciplinarum aut mechanicæ artis ignorantiam, *diligunt, & quietem odiunt.* Secus hodie. nam orbi terrarum nota eſt Germanorum eruditio, induſtria, omniumq; bonarum artium ſagax ingenium. Alii codices legunt: *Ipſi habent miram diverſitatem naturæ.*

Mos eſt civitatibus, ultrò ac viritim conferre Principibus, vel armentorum, vel frugum: quod pro honore acceptum, etiam neceſſitatibus ſubvenit. Gaudent præcipuè finitimarum gentium donis; quæ non modo à ſingulis, ſed publicè mittuntur: electi equi, magna arma, phaleræ, torquesq;. Iam & pecuniam accipere docuimus.

Principes, quia reipublicæ ſerviunt, ab eadem aluntur. accipiunt enim penſiones, decimas frugũ, tributum, vectigal, naulum, & infinitas alias exactiones. Æquũ utiq; jus, ac legitima piaq; ordinatio: niſi quidam abuterentur iſthoc privilegio, in graviſſimam tyrannidẽ, ſuorumq; popularium deprędationem: qui non accipiunt juſtas penſiones; ſed *Germani ſuis Principibus reddunt penſiones.*

omnino expilant ſuos: cùm *boni paſtoris ſit tondere pecus; non deglubere*: velut Tiberius Cæſar, referente Suetonio, dicere ſolebat.

Pecuniâ ac donis corrumpuntur.

Gaudent donis.) Germanos pecuniâ ac donis corrumpi, Cornelius lib. 20. annalium prodidit. Et ſuprà: *Eſt videre apud illos argentea vaſa, legatis & principibus eorum muneri data.* Et deinde: *Expetuntur legationibus, & muneribus ornantur.* Ipſe quoque Julius Cæſar, Germanos, muneribus & pecuniâ allectos, ſecum in bello habuit; & eorum fortitudine vicit Galliam ac Pompejum: velut ipſe teſtatur libro 1. belli Civilis; & Otho Friſingenſis, lib. 2. cap. 48. Chronicorum, repetit. Sic Tiberius Cæſar, *Marobodum* Germanorum regem ad ſe pertraxit: Suetonio in vitâ ejus, & Cornelio libro 2. annalium, authoribus. *Nihil enim tam ſanctum eſt*, inquit M. Tullius actione in Verrem ſecũdâ, *quod non violari; nihil tam munitum, quod non expugnari pecuniâ poſſit.* Numi bellorum ſunt nervi ac fomites, rerumque gerendarũ effectores. Ita quoq; Cor. li. 18. refert. *Pecuniæ omnia obediũt:* de quo vide Eraſmũ in proverbiis. Hęc auri ſitis cõpulit Heinrichum Bebelium, poëtam Germanum, ut exclamaret: *Proh deorum atque hominum fidem! O dolendam atque exſecrandam Germanorum avaritiam! quos eſſe invictos*

Pecunia vincit omnia.

invictos ab hoſtibus, res ipſa atq; multorum authorum teſtimonia declarant: hos ipſos pecunia vincit.

Iam & pecuniam accipere docuimus.) Suprà dixit: *Pecuniam probant veterem ac diu notam, Serratos Bigatosq;: Argentum quoq; magis, quàm aurum ſequuntur.*

Nullas Germanorum populis urbes habitari, ſatis notum eſt; ne pati quidem inter ſe junctas ſedes. Colunt diſcreti ac diverſi; ut fons, ut campus, ut nemus placuit. Vicos locant, non in noſtrum morem, connexis & cohærentibus ædificiis. Suam quisq; domum ſpatio circumdat: ſive adverſus caſus ignis remedium; ſive inſcitiâ ædificandi.

Vetus *Germania*, multo etiam tempore poſt Corn. Taciti ætatem, *nullas urbes habuit*; ſed quæque gens, natio, aut civitas, vicos, villas, tuguria, ſylvasque incoluit: quas *ſedes*, temerè & ſeorſum ligno culmoque conſutas, *ſpatio circumdedit*, ad formam inſularum, id eſt, domorum, quæ nullis ædificiis cohęrent: *aut imperitiâ ædificandi; aut adverſus caſus ignis remedium*, ne vicinâ flammâ abſumerentur. Sic Seneca refert, in libro de gubernatione mundi: *Nulla Germanis fuiſſe domicilia, nul-*

Germani quondam nullas urbes habuerunt.

lauq; ſedes; niſi quas laſſitudo in diem poſuiſſet. qualia Herodotus narrat, libro 4. qui Melpomene, *de Scythis*: quorum nomen usquequaque *in Sarmatas* & *Germanos* tranſiviſſe, Plinius teſtatur. *Siquidem nullæ ſunt eis*, inquit, *urbes; nulla mœnia exſtructa.* Herodianus quoque ſcribit, libro 7. *Rarò apud Germanos è lapide, lapidibusq; coctilibus, aut lateribus, ſunt ædificia: denſis etiam ſylvis; quorum confixis coagmentatisq; lignis, quadam quaſi tabernacula ædificant.* Julius denique Capitolinus, in vitâ duorum Maximinorum, *vicorum Germaniæ ab Imperatore exuſtorum* meminit; nullam urbium faciens mentionem: quòd nullę adhuc in Germaniâ exſtiterint. *Civitatibus maxima laus erat, quàm latiſſimè circum ſe vaſtatis finibus ſolitudines habere: hoc proprium virtutis exiſtimantes, expulſos agris finitimos cedere:* Julii Cæſaris ſunt, commentariorum belli Gallici ſexto.

Urbes quando cœperint ædificari.

Cum Chriſtianâ fide, & translato ad Germanos imperio; (quod in *Carolo Magno* geſtum eſt) à noſtris Imperatoribus urbes ædificari cœptas puto, & vicos mœniis cingi, contraq; hoſtium vim muniri. Quantis verò nunc ſplendeat urbibus, oppidis, ac caſtris; nemini obſcurum eſt: ſuo quoque loco, ſparſim tamen, noſtra memorant commentaria.

Colunt,

Colunt, inquit, *diſcreti ac ſeparati; ut fons, ut campus, ut nemus placuit.*) Ejusmodi enim loca valde accommoda ſunt ædificiis, hominumq; habitationib. propter earum rerũ uſum & neceſſitatẽ. Hinc ſunt crebræ illæ locorum appellationes, à bach/ feld/ holtʒ/ & conſimilib. dictionibus; cum quibus civitatũ, arcium, atq; vicorum vocabula cõponuntur: quemadmodum mox declarabitur. *Spatia* verò circa villas, omnigenã præbent cùm utilitatem, tum voluptatem: nam præſtãt agros, hortos, viridaria, pomaria, pro neceſſitate rei familiaris. Et, ſi area ſepibus muniatur: grex armẽti pecorisq;, intra ſepta ab excurſu cohibetur; feræ cum furib. arcentur: eſt locus deambulandi, & exercendi corporis, curſu, ſaltatione, diſco, ac palæſtrâ. Jam igitur ſubtexã vulgaria locorũ vocabula: ut indè cujusq; loci etymum atq; originẽ, ingenioſus quisque, faciliṁè addivinare queat.

Urbes, caſta ac domicilia, quæ ad fontes, fluvios ac lacus, ſtruxerunt Germani; plerunque deſinunt in brun/ born/ beurn/ bach/ furt/ bruck/ werd/ ſee/ damm/ mund/ ort/ aut wyck. Significant autem Brun/ Born/ Beurn/ Germanis Fontem: ſic ſunt, Heilbrun/ Königsbrun/ Mulbrun/ Erlenbrun/ Tieffenbrun.

Locorum appellationes circa fontes & flumina.

In Born: Padenborn/ Breytenborn/ Schwartzenborn/ Erlisborn/ Steckborn/ Hakenborn.

A Beurn: Kauffbeurn/Onebeurn/ Itebeurn/ Plawbeurn/Torrenbeurn.

A Bach/ quod Rivum denotat, cognominata ſunt: Schwabach/ Onolſzbach/ Culmbach/ Butzbach/ Prubach/ Wittelsbach/ Erlenbach/ Sultzbach/ Gengebach/ Steinbach/Moſzbach.

A Furt vel Fort/id eſt, Vado aut trajecto: Erdfurt/ Querfurt/ Schweinfurt/ Ochſenfurt/Franckfurt/Haſzfurt/ Amersfurt/Treffurt/Staſzfurt/Saſzfurt/Diethfurt.

A Bruck/ quod Pontem ſignificat: Insbruck/Zweybruck/ Sarbruck/ Hersbruck.

A Werd: ita parvam inſulam & terram inter amnes ſitam, ac ſalicetum appellant Germani: Donawerd/ Seinwerd/Käyſerswerd/ Bolswerd/ Geyſelwerd/ Leuwerden/ Gravenwerd/ Schlackenwerd/ Werden/& Wertheim.

A See/id eſt, lacu: Waldſee/Tegerſee/ Lorchſee/Weiſſenſee/Reichēſee/ Vrſee/ Kochſee/Heymſee/Görſee/Zierichſee.

A Dam/ (id Aggerē denotat:)Roterdā/ Amſterdam/Schiddam/Leerdam/ Worckendam.

A Mund/

A Mund/ quod Oram, oſtium & os fluminis ſignificat: Lechsgmünd/ Angermund/ Tangermund/ Romund/ Dortmund/ Eremund/ Orlemünd/ Tramünde/ Warnamünde/ Absgmünd/ Münde/ & multæ urbes vulgò Gemünd appellatæ.

Ab Ort/ (quomodo finem, exitum aut terminum, dicunt) ſunt: Angerhort/ Ruthort Arencort/ Zuort.

A Wyck: Harderwyck/ Grandswyck/ Oſterwyck/ Bardewyck/ Brunſwyck/ Schleswyck. Significat verò Wyck/ ſinum aquarum: quem aliâs Golph/ Salt/ & Seekant/ appellant Germani.

At quæ loca in campis ac planitie occupârunt, in Feld/ Ried/ Heyd/ Wyſen/ Reut/ Grün/ Anger/ Weyſch/ Weyd/ Marck/ Mayr/ Hauß/ Hof/ Stadt/ Dorff/ Kirch/ Münſter/ Wyler/ Flör/ terminantur. *Campeſtrium locorum vocabula.*

In Feld/ id eſt, agrum ſeu campum: Rheinfeld/ Küngsfeld/ Blawfeld/ Salfeld/ Fürſtēfeld/ Mansfeld/ Mayenfeld/ Roſenfeld/ Cosfeld/ Piterfeld/ Roſtifeld/ Soldfelden.

In Ried/ Heyd/ Wyſen/ Reut/ Grün/ Anger/ Weyſch/ Weyd: quomodo rus ac prata vocāt: Herried/ Donawried/ Diethmansried/ Riedhauſen/ Neikenried/ Bekenried: Gabelheyd/ Spondawerheyd/ Hirßheyd/

Oberheyd/Cottenheyd/Heydenheim: Stattwyſen/Steinwyſen/Breitwyſen/Hallerwyſen/Keytwyſen: Angersreut/Engelreut/Ernreut/Parreut: Leipoltzgrün/Geroltzgrün: Wolffsanger/Steinanger/Dürranger: Weyſchenfeld/Weyſchdorff/Mittweyd.

In Marck/quod emporium & limitem ſignificat: ut Newmarck/Altmarck/Reißmarck/Feldmarck. Indè etiam Dänmarck/Steyrmarck/Wyndiſchmarck.

A Meyr/quod agrum & agricolam notat: Weinmeyr/Wilmeyr/Wyßmeyr/Kohmeyr.

In Hauß/hoc eſt, domum: Schafhauſen/Sangerhauſen/Mülhauſen/Gelnhauſen/Nordhauſen/Witzenhauſen/Recklinghauſen/Wildehauſen/Tanhauſen/Anhauſen/Drechshauſẽ/Sumerhauſẽ/Winterhauſen.

Ab Hof; ſic curiam nominant: Vilshofen/Königshofen/Oſterhofen/Almanshofen/Geylnhofen.

In Stadt; ita urbem dicunt: Halberſtadt/Carlſtadt/Hochſtadt/Eychſtadt/Jngolſtadt/Altẽſtadt/Newſtadt/Sletſtadt/Darmſtadt/Arnſtadt.

In Dorff; ſic vicum ruſticanũ ab egeſtate appellant: Jegerndorff/Wydersdorff/Mendorff/Sumersdorff/Altdorff/Deckendorff/

Warendorff/

Wartendorff / Pfullendorff / Indersdorff / Schorndorff.

A Kirch / quod ſignificat templum: Feldkirch / Newkirch / Auffkirch / Pfarrkirch / Lentzkirch / Luykirch / Partenkirch / Waldkirch.

In Münſter / quod à monaſterio deductũ eſt: Salmünſter / Rynmünſter / Maßmünſter / Münſterberg / Münſterhauſen / Altenmünſter / Newmünſter.

In Wyler / (id vocabuli à Villâ derivatum puto) Rotwyl / Watwyl / Halwyl / Bebenwyler / Almanswyler / Neuwyler / Rapeswyler.

In Flôr / quod ſimiliter agrum ſignificat, quoque reperias locorum vocabula.

Quæ verò in ſaltibus & nemoribus jacent oppida viciq́ue, aut prope ſylvas; exeunt in wald / holtz / forſt / buch / rode / hagen / buſch / & aw. *Sylveſtrium locorum nomina.*

In Wald / hoc eſt, nemus: Gripeswald / Fürſtenwald / Friewald / Schlackenwald / Liechtenwald / Grünewald / Buchwald / Oberwalden / Underwalden / Mittẽwald / Eybenswald / Reichswald / Stdwald.

In Holtz / quomodo ſylvam lignumq́ue nominant: Welffholtz / Crantzholtz / Buchholtz / Holtzhauſen / Holtzheim / Holſaten.

Digitized by Google

In Forſt/id eſt, ſaltum: Baylenforſt.

A Buch/ quod & fagum, & faginetũ denotat: Hagenbuch/Rotenbuch/Schönbuch/Grevenbuch/ Entlibuch.

In Rode/ ſic arboretum appellant: Mimynrode/Oſtenrode/Gerenrode/Seulenrod/Münchsrod/Wallẽrod/Leonrode/Biſchoffsrode/Wermingenrod/Chriſtenrode/ Wolffẽrod/Dattenrod/Hutzenrod/Gunsrod/Weilgenrode.

In Hagen/ita dumetum vocant: Grevenhagen/Zigenhagen/Coppenhagen/ Wolffshagen/Freyhagen.

A Buſch/ id quoque dumum ſeu rubum ſignificat: Hertzogbuſch/Gadebuſch/ Buſcherthal.

Ab Aw/quod vocabulum Germanis tempe, locum paſcuum & convallem notat, qualia loca intra ſylvas, valles ac amnes viſuntur: Rheinaw/ Reichenaw/ Wildnaw/ Geraw/ Landaw/ Stockaw/ Stockeraw/ Burgaw/ Naſſaw/Liechtenaw/Hirſaw/Dachaw.

Vocabula loco[rum] in montanis.

Verùm in montanis, loca admodum frequenter in Berg/Bühel/Rain/Burg/Eck/Fürſt/Hut/Stein/Fels/Kling/Steyg/ terminantur.

In Berg/ hoc eſt, montem: Nürenberg/Babenberg / Schneeberg / Schreckenberg/ Leuch-

Leuchtenberg/ Liechtenberg/ Gyſſenberg/ Für=ſtenberg/ Freyberg/ Fridberg/ Wittenberg/ Wirtẽberg/ Ortenberg/ Heydelberg/ Königs=berg/ Hennenberg/ Schwanberg.

In Burg/ quod ſignificat caſtrum: Bran=denburg/ Lüneburg/ Habsburg/ Lymburg/ Freyburg/ Jlenburg/ Mariẽburg/ Aldẽburg/ Rotenburg: qualia multa dedimus, quum de *Aſciburgio* ſcriberemus.

In Eck/ quod extremitatem & angulum ſignificat, ac de fluminibus quoque uſurpatur: Lübeck/ Lobeck/ Arneck/ Albeck/ Wageck/ Geroltseck/ Heideck/ Schwabeck/ Vilseck/ Mureck/ Rhyneck/ Loneck/ Waldeck.

A Fürſt/ quod culmen notat: Schillings=fürſt/ ꝛc.

In Hut/ ita cuſtodiam vocant: Landshut/ Waldshut.

In Stein/ id eſt, lapidẽ: Holſtein/ Staf=felſtein/ Kopffſtein/ Kuffſtein/ Hawenſtein/ Gibichenſtein/ Ludwigsſtein/ Hohenſtein/ Epſtein/ Blanckenſtein/ Traunſtein/ Helf=fenſtein/ Thierſtein.

In Fels/ quod petram denotat: ut Liechten=fels/ Weiſſenfels/ Rheinfels/ Wallenfels/ Trachenfels/ Ernfels/ Wildenfels/ Falcken=fels.

A Kling/quomodo clivum vocant: Kaltenkling/Klingnaw/Klingenberg.

A Steyg; ita ſimiliter clivum,& præcipitem montis deſcenſum appellant: ut Wyſenſteyg/Altenſteyg/Niderſteyg.

In Bühel/id tumulū denotat: Dünckelsbühel/Kutzbühel/Schnellebühel.

In Reyn/collem terreſtrem dicunt: Lechsreyn.

Appellationes locorum in vallibus ſitorum.

Urbes viciq́ue in vallibus, aliquando in Thal/& Gart/deſinunt. Thal vallem ſignificat; unde ſūnt Mergenthal/Murgēthal/Roſenthal/ Fridenthal/ Greventhal/ Grūnthal/ Jochimsthal/Amerthal/Engelthal.

In Gart / quod hortus eſt: Stūdgart/ Bremgart/ Wyngartē/Chriſtgarten/ Stargart/Sengart.

Aliquando etiam in Aw/ ut dixi, & in Gew.

Plurima præterea locorum vocabula, in Heym/quod patriam ſignificat,exeunt:ut Jngelheym / Zygenheym / Mundelheym/ Pfortzheim/Vorchheym/Wynsheym/Bappenheym / Heydenheym / Hildesheym/ Oppenheym / Biſchoffsheym / & innumera alia.

Sunt quæ in Leben (convictum hoc indicat) deſinant: velut Jßleben / Aſcharsleben/ Gardile-

Gardileben/Gatterslebẽ/Jersleben/Amarsleben/Hardersleben.

Quædam in Horn/id eſt,cornu:ut Buchhorn/Romershorn/Weiſſenhorn/Hirßhorn/Kyſhorn.

Alia in Engen aut Ingen: ut Tübingen/Reutlingen/Eſſelingen/Laugingen/Gundelfingen/ Witteslingen/ Nördlingen / Dillingen / Villingen / Memmingen / Riedlingen; quæ à familiis plerunque nomenclaturam receperunt.

Sunt nonnulla in Ach exeuntia: quomodo Rufach/Schiltach/Aurach/Zwyfaltach/Andernach/Creutznach/Bacharach/Bulach/Schwartzach/Durlach/Gartach/Biberach/Altach/Cronach.

Quædam etiam in Loch: ut Heygerloch/Schwaderloch/Deberloch/Hasloch/Wurmloch/Wyſenloch/&c.

Sunt præter hæc plurima,quæ *à conditorib.* nomenclaturam receperunt: velut *Forum Tiberii, Auguſta, Agrippina, Hamburgum, Brunſvvigum,Croniburgum,Dorganum,Citica, Babenberga.* *A conditoribus ac populis.*

Alia *à populis*: ſicut à Suevis,*Suibiſſa,Sueynitium, Suabachium, Suevezele, Suevegheymium.* A Francis; Franckenſtein / Franckenberg/ *Francofurdia.* A Saxonibus; Saxen/

Saxenhuſium,Sachſenſteynium. Ab Tungris; Tungern. Ab Anglis, *Angeloſtadium.* Ab Tectoſagis ſeu Decumatibus; Tecf. A Cattis; Katzenelenbogen / *Cattuicus.* A Salingis; *Salingoſtadium.* A Cheruſcis ſeu Cervetiis, Cerbſt. A Batavis; *Battoburgũ.* A Langobardis; Barden / Bardengaw / *Bardenvigum.* A Suarinis; *Suerinum* & *VVarinum*, &c.

A fluminibus. Alia à *fontibus* & *fluviis*: velut, *Odera, Niſſa, Spreberga, Emide, Fulda, Padaborna, Angermunda, Erlippum, Gouda, Schidamum, Roterdamum, Avelſpurgium, Dravamunda, Coccheга, Elſterberga, Traunſteynium, Enſium, Salaveldia, Igla, Ægra, Salza, Lutariburgum, Plauburnium, Nagolta. Jaxſtfeldia, Mundelheymiũ, Guntzburgum, Begniſia, Schvvartzaba.*

A ventis. Alia à *ventis*: ſicut *VVeſtheymium, VVeſtfeldia*; *Northuſium, Northeymium*; *Oſtheymium*, &c.

Ab eventu. Alia ab eventu: quomodo *Rotenburgum, VVeyſſenburgum, Schvvartzenbornium, Aurbachium, Goldberga, Sneberga, Zvvieca, Pleyſtadium, Cinſtadium, Fridberga*, & multa alia.

Sunt præterea infinita, quæ in *itz* & *ig* exeunt; velut ſunt, *Legnitz, Parchvvitz, Polkvvitz, Lubſchitz, Oſterlitz, Auſpitz, Trebitz, Boherlitz, Gorlitz, Oſchitz, Kemnitz*; Leipzig / Leiſʒnig / &c. Hæc Sclavica puto.

Iſta

Iſta locorum vocabula in eum uſum congeſſi: ut noſtris Germanis darem occaſionem, argumentum & judicium, ſingulorum locorum originem & nomenclaturam inveſtigandi, addivinandique: hoc enim ad illuſtrationem Germaniæ plurimum conferet.

Ne cæmentorum quidem apud illos, aut tegularum uſus. Materiâ ad omnia utuntur informi, & citra ſpeciem aut delectationem. Quædam loca diligentiùs illinunt, terrâ ita purâ & ſplendente; ut picturam & lineamenta colorum imitetur. Solent & ſubterraneos ſpecus aperire: eosq; multo inſuper fimo onerant; ſuffugium hyemi, & receptaculum frugibus: quia rigorem frigorũ ejusmodi locis molliunt. & ſi quando hoſtis advenit, aperta populatur: abdita autem & defoſſa, aut ignorantur; aut eo ipſo fallunt, quòd quærenda ſunt.

Cæmenta, à cædendo dicta, ſunt cæſi lapides parvi, apti ad ædificandum; & omnis rudior materia, quâ ædificia conſurgunt: Speyß / morter vnd kalck. Livius: *Nec erat*

Locorum appellationes circa fontes & flumina.

In Born: Padenborn/ Breytenborn/ Schwartzenborn/ Erlisborn/ Steickborn/ Hakenborn.

A Beurn: Kauffbeurn/Onebeurn/ Itebeurn/ Plawbeurn/Torrenbeurn.

A Bach/ quod Rivum denotat, cognominata ſunt: Schwabach/ Onoltzbach/ Culmbach/ Butzbach/ Prubach/ Wittelsbach/ Erlenbach/ Sultzbach/ Gengebach/ Steinbach/Moßbach.

A Furt vel Fort/id eſt, Vado aut trajecto: Erdfurt/ Querfurt/ Schweinfurt/ Ochſenfurt/Franckfurt/Haßfurt/ Amersfurt/Treffurt/Staßfurt/Saßfurt/Diethfurt.

A Bruck/ quod Pontem ſignificat: Insbruck/Zweybruck/ Sarbruck/ Hersbruck.

A Werd: ita parvam inſulam & terram inter amnes ſitam, ac ſalicetum appellant Germani: Donawerd/ Seinwerd/ Kayſerswerd/ Bolswerd/ Geyſelwerd/ Leuwerden/ Gravenwerd/ Schlackenwerd/ Werden/& Wertheim.

A See/ id eſt, lacu: Waldſee/Tegerſee/ Lorchſee/Weiſſenſee/Reichēſee/Vrſee/ Kochſee/Heymſee/Görſee/Zierichſee.

A Dam/ (id Aggerē denotat:) Roterdā/ Amſterdam/Schiddam/Leerdam/ Worckendam.

A Mund/

A Mund / quod Oram, oſtium & os fluminis ſignificat: Lechsgmünd / Angermund / Tangermund / Romund / Dortmund / Eremund / Orlemünd / Tramünde / Warnamünde / Absgmünd / Münde / & multæ urbes vulgò Gemünd appellatæ.

Ab Ort / (quomodo finem, exitum aut terminum, dicunt) ſunt: Angerhort / Ruhrort Arencort / Zuort.

A Wyck: Harderwyck / Grandswyck / Oſterwyck / Bardewyck / Brunſwyck / Schleswyck. Significat verò Wyck / ſinum aquarum: quem aliâs Golph / Salt / & Seekant / appellant Germani.

At quæ loca in campis ac planitie occupârunt, in Feld / Ried / Heyd / Wyſen / Reut / Grün / Anger / Weyſch / Weyd / Marck / Mayr / Hauß / Hof / Stadt / Dorff / Kirch / Münſter / Wyler / Flôr / terminantur. *Campeſtrium locorum vocabula.*

In Feld / id eſt, agrum ſeu campum: Rheinfeld / Küngsfeld / Blawfeld / Salfeld / Fürſtẽfeld / Mansfeld / Mayenfeld / Roſenfeld / Cosfeld / Piterfeld / Roſtifeld / Soldfelden.

In Ried / Heyd / Wyſen / Reut / Grün / Anger / Weyſch / Weyd: quomodo rus ac prata vocãt: Herried / Donawried / Diethmansried / Riedhauſen / Neikenried / Bekenried: Gabelheyd / Spondawerheyd / Hirßheyd /

Oberheyd/Cottenheyd/Heydenheim: Stattwyſen/Steinwyſen/Breitwyſen/Hallerwyſen/ Keyrwyſen: Angersreut/ Engelreut/ Ernreut/ Parreut: Leipoltzgrün/ Geroltzgrün: Wolffsanger/ Steinanger/ Dürranger: Weyſchenfeld/ Weyſchdorff/ Mitweyd.

In Marck/quod emporium & limitem ſignificat: ut Newmarck/ Altmarck/ Reißmarck/Feldmarck. Indè etiam Dännmarck/ Steyrmarck/ Wyndiſchmarck.

A Meyr/ quod agrum & agricolam notat: Weinmeyr/ Wilmeyr/ Wyßmeyr/ Kobmeyr.

In Hauß/hoc eſt, domum: Schafhauſen/ Sangerhauſen/ Mülhauſen/ Gelnhauſen/ Nordhauſen/ Witzenhauſen/ Recklinghauſen/ Wildehauſen/ Tanhauſen/ Anhauſen/ Drechshauſẽ/ Sumerhauſẽ/ Winterhauſen.

Ab Hof; ſic curiam nominant: Vilshofen/ Königshofen/ Oſterhofen/ Almanshofen/Geylnhofen.

In Stadt; ita urbem dicunt: Halberſtadt/ Carlſtadt/Hochſtadt/Eychſtadt/Ingolſtadt/ Alteſtadt/Newſtadt/ Sletſtadt/ Darmſtadt/ Arnſtadt.

In Dorff; ſic vicum ruſticanũ ab egeſtate appellant: Jegerndorff/ Wydersdorff/ Mendorff/ Sumersdorff/ Altdorff/ Deckendorff/ Warendorff/

Wartendorff / Pfullendorff / Indersdorff / Schorndorff.

A Kirch / quod ſignificat templum : Feldkirch / Newkirch / Auffkirch / Pfarrkirch / Lentzkirch / Luykirch / Partenkirch / Waldkirch.

In Münſter / quod à monaſterio deductũ eſt ; Salmünſter / Nynmünſter / Maßmünſter / Münſterberg / Münſterhauſen / Altenmünſter / Newmünſter.

In Wyler / (id vocabuli à Villâ derivatum puto) Rotwyl / Watwyl / Halwyl / Bebenwyler / Almanswyler / Neuwyler / Rapeswyler.

In Flör / quod ſimiliter agrum ſignificat, quoque reperias locorum vocabula.

Quæ verò in ſaltibus & nemoribus jacent oppida viciq́ue, aut propè ſylvas ; exeunt in wald / holtz / forſt / buch / rode / hagen / buſch / & aw. *Sylveſtrium locorum nomina.*

In Wald / hoc eſt, nemus : Gripeswald / Fürſtenwald / Friewald / Schlackenwald / Liechtenwald / Grünewald / Buchwald / Oberwalden / Underwalden / Mittẽwald / Eybenswald / Reichswald / Sidwald.

In Holtz / quomodo ſylvam lignumq́ue nominant : Welffholtz / Crantzholtz / Buchholtz / Holtzhauſen / Holtzheim / Holſaten.

Digitized by Google

In Forſt/id eſt, ſaltum: Baylenforſt.

A Buch/ quod & fagum, & faginetũ denotat: Hagenbuch/Rotenbuch/Schönbuch/Grevenbuch/ Entlibuch.

In Rode/ ſic arboretum appellant: Mimynrode/Oſtenrode/Gerenrode/Seulenrod/Münchsrod/Wallerod/Leonrode/Biſchoffsrode/Wermingenrod/Chriſtenrode/ Wolfferod/Dattenrod/Hutzenrod/Gunsrod/Weilgenrode.

In Hagen/ita dumetum vocant: Grevenhagen/Zigenhagen/Coppenhagen/ Wolffshagen/Freyhagen.

A Buſch/ id quoque dumum ſeu rubum ſignificat: Hertzogbuſch/Gadebuſch/ Buſcherthal.

Ab Aw/quod vocabulum Germanis tempe, locum paſuum & convallem notat, qualia loca intra ſylvas, valles ac amnes viſuntur: Rheinaw/ Reichenaw/ Wildnaw/ Geraw/ Landaw/ Stockaw/ Stockeraw/ Burgaw/ Naſſaw/Liechtenaw/Hirſaw/Dachaw.

Vocabula locorũ in montanis. Verùm in montanis, loca admodum frequenter in Berg/Bühel/Rain/Burg/Eck/ Fürſt/Hut/Stein/Fels/Kling/Steyg/ terminantur.

In Berg/ hoc eſt, montem: Nürenberg/ Babenberg / Schneeberg / Schreckenberg/ Leuch-

Leuchtenberg/Liechtenberg/Gyſſenberg/Für-ſtenberg/ Freyberg/Fridberg/Wittenberg/Wirtẽberg/Ortenberg/Heydelberg/Königs-berg/Hennenberg/Schwanberg.

In Burg/quod ſignificat caſtrum: Bran-denburg/ Lüneburg/ Habsburg/Lymburg/Freyburg/Jlenburg/ Mariẽburg/ Aldẽburg/Rotenburg: qualia multa dedimus, quum de *Aſciburgio* ſcriberemus.

In Eck/ quod extremitatem & angulum ſignificat, ac de fluminibus quoqueuſurpa-tur: Lübeck/Lobeck/Arneck/Albeck/Wageck/Geroltseck/ Heideck/Schwabeck/Vilseck/Mureck/Rhyneck/Loneck/Waldeck.

A Fürſt/quod culmen notat: Schillings-fürſt/rc.

In Hut/ ita cuſtodiam vocant: Landshut/Waldshut.

In Stein/id eſt, lapidẽ: Holſtein/ Staf-felſtein/ Kopffſtein/ Kuffſtein/ Hawenſtein/Gibichenſtein/ Ludwigsſtein/ Hohenſtein/Epſtein/ Blanckenſtein/Traunſtein/ Helf-fenſtein/Thierſtein.

In Fels/quod petram denotat: ut Liechten-fels/ Weiſſenfels/Rheinfels/ Wallenfels/Trachenfels/Ernfels/ Wildenfels/ Falcken-fels.

Digitized by Google

A Kling/quomodo clivum vocant: Kaltenkling/Klingnaw/Klingenberg.

A Steyg; ita ſimiliter clivum,& præcipitem montis deſcenſum appellant: ut Wyſenſteyg/Altenſteyg/Niderſteyg.

In Bühel/id tumulũ denotat: Dünckelsbühel/Kutzbühel/Schnellebühel.

In Reyn/collem terreſtrem dicunt: Lechsreyn.

Appellationes locorum in vallibus ſitorum.

Urbes viciq́ue in vallibus, aliquando in Thal/& Gart/deſinunt. Thal vallem ſignificat; unde ſũt Mergenthal/Murgẽthal/Roſenthal/Fridenthal/Greventhal/Grinithal/Jochimsthal/Amerthal/Engelthal.

In Gart/ quod hortus eſt: Studgart/Bremgart/Wyngartẽ/Chriſtgarten/Stargart/Sengart.

Aliquando etiam in Aw/ ut dixi, & in Gew.

Plurima præterea locorum vocabula, in Heym/quod patriam ſignificat,exeunt:ut Jngelheym / Zygenheym / Mundelheym / Pforzheim/Vorchheym/Wynsheym/Bappenheym / Heydenheym / Hildesheym / Oppenheym / Biſchoffsheym / & innumera alia.

Sunt quæ in Leben (convictum hoc indicat) deſinant: velut Jßleben / Aſcharsleben/

Gardile-

Gardileben/Gatterslebē/Jersleben/Amarsleben/Hardersleben.

Quædam in Horn/id eſt, cornu: ut Buchhorn/Romershorn/Weiſſenhorn/Hirßhorn/Kyfhorn.

Alia in Engen aut Jngen: ut Tübingen/Reutlingen/Eſſelingen/Laugingen/Gundelfingen/ Witteslingen/ Nördlingen / Dillingen / Villingen / Memmingen / Riedlingen; quæ à familiis plerunque nomenclaturam receperunt.

Sunt nonnulla in Ach exeuntia: quomodo Rufach/Schiltach/Aurach/Zwyfaltach/Andernach/Creutznach/Bacharach/Bulach/Schwartzach/Durlach/Gartach/Biberach/Altach/Cronach.

Quædam etiam in Loch: ut Heygerloch/Schwaderloch/Deberloch/Hasloch/Wurmloch/Wyſenloch/&c.

Sunt præter hæc plurima, quæ *à conditorib.* nomenclaturam receperunt: velut *Forum Tiberii, Auguſta, Agrippina, Hamburgum, Brunſvvigum, Croniburgum, Dorganum, Citica, Babenberga.* *A conditoribus ac populis.*

Alia *à populis*: ſicut à Suevis, *Suibiſſa, Sueynitium, Suabachium, Suevezele, Suevegheymium.* A Francis; Franckenſtein / Franckenberg/ *Francofurdia.* A Saxonibus; Saxen/

Saxenhuſium, Sachſenſteynium. Ab Tungris; Tungern. Ab Anglis, *Angeloſtadium.* Ab Tectoſagis ſeu Decumatibus; Tecf. A Cattis; Katzenelenbogen / *Cattuicus.* A Salingis; *Salingoſtadium.* A Cheruſcis ſeu Cervetiis, Cerbſt. A Batavis; *Battoburgũ.* A Langobardis; Barbey / Bardengaw / *Bardenvigum.* A Suarinis; *Suerinum* & *VVarinum*, &c.

A fluminibus. Alia à *fontibus* & *fluviis*: velut, *Odera, Niſſa, Spreberga, Emide, Fulda, Padaborna, Angermunda, Erlippum, Gouda, Schidamum, Roterdamum, Avelſpurgium, Dravamunda, Cocchera, Elſterberga, Traunſteynium, Enſium, Salaveldia, Igla, Ægra, Salza, Lutariburgum, Plauburnium, Nagolta, ſaxſtſeldia, Mundelheymiũ, Guntzburgum, Begniſia, Schvvartzaha.*

A ventis. Alia à *ventis*: ſicut *VVeſtheymium, VVeſtfeldia*; *Northuſium, Northeymium*; *Oſtheymium*, &c.

Ab eventu. Alia ab eventu: quomodo *Rotenburgum, VVeyſſenburgum, Schvvartzenbornium, Aurbachium, Goldberga, Sneberga, Zvvieca, Pleyſtadium, Cinſtadium, Fridberga*, & multa alia.

Sunt præterea infinita, quæ in *itz* & *ig* exeunt: velut ſunt, *Legnitz, Parchvvitz, Polkvvitz, Lubſchitz, Oſterlitz, Auſpitz, Trebitz, Boherlitz, Gorlitz, Oſchitz, Kemnitz*; Leipzig / Leiſznig / &c. Hæc Sclavica puto.

Iſta

Iſta locorum vocabula in eum uſum congeſſi: ut noſtris Germanis darem occaſionem, argumentum & judicium, ſingulorum locorum originem & nomenclaturam inveſtigandi, addivinandique: hoc enim ad illuſtrationem Germaniæ plurimum conferet.

Ne cæmentorum quidem apud illos, aut tegularum uſus. Materiâ ad omnia utuntur informi, & citra ſpeciem aut delectationem. Quædam loca diligentiùs illinunt, terrâ ita purâ & ſplendente; ut picturam & lineamenta colorum imitetur. Solent & ſubterraneos ſpecus aperire: eosq́ multo inſuper fimo onerant; ſuffugium hyemi, & receptaculum frugibus: quia rigorem frigorũ ejusmodi locis molliunt. & ſi quando hoſtis advenit, aperta populatur: abdita autem & defoſſa, aut ignorantur; aut eo ipſo fallunt, quòd quærenda ſunt.

Cæmenta, à cædendo dicta, ſunt cæſi lapides parvi, apti ad ædificandum; & omnis rudior materia, quâ ædificia conſurgunt: Speyß / mortter vnd kalck. Livius: *Nec erat*

difficile murum ſubruere: quòd cæmenta non calcê durata erant; ſed interlita luto. Hinc *Cæmentarii* dicuntur, ædificiorum, quæ ex lapidibus fiunt, ſtructores: quos aliqui *Fabros murarios* vocant. *Tegulæ* autem, à tegendo; quæ domos tegunt. Ex quibus aliæ dicuntur lapideæ, aliæ latericiæ, coctiles, mammatæ, quadratæ, marmoreæ, cruſtaceæ. Obſervandum verò, ipſius mundi rudimento, homines feros atque incultos, ante fruges incognitas, quernâ glande, fructibuſque, quos paſſim è terrâ natura produxerat, victitâſſe; & in ſpecubus habitâſſe, aut ſylvarum tecta incoluiſſe: verùm agreſti hoc victu poſito, cœperunt primùm alii tuguriola, de fronde arundinibuſque contexere; alii luto acerato, hirundinum inſtar, exſtruere loca, (Plinii ſunt lib. 7. cap. 56. hiſt. mundi) quæ cannulis temerè contecta ſubirent: mox induſtriores, ut eſt humanum ingeniũ ad nova excogitanda vel maximè promtum, non ſolùm caſulas; ſed ampliſſimas domos fundatas exſtruere cœperunt: & ex villis & pagis oppida formare, & muro cingere didicerunt: quæ hodie ſunt cultiſſima; tũ vallo, muro, atq; bellicis inſtrumentis inſtructiſſima. Ita Germania, Cornelii ætate, incultior fuerat noſtrâ. Et Maximinus Imperator, in

Habitatio veterum.

Germa-

Germaniam veniens, vicos eorũ reperit tantùm terrâ lùtoque compactos; teſte Herodiano. Nunc à proximis ſeculis, marmore, quadris, lapidibus & coctilibus, tegulis, lateribus, omnia ſurgunt ædificia: eſtque planè nova Germaniæ facies.

Subterraneos ſpecus,) Videtur loqui de hypogæis, id eſt, cellis ſubterraneis; in quibus majores noſtri hybernârunt; antequàm hypocauſtorum (quas *ſtubas* vocant) uſus ad nos pervenerit: quæ hodie tantùm conſervãdis frugibus, vino, potu, atque penu, deputatæ ſunt: *Cellaria* dicuntur. Conradus Celtis, libro Amorum 4. elegiâ 7. refert, ſe prope *Lubicam*, urbem maritimam Saxoniæ, in ſubterraneâ cellâ pernoctâſſe, his verbis:

Eſt mos, arctoo quo ſe Germania claudit
Æquore, quo rigidum temperet aula gelu;
Sub terrâ effoſſis facimus convivia cellis;
Quîs laridum crudum, farſaq́ cruda damus:
Cum ſtrumulo caſo, butyroq́ in pixide ſalſo,
Et Bacchum & Cereris pocula aquoſa damus.

Quomodo etiam in *Pomeraniâ* mos eſt. Hi ſpecus ſunt ſuffugium hyemi; *quæ eſt Germaniis longiſſima, æſtate brevi*: ut eſt apud Ta- *Hyems lógiſſima in Germaniâ.*

citum libro 2.annalium: & infrà, *Apud quos plurimum hyems occupat.* Idem Celtis *Lappones* memorat inhabitare ſpecus,ita canens:

Ultima concreti qui cernunt ſydera cœli,
Æſtatis veriſq; inopes,hyememq; perennem
Perpetuaſq; nives cœlo patiuntur inerti:
Inter quos memorant Lappones nomine dictos,
Qui vitam ſpecubus ducunt ſylviſq; nivoſis,
Venantes madros,& molles pelle ſabellos.

Pomponius Mela lib.2.eadem fermè de *Sarmatis* tradit. *Atque ob ſæva*, inquit, *hyemis, admodum aſſiduè demerſis in humum ſedibus,ſpecus aut ſuffoſſa habitant.*

Tegumen omnibus ſagum, fibulâ; aut, ſi deſit,ſpinâ conſertum. Cætera intecti, totos dies juxta focum atq; ignem agunt. Locupletiſſimi veſte diſtinguuntur: non fluitante,ſicut Sarmatæ ac Parthi;ſed ſtrictâ,& ſingulos artus exprimente. Gerunt & ferarum pelles,proximi ripæ negligenter;ulteriores exquiſitiùs, ut quibus nullus per commercia cultus. Eligunt feras, & detracta velamina ſpargunt maculis, pellibuſq; beluarum, quas exterior Oceanus, atque ignotum mare gignit. Nec

alius

alius fœminis, quàm viris habitus; niſi quòd fœminæ ſæpiùs lineis amictibus velantur, eosq́; purpurâ variant; partemq́; veſtitus ſuperioris in manicas non extendunt, nudæ brachia ac lacertos. Sed & proxima pars pectoris patet.

De veſtitu Germanorum, planè germano, ſimplici ac ruſticano, minimè fluitante, nec tam immoderatum precium referente, ut hæc habent tempora, quibus effuſiſſimus ſumtus in veſtes impenditur; narrat ſui temporis morem Cornelius. Adeò exſuit hæc natio priſtinam ſimplicitatem; ut videas infimos è plebe ſplendidiſſimis veſtibus, iisq; laxiſſimis, regibus magnisque heroib. quondam minimè indignis, incedere. Quid dicam? nihil videas hodie, quàm inanem ſumtum, ac ſumtuoſam omnium rerum luxuriem, moribus veterum Germanorum planè imparem; quorum tegumentum fuit *ſagum*. Pomponius Mela lib. 3. *Viris ſagis velantur, aut libris arborum: quámvis ſævâ hyeme, nandi non patientia tantùm illis; ſtudium etiam eſt.* Eſt verò *Sagum*, veſtis villo linóve groſſiore texta, & ad militiam apta. Indè *Sagulum*. Vulgus ein jack/ filtzmätel/ koß/ & huſeckt *Veſtitus Germanorum.*

appellat. Conradus Celtis libro 2. Amorum, elegiâ 9.

Rhenones fuerant, rimoſaq; ſubera veſtes;
Duraq; contexit corpora vile ſagum:
Qualis hyperboreo vivit nunc Sarmata cœlo,
Et quæ poſt Codanum ſunt tria regna ſinum.

At *Fibula* cingulum ſignificat, & ejus ornamentum, quo veſtes ſubligamus. Unde *fibulare*, cingere; & *diſſibulare*, diſcindere & fibulam reſolvere. Scribit Eginhartus, *Carolum Magnum* Rom. Imp. natione Francum Germanum, qui Germanici cultus erat retinentiſſimus, *feſtis diebus uſum fibulâ aureâ, ſagum aſtringente*. Fibula, ein frap/ſchloß.

Sarmatarum luxus in veſtibus. *Sicut Sarmatæ.*) *Sarmatæ*, Scythici populi, veſtibus effuſiſſimis atq; laxiſſimis utebâtur. De *Rhenonib.* quoq;, hoc eſt, de pellib. veſtes geſtabant. Lucanus libro 1. Pharſaliæ:

Et qui te laxis imitantur Sarmata bracchis,
Vangiones, Batavíq; truces. ——

Parthorũ luxus. *Parthi*) orientales populi, Perſis finitimi, primò veſte ſui moris utebantur: poſteaquam opes acceſsêre, luxuriæ materia, ut Medis, prelucida ac fluida, armorum patrius ac Scythicus mos. author Juſtinus libro 41.

Germani ſtrictâ veſte uſi. *Strictâ, & ſingulos artus exprimente.*) Ita

Ita Sidonius Apollinaris cultũ Francorũ deſcribit, in Panegyrico ad Jul. Val. Majorianũ:

Strictiùs aſſuta veſtes procera coërcent
Membra virûm; patet iis arctato tegmine poples,
Latus & anguſtam ſuſpendit balteus alvum.

Divus Julius, libro ſexto belli Gallici, de Germanis: *Pellibus, aut parvis rhenonum tegumentis utuntur, magnâ corporis parte nudâ.* Idem in quarto, de Suevis ſcribens: *Atq; in eam ſe conſuetudinem adduxerunt, ut locis frigidiſſimis, neque veſtitus, prater pelles habeant; quarum propter exiguitatem, magna eſt corporis pars aperta; & laventur in fluminibus.* Et Seneca libro primo de irâ: *QuidGermanis induratius ad omnem patientiam? & quibus magnâ ex parte, non tegumenta corporum; non ſuffragia adversùs perpetuum cœli rigorem.* Noſter quoque Cornelius, libro decimo octavo annalium: *Cohortes,* inquit, *Germanorum, cantu truci, & more patrio nudis corporibus, ſuper humeros ſcuta quatientes, ſubeunt contra Romanum exercitum.* *Germani nudi.*

Ripæ.) Intelligit Rhenum: is enim amnis Gallos à Germanis ſeparavit, & Romani Imperii limes erat: velut Cęſar libro quarto belli Gallici teſtatᷣ. *Pelles* autẽ, de quib. Tacitus loquitur, variæ, atq; diverſarũ beluarũ; ſunt *Pellibus pretioſis utitur Germania.*

phocarum, urſorum, luporum, ſabellorum, vulpium, ovium, &c. Quasdam ætas noſtra; *Zobellinas*, à ſabellis animantibus; *Lupartas* à leopardis; *Laſſatias*, *Hermelinas*, *Mardinas* vocat. has mittit Scandia, Gothia, Bothnia, (ſic à precioſis pellibus dicta) Sarmatia, Litvania, Moſcus, Ruthenus, Bildelappus, & Scytha. Conradus Celtis:

Venantes mardos, & molles pelle ſabellos.

Juſtinus libro 2. de Scythis: *Lanæ iis uſus ac veſtium ignotus: & quanquam continuis frigoribus utantur; pellibus tamen ferinis aut marinis veſtiuntur.*

Oceanus exterior) eſt Germanicum mare; aliâs & Sarmaticum atque Scythicum appellatum, velut infrà explicabitur: quod nullis Imperatoribus navigatum, aut claſſibus tẽtatum fuerat; quemadmodum etiam Strabo libro ſeptimo retulit, cujus verba haud ita procul ab initio commentarii adſcripſimus. & habet quædam Plinius lib. 16. cap. 2. naturalis hiſtoriæ. In eo mari *Scandia* ſita eſt; & adhabitant *Sarmatæ* ac *Scythæ*: unde quoque adferuntur pelles in Germaniam.

Quanquam ſevera illic matrimonia. Nec ullam morum partem magis laudaveris: nam propè ſoli Barbarorum ſingulis

uxoribus

uxoribus, contenti ſunt; exceptis admodũ paucis, qui nõ libidine, ſed ob nobilitatem, plurimis nuptiis ambiuntur. Dotem, non uxor marito; ſed uxori maritus offert. Interſunt parentes & propinqui, ac munera probant: munera non ad delicias muliebres quæſita, nec quibus nova nupta comatur; ſed boves, & frenatum equum, & ſcutum cum frameâ gladioq́;. In hæc munera uxor accipitur: atque invicem ipſa armorum aliquid viro affert. hoc maximum vinculum, hæc arcana ſacra, hos conjugales deos arbitrantur. Ne ſe mulier extra virtutum cogitationes, extraq́; bellorũ caſus putet: ipſis incipientis matrimonii auſpiciis admonetur, venire ſe laborũ periculorumq́; ſociam; idẽ in pace, idem in prælio paſſurã auſuramq́;. hoc juncti boves, hoc paratus equus, hoc data arma denuntiant. Sic vivendum; ſic pereundum: accipere ſe, quæ liberis inviolata ac digna reddat; quæ nurus accipiant, rurſusq́; ad nepotes referant. Ergo ſeptâ pudicitiâ agunt; nullis ſpectaculorum illecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptæ.

Germanorum conjugia. *Germanorum conjugia* à moribus commendat: quòd inſunt huic vinculo, quæ à pietate minimè abſunt. Deus namq; ab initio maſculum & fœminam condidit, & indiſſolubili vinculo conjunxit; mulierem in viri adjutorium. Ideoque admonebantur nymphæ in ipſis ſponſalibus, ſe venire fortunæ periculorumque ſocias: mariti diſcrimen, fore uxoris quoque; mariti fœlicitatem atq; bona, utriſq; communia: hoc eſt, (ut ſacræ loquũtur literæ) duos in unâ carne coalituros; ne ſint porrò duo, diverſarumque partium, ſed una caro, ejuſdem voluntatis, fortunæ, periculi atque laboris.

Soli Barbarorum,) hoc eſt, peregrinorũ & extraneorum. Strabo libro 14. geographicorum arbitratur, ab initio confictо nomine eos *Barbaros* appellatos, qui difficulter, aſperè ac duriter loquerentur; quemadmodum blæſos, balboſq; dicimus. poſtea ad omnes translatũ eſt, qui non erant Græci aut Latini; quòd ii majorem linguam habeant, & magis cultam: quinetiam inter hos, ſi quis non rectè proferat, barbarè loqui dicitur. Indè ad mores quoq; metaphoricôs transſumptum eſt; ut Barbarus pro fero, craſſo & indocto, uſurpetur. Poſt Chriſtum paſſum, *Barbari* cenſebantur; quibus nec Græci, nec

Latini

Latini aut Hebræi nomen concedebatur. Hodie in Barbaricum nomen abierunt, qui Chriſtianam fidẽ non profitentur; nec Romanũ Imperatorem agnoſcunt. Vocat ergo Tacitus *Germanos barbaros*, extraneos, peregrinæ linguæ, & Romano imperio nondum audientes: in eo tamen cõmendabiles, quòd *ſingulis uxoribus contenti ſint*. Nam *Numidæ, Mauri, Ægyptii, Indi, Hebræi, Perſæ, Garamantes, Parthi, Taxili, Naſamones, Thraces*, atque penè omnes Barbari, ſinguli pro opib. quiſque quàmplurimas uxores, alii denas, alii plures habebant. *Scythæ* atque *Agathyrſi, Scoti, Britanni, Attici*, promiſcuè uxores & liberos, ex Platonis republicâ, communes habere, & more pecudum laſcivire ſolebant. *Maſſagetæ*, ſinguli unam ducebant uxorem: ſed eâ communiter utebantur. Apud *Arabes*, qui felicem incolunt Arabiam, conſuetudo erat; ut una omnibus conſanguineis uxor eſſet. Sic ſunt diverſarum gentium diverſa matrimonia: quędam potiùs libidines, adulteria, atque ſcortationes dixero. *Germani* autem proximè ad legẽ naturæ accedunt; qui ſingulis uxoribus contenti ſunt: nemo illorum plures accipit, velut aliorum barbarorum gentes: quiſq; ſuam ad rogum ſervat; quâ defunctâ licet alteram ducere.

Germani ſingulis uxoribus contenti.

Diverſarum gentium diverſa connubia.

Pauci nobilium pluribus ambiuntur nuptiis,) inquit Cornelius. ſicut de Arioviſto Germanorum rege, Cæſar, libro primo commentariorum belli Gallici, memorat; quòd duas habuerit uxores: Suevam unam, alteram Noricam.

De dote Germanorum veterum, Helius Eobanus Heſſus, poëta præcipui nominis, admirandæ eruditionis & humanitatis, aliquando ſic luſit:

Dos veterum Germanorum.

Dos erat huic ſonipes, duris bellator in armis;
Et pecus, & triſtis jugera pauca ſoli.
Scilicet, arma etiam noſtris placuiſſe puellis:
Teſtis es at noſtrâ clade ſuperbe Mari.
His neq; degeneri muliebris inertia luxu,
Improba nec cura forma Venúsve fuit.

Sic Conradus Celtis, lib. 2. Amorũ, elegiâ 9.

Mos erat, uxori caſtum ſervâſſe cubile;
Ut framea & ſonipes conſtitit ante fores.
Tunc firmus juvenis, robuſtam corpore prolem
Suſtulit, & matris paſtus ab uberibus.

Dii nuptiales.

Hos conjugales deos.) Romani Jovem adultum, Junonem, Venerem, Dianã, Thalaſſium, (qui Hymenæus eſt Græcis) Subigum, Virginenſem, Jugatinum, Domiducum, conjugales deos coluerunt: quemadmodum

modum copioſè Auguſtinus, libro 6. de civitate Dei, cap. 9. prodit.

Extra bellorum caſus.) Refert Plato, ex Lycurgi ſententiâ; quòd fœminæ in armis ſe cum juvenibus debeant exercere, ut bello aptæ ſint: quemadmodum fuêre *Amazones*, *Scythæ*, atque *Sarmaticæ* mulieres; de quibus Pompo. Mela libro 2. & 3. quæ ob id mammas inurebant, ne armorum impedirent tractationes. Et ſuprà retulimus, Germanorum fœminas cum viris in prælia egreſſas. Lactantius Firmianus, lib. 3. Inſtitutionum, cap. 22. de Platone poſt alia ſcribit: *Et quoniam videbat, in cæteris animalibus officia marium fœminarumq́, non eſſe diviſa; exiſtimavit oportere & mulieres militare, & conſiliis publicis intereſſe, magiſtratus gerere, & imperia ſuſcipere. Itaq; his arma & equos aſſignavit.* *Fœminæ armis exercitæ.*

Nullis ſpectaculorum illecebris.) Spectacula eſſe illecebrarum irritamenta, ex hoc perpenditur: quòd Scipio Naſica vetuerit apud Romanos, theatra atque orcheſtras extrui; ac ne ſcenici peragerentur ludi; ne corona aſtantium malis exemplis coinquinaretur. Otium enim, vinum, ac theatrum, excitant atque fovent Venerem, omniſq́ue generis mala: & ſinè Cerere & Baccho friget *Spectacula & convivia illecebra malorum.*

Venus. velut apertis verbis declarat Ovid. lib. 2. de amorum remedio:

Vina parant animos Veneri, ſi plurima ſumas.

Et alibi:

Quaritur, Ægiſtus quare ſit factus adulter?
In promtu cauſa eſt: deſidioſus erat.
Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus,
Contemtaq; jacent & ſine luce faces.

Spectacula moribus noxia, probat etiam Cœlius Rhodiginus, antiquarum lectionū lib. 5. cap. 7. Quantum verò irritent convivia, obſcurum non eſt.

Literarum ſecreta, viri pariter ac fœminæ ignorant.

Literarū imperitia apud veteres Germanos.

Germania vetus, ſtudioſiſſima Martis cultrix, Palladem Muſaſque penitus ignoravit; literarum myſteria neſcivit; nec ullam honeſtarum diſciplinarum ſcholam, literarumq; ſtudium habuit; nulli exſtiterunt ingenuarum artiū periti, qui gentis noſtrę incunabula, incrementum, mores, ac res fortiter præclareq; geſtas, ad poſteritatē transmitterent. Hinc factum puto, ut Barbarorū nomen tulerint: quòd divinarum atq; profanarū literarū, legumq; cognitionē habuerint nullā: Ideò nulla vetus exſtat hiſtoria, ipſorumque Germanorum res adeò in Lethæum flumen ſub-

ſubmerſę ſunt: ut, niſi ipſa veritas atque conſcientia coëgiſſet Latinos & Græcos ſcriptores,invitos nonnunquam digredi,ad celebrandam Germanorũ virtutem ac laudem, & fatendam veritatem; nihil omninò memoriâ vel lectione dignum ſupereſſet. Fuerunt namq; plurimi, qui fortia atq; præclara facinora deſignarent:at,qui ea poſteris cõmendarent,nulli. Ipſaque Germanorum lingua admodum ſerò ſcribi cœpta eſt. Debemus igitur literarum imperitiæ, primordiorum, antiquitatum, rerumque memorabilium ignorantiam. Et quid adeò dignum de ipſis primis parentibus haberemus; ſi etiam Cornelii Taciti libros,ut Plinii Secundi viginti libros, invidiſſent nobis fata? Habent Græci, Hebræi, & Latini, ſuos annales, ab ipſis originibus: nos verò quid habemus, ab iis temporibus, quibus Muſæ adhuc extorres & ignotæ fuerant Germanis: Quantum enim lucis, gloriæ aut ſplendoris, Germaniæ cum literis acceſſerit; haud facilè quiſpiam explicaverit.

Æneas Sylvius affirmat, *ſub Adriano Imperatore*,id eſt, poſt natum Chriſtum CXXX. *civilem cultum cum literis accepiſſe Germaniam.* Ego cum religione Muſas immigrâſſe puto. Nam qui orthodoxam religionẽ plantârũt,

haud dubiè literas ſimul invexerunt, inſtitutis Scholis: ut per illas, ceu plantas & ſeminarium, ſuccreſceret pietas. Quo modo primitus ipſa *Monachorum cœnobia*, ac *Canonicorum collegia*, fuerunt *ſcholæ*: in quibus non alebantur ventres, fruges conſumere nati, & inutilia terræ onera; ſed pietatis atque bonarum literarum alumni ac diſcipuli. Hujus teſtes ſunt officiorum nomina; *Lector, Scholaſticus, Cantor*. Idipſum indicant pontificia decreta, 21. Diſtinct. c. Cleros. 12. Quæſtione 1. c. Neceſſaria. & in Decretalibus libro 5. cap. 1. de magiſtris. Ingreſſis igitur Muſis, Germania, poſitâ priore barbarie, cultior eſt reddita: & demonſtravit, ſe non modò viros ad arma promtos; ſed ad literas quoque, & omnes bonas diſciplinas, gignere. Nam abinde ſemper inclytos literarum alumnos ædidit: id quod abundè noſtra declarant tempora. Quæ enim regio unquam eruditis viris tam fœcunda fuit; quàm à proximo ſeculo fuit Germania? id quod teſtantur divina præclariſſimorum virorum ingenia, ac ipſorum monumenta: è quorum millibus, ſufficiat numeràſſe *Rupertum Tuiſcenſem*, *Nicolaum de Cusâ*, *Albertum Magnum Suevum*, *Rudolphũ Agricolam Friſium*, *Joannem Reuchlinum Suevum*, *Deſiderium Eraſmum Batavum*,

Cœnobia ac collegia fuerunt ſcholæ.

vum, Philippum Melanchthonem Suevum, Beatum Rhenanum Tribocum, Petrum Moſellanum Trevirenſem, Helium Eobanum Heſſum, Joachimum Vadianum Helvetium. Nulla eſt Germaniæ gens ac civitas, quæ non peritiſſimos genuerit viros; ac ſubindè proferat alatque. Sunt Theologi, Philoſophi, Juriſperiti, Medici, Oratores, Poëtæ, Mathematici; Græcarum Hebræarumq́; & omnium denique liberalium diſciplinarum profeſſores conſummatiſſimi: qui, æditis ingenii ſui monumentis, declaraverunt, Germaniam nõ modò bellicoſos viros gignere; ſed & induſtrios, prudentes, cordatos ac ingenioſos, togæ militiæque aptos: quorum omnium catalogum non pigeret attexere; niſi me cõſilium, & multitudo avocaret, & quòd alioqui ſint celebratiſſimi. De Scribis, Typographis, Pictoribus atque Architectis, quid attinet referre? cùm nemo non ſciat, hos penes nos acutiores, quàm usquam alibi. Denique quis ignorat, nos præclarè Muſas ornâſſe, & promoviſſe bona ſtudia, feliciſſimo illo, & omnibus ſeculis memorabili invento *Chalcographiæ?* quæ ad *Maguntiacum* Rheni, celebrem Germaniæ urbem, circa Dominicæ incarnationis annum M CCCC XL. Friderico tertio Imp. reperta eſt, à viro Ger- *Ars excuſoria à Germanis reperta.*

mano, *Joanne Fauſt.* Jacobus VVimphelingius conſtanter affirmat, *Argentorati*, à *Joanne Gutenberg*, excuſoriam artem primùm invẽtam. Alii *Joannem Mentel* inventorem ſcribunt. Quâ arte mirè promota ſunt bona ingenia; quæ aliâs in deſcribendis authoribus longâ fatigatione fuiſſent impedita. Huic invento ſucceſſit barbariei proſcriptio: excuſis bonis authoribus, mundities Latinę linguę intravit: mox Græcę ac Hebrææ literæ cœperunt florere, & ſinceriter eruditi emerſêre. Linguarum peritiam, ſolida Theologia ſecuta eſt. Puriùs enim nunc loquitur Theologus, Medicus & Juriſperitus, quàm unquã apud Germanos: ut ii, quibus aliquando eramus barbari, nunc prę nobis potiùs ſint barbari dicendi. Adde inſuper ſedecim celeberrima ingenuarum artium *Gymnaſia* (vulgò *Univerſitates* appellant) ab ipſis Imperatoribus Auguſtis, & ſummis Pontificibus, eximiis conſecrata privilegiis atque ſtipendiis: quæ ad præcipuos Germanię amnes, in amœniſſimo loco, ac florentiſſimis urbibus, ſita ſunt, ipſa numerare non piget. Ad Rhenum; *Baſilea*, Rauricorum; *Maguntiacum*, Francorum metropolis: & *Colonia Aprippina*, Ubiorum civitas. Supra Danubii caput, ad Martianum nemus, eſt *Friburgum Briſigaviæ.* Inferiùs

Gymnaſia literarum penes Germanos.

riùs in Bojis *Angelostadium* eſt, ad ripam Danubii: deinde *Vienna Auſtriæ.* Ad Nicrum, (vulgò Neccarum) eſt *Tubinga* atq; *Heydelberga.* Ad Albim; *Praga* Boëmiæ, & *VVittenberga* ſuperioris Saxoniæ. Haud procul ab illâ, ad Eliſtrum ac Pliſim, in terrâ Miſnenſi, *Lipſia*: & in Toringis, ad Geram amnem & Hercyniam ſylvam, *Hercynofordia.* Ad Oderā in Marchiâ, *Francofordia.* In Saxoniâ inferiore, ad Germanici maris litora, ſunt; *Roſtochium & Gripesvvaldum.* In Brabantiâ, *Lovaniū,* Quæ in quovis diſciplinarū genere peritiſſimos, cōſummatiſſimosq; generant viros. Sūt prętereà in ſingulis civitatibus *Scholæ*: quib⁹ præſunt eruditione & morū gravitate admirabiles, ac ſuſpiciendi ſcholaſticę juventutis moderatores; qui ingenia perpetuâ exercent ſedulitate, donec rudes puerorū animi formentur, & paulatim ad meliora ſtudia grandeſcant. Ideoq; nunc, *nec viri nec fœminæ literarum ſecreta ignorant*; ſed feliciter didicerunt & ſtudioſiùs docent liberos.

Pauciſſima in tam numerosâ gente adulteria: quorum pœna præſens, & maritis permiſſa. Acciſis crinibus nudatā corā

propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit: publicatæ enim pudicitiæ nulla venia; non formâ, non ætate, non opibus, maritum invenerit. Nemo enim illic vitia ridet; nec, corrumpere & corrumpi, ſeculum vocatur. Meliùs quidem adhuc eæ civitates, in quibus tantùm virgines nubunt; & cum ſpe votoq́ uxoris ſemel tranſigitur. Sic unum accipiunt maritum; quo modo unum corpus, unamq́ vitam: ne ulla cogitatio ultrà, ne longior cupiditas, ne tanquam maritum; ſed tanquam matrimonium ament. Numerum liberorum finire, aut quemquam ex agnatis necare, flagitiũ habetur. Plúsque ibi boni mores valent; quàm alibi bonæ leges.

Adulterium rarùm penès veteres Germanos.

Rari penès priſcos Germanos *mœchi* fuerunt; pauciores *adulteræ*: nempe in quas ſeveriùs animadvertebatur, & qui hoc vinculum ſanctiùs colebant. ſicut quoque Helius Eobanus Heſſus aliquando ſcripſit:

Nulla maritantes novêre cubilia mœchos;
Firma pudicitiæ lex muliebris erat.

Sed heu Jupiter, quæ ſcelera hodie non ſuppullu-

pullulant, radiceſq́; altiùs ingerunt! quę non hydra ſuccreſcit! Jam virtus langueſcere cœpit: flagitia laudari, probitatem proſcribi, & omnia peſſum ire cernimus. Remiſſiùs nunc cum adulteris agitur, quàm priſcâ ætate. *Viris conceſſa erat pœna in mœchas; ejectam domo, verberibuſq́; cæſam, repudiabat maritus:* quasdam occiſas ſcimus. Parthi etiam, referente Juſtino libro 41. nec ulla delicta adulteriis graviùs vindicaverunt. Adulterii pœnam apud Romanos, ex Catonis oratione, recitat Aulus Gell. libro 10. noct. Att. cap. 23. quòd fuerit jus marito, *uxorem, in adulterio deprahenſam, impunè necare.* Porphyrius in commentariis in Horatium ſcribit, morem fuiſſe, *fœminas, adulterii admiſſi convictas, cogi togâ indutas in publicum procedere.* quorſum reſpexit Martialis:

Coccina famoſæ donabat janthina mœchæ:
Vis dare quæ meruit munera? mitte togam.

Ludovicus Cœlius, libro 11. cap. 82. antiquarum lectionum, annotavit: *Lepreos, quos deprahenderint adulterantes, triduo vinctos per civitatem ducere; mox toto vitæ tempore contemtibiles habere.* quod mulieribus itidem fiebat: niſi quòd *hæ diebus undecim in foro ſtare cogantur, diſcinctæ, & tunicâ circumveſtitæ pellucidâ.*

Habes de ejuſdem ſceleris pœnâ, apud eundem Cœlium libro 11. cap. 79. antiquit.

Publicatæ pudicitiæ nulla venia.) Tantâ ſeveritate abominantur adulteriũ: ut mœchæ repudiatæ, nullam deinceps veniam mereantur; nec formæ elegantiâ, ætate, opibusque, ſecundas inveniant nuptias: contemtæ ſeneſcant. *Bonifacius* archiepiſcopus Magũtinus, aliâs *VVunnefridus* dictus, in epiſtolâ ad Edoardum Anglorum Principem, ſcribit: *in antiquâ Saxoniâ, ubi nulla ſit Chriſti cognitio, ſi virgo in paternâ domo ſtuprata, vel matrona fuerit adulterio polluta, ſtrangulatam illam cremari: & ſupra ſepulcri foveam ſuſpendi violatorem, aut cingulo tenus veſtibus reciſis flagellari; caſtis matronis oppidatim pungentibus, donec interimant.*

Nemo enim illic vitia ridet.) Id eſt, connivendo probat, vel excuſat: nemo arridet, applaudit, & blanditur vitiis. Annotavit in hunc locum terſiſſimus Cornelii noſtri vindex, Beatus Rhenanus, hæc verba: *Quantò ſanctiores fuère nobis ethnici! Nam quotusquisq; hodie vel vitia non ridet? vel quantumvis enormibus flagitiis non prætexit illud; Sic ſeculum eſt? Si quis aliena matrimonia contaminantem, aut puellis illudentem, damnet: ſtatim audit; Sic*

Vitia ridentur.

ſeculum

ſeculum eſt. Si bonus vir peſſimam iſtam potandi conſuetudinem reprahendat: mox audit qui excuſet, quòd ſic hodie ſeculum ſit. Si quis improbat morem, quo juvenes in militiam temerè proficiſcuntur, ad nullum non ſcelus patrandum erudiendi: huic mox dicetur; Sic ſeculum eſt. Si quis miretur Sacerdotum in parandis Prabendis inſatiabilitatem: audit; Sic ſeculum eſt. Si quis immodicum mortalium ſtudium in parandis divitiis, quæſtum illicitum, atque contractuum iniquitatem deteſtatur: huic tanquàm neſcienti allegabitur; Sic nunc ſeculum eſt. In ſummâ, nullis non erratis, nequitiis, criminibus obtendimus; Sic ſeculum eſt. Diſſimiles igitur majoribus noſtris, vitia ridemus, nobisq; blandimur, & corrumpentes & corrupti, decipientes alios ac circumſcribentes, culpam in ſeculum rejicimus. Codex alter habebat, *vocantur.* Hæc Beatus. Plato de legibus 2. eleganter indicat, quomodo fallat contagium; Eraſmo interprete. *Utrùm probabile*, inquit, *an potius neceſſarium hoc ipſum eſſe? quòd cùm quis cum pravis hominum improborum moribus conflictatur, non odit, ſed gaudet magis approbans; quanquàm veluti per jocum reprehendit, ſomnians ſuam ipſius malitiam: tunc profectò neceſſe eſt, ut ſimilis evadat gaudens, utriscunque gaudeat.* Seneca, de irâ libro 3. *Sumuntur à converſantibus mores.* Contagio mundi.

Et ut quadã in contactis corpore vitia transſiliunt; ita animus mala ſua proximis tradit. Ebrioſus, convictores in amorem vini traxit. Impudicorum cœtus fortemq́, & , ſi liceat, virum emollit. Avaritia in proximos virus ſuum transtulit. Eadem è diverſo ratio virtutum eſt, ut omne, quod ſecum habent, mitigent. Nec tam valetudini profuit utilis regio, & ſalubrius cœlum; quàm animis parùm firmis, in turbâ meliorum verſari. Quæ res quantum poſſit, intelliges; ſi videris, feras quoque convictu noſtro manſueſcere: nulliq́, immani beſtiæ vim ſuam permanere, ſi hominis contubernium diu paſſa eſt. Quâ de re multa congeſſit Eraſmus in Chiliadibus, in proverbiis: *Si juxta claudum habites, ſubclaudicare diſces.* &, *Corrumpũt mores bonos colloquia prava.* &, *Oſcitante uno, deinde oſcitat & alter.*

Meliùs quidem adhuc eæ civitates.) Valerius Maximus, capite de inſtitutis antiquis, libro 2. *Quæ uno contentæ matrimonio fuerant, coronâ pudicitiæ honorabantur. Exiſtimabant enim, eum præcipuè matronæ ſincerâ fide incorruptum eſſe animum, qui, poſt depoſitæ virginitatis cubile, in publicum egredi neſciret: multorum matrimoniorum experientiam, quaſi legitimæ cujusdam intemperantiæ ſignum eſſe credentes.* Et Lactantius Firmianus, libro 4. cap. 3. *Matrimonium dici non poteſt, ubi mulier viros mul-*

Mulier uno marito contenta laudatur.

tos

tos habet; ſed hæc aut meretrix, aut adultera nominabitur: à quâ enim pudor, caſtitas, fides abeſt; virtute careat neceſſe eſt.

Tranſigitur) ſupple, matrimonium. Virgines, ubi ſemel nupſerint, maritusq; occubuerit, non adeunt ſecundas nuptias; uno matrimonio & marito contentæ: ne potiùs videantur libidinis gratiâ maritos quærere; quàm conjugii ſanctitatem.

Numerum filiorum finire.) Flagitium erat, finire, hoc eſt, definire & ſtatuere numerum liberorum; quot liberos ex uxore ſis ſuſcepturus: quaſi in tuâ ſitum ſit poteſtate, plures vel pauciores gignere, & præter definitum numerũ nolis ulteriùs prolem. Turpe habebatur, ſi filii minus liberorum haberent, nec ſobolis numero majores æquarent. Tantiſper procreandis liberis operam dant, donec natura fatigata ſuâ ſponte defierit. Eobanus Heſſus:

Mutuus in prolem cõmiſcuit ardor habendam:
Hanc quoq; legitimam eſt eſſe petita fides.

Plúsque ibi boni mores valent; quàm alibi bonæ leges.) Preclara veterum Germanorum commendatio, à morum ſanctitate, ac vitæ innocentiâ. Pervicax enim gens, multis legibus cohibenda eſt: at juſti nullâ

Germanorum laus à bonis moribus.

egent lege; nec ſani medico. Apud Romanos, Græcos,& Aſiæ populos, bonæ ſancitæ ſunt leges:ſed quæ parum valuerunt:plus autem boni mores valuerũt penes Germanos. Poſtmodum & iis degenerantibus, ex malis moribus natæ ſunt bonæ leges: quarum hodie numerum haud facilè collegeris.

In omni domo nudi ac ſordidi, in hos artus, in hæc corpora, quæ miramur, excreſcunt. Sua quemque mater uberibus alit: nec ancillis ac nutricibus delegantur. Dominum ac ſervum nullis educationis deliciis dignoſcas. Inter eadem pecora in eâdem humo degunt:donec ætas ſeparet ingenuos, virtus agnoſcat. Sera juvenum Venus; eoq; inexhauſta pubertas: nec virgines feſtinantur. eadem juventa, ſimilis proceritas, pares validæq; miſcentur: ac robora parentum liberi referunt.

De educatione Germanorum minimè exquiſitâ, ſplendidâ atq; delicatâ, admiratur Cornelius, quòd in hęc corpora excreſcant:cùm aliarum gentium liberi, magnâ curâ & diligentiâ, cibis etiam delicatioribus, alantur à teneris annis, ut grandeſcant; nec tamẽ iſtam corpo-

corporum magnitudinem poſſint aſſequi, quam Germani, citra hâc educandi diligentiam, planè germano ac ruſtico alimento conſequantur. Julius namq; Cęſar, libro Cõmentariorum belli Gallici 1. ſcribit; *Germanos incredibili corporum magnitudine eſſe.* Similiter Strabo in 7. refert *Germanos corporibus proceros.* & Joſephus belli Judaici libro 2. cap. 16. in oratione Agrippæ ad Judæos: *Quis veſtrûm*, inquit, *non audivit multitudinem Germanorum? virtutes quoq; & magnitudinem corporum ſæpe vidiſtis.* Pomponius Mela, libro 3. *Qui habitant, immanes ſunt animis & corporibus.* Suprà etiam Tacitus dixit: *Omnibus truces & cærulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora, & tantum ad impetum valida.*

Germani magnis corporibus.

Sua quemq; mater.) Conradus Celtis, libro 2. Amorum, elegiâ 9.

Lactantis nemo nutricis nomina novit,
Quæ prolem cogit degenerare ſatam.

Solæ potentiores & Principum reginæ, nutricibus delegant infantes lactandos hodie: germanâ ac maternâ educatione planè rejectâ, fœtum, adulterino lacti aſſuetum, ab avitâ virtute degenerare cogunt.

Inter eadẽ pecora.) Rei pecuariæ omnino deditifuerũt veteres Germani; quemadmo-

Germani pecuaria dediti.

Digitized by Google

dum ſuprà Cornelius & noſtra commentaria retulerunt: & Cæſar libro 4. belli Gallici ſimul ſcribit; *Maximam*, inquiens, *partem lacte atq; pecore vivunt: multumq; ſunt in venationibus.*

Secura juvenum Venus; eoq; inexhauſta pubertas.) Nam vires exhaurit Venus, id quod Virgilius Maro oſtendit his verbis:

Libido vires exhaurit.

Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore:
Uno namq; modo vina Venusq; nocent.
Ut Venus enervat vires: ſic copia vini,
Et tentat greſſus, debilitatq; pedes.

Sera Germanorum Venus.

Tantus verò pudicitiæ honos fuit Germanis; ut, ante vigeſimum annum fœminæ notitiam habuiſſe, in turpiſſimis haberent rebus, author C. Julius Cęſar, libr. 6. belli Gallici. Hinc Conradus Celtis, libro 2. elegiâ 9.

Corpore maturo tunc nupſit maſcula virgo,
Quattuor ut luſtris vita peracta fuit.
Colloquium caſtum juvenis ſervabat in agris,
Robuſtoq; fuit corpore ſera Venus.
Sed nunc bis quinos ubi vix transegeris annos,
In Venerem & Bacchum docta puella ruit.

Sic Helius Eobanus Heſſus:

Nulla niſi evecta, niſi robur firma juventa
Virgo: nec imbelli nupſerat ulla viro.

Non fuerunt adeò cupiditatibus illiti, nec

viſu commovebantur. quod etiam *Poggius Florentinus, de balneo Badenſi* ſcribẽs ad Leonhartum Aretinum, de ſuis temporibus teſtatur. *Publica*, inquit, *duo ſunt balnea; ubi innuptæ puellæ, pueri quoque deſcendunt: ubi adoleſcentes & fœminas videre eſt omnibus, nates oſtentantes. Balnea verò domorum perpolita; ubi per feneſtras colloqui & potare licet. ſæpe fœminæ nudæ, nudo viro obviam ire: nulla inhoneſti ſuſpicio: maſculi campeſtribus; fœminæ linteis induuntur veſtibus, crurum tenus à latere ſciſſis. neque collum, neque brachia vel lacertos tegunt. Cernunt viri uxores tractari; cernunt alteri colloqui: eſt quidem ipſis ſolatium. nihil hîc commoventur, nihil admirantur: omnia bonâ mente fieri putant; neque ex his zelotypus eſt.* Hactenus Poggius. Qui ſi noviſſet, alicubi in Germaniâ nudos cum nudis, citra campeſtria & perizomata, lavari: magis admiratus fuiſſet Germanorum pudicitiam.

Pares validæq; miſcentur.) Prima familiaritatis conciliatio, ab ætatis æqualitate proficiſcitur: & pares cum paribus facilimè conjunguntur, juxta vetus proverbium. *Pares cum paribus miſcentur.*

Sororum filiis idem apud avunculum, qui apud patrem honor. Quidam ſan-

S

ctiorem arctioremq́ hunc nexum ſanguinis arbitrantur; & in accipiendis obſidibus magis exigunt: tanquam ii, & animum firmius, & domum latius teneant. Hæredes tamen ſucceſſoresq́ ſui cuiq́ liberi: & nullum teſtamentum. Si liberi non ſunt; proximus gradus in poſſeſſione, fratres, patrui, avunculi. Quantò plus propinquorum, quò major affinium numerus; tantò gratioſior ſenectus: nec ulla orbitatis precia.

De inſtituendis hæredibus, atq; ordinandis teſtamentis, ſunt hodie variæ leges & cōſuetudines, pro nationum Germanicarum varietate: eæ tamen magnâ ex parte in leges Imperatorias reſpiciunt. Exſtant etiam Jura Saxonica, (*Speculum Saxonum* inſcribuntur,) unde petat qui velit.

Sororum filiis,) id eſt, nepotibus. *Nepotes* enim fratrum & ſororum filii etiam dicūtur: ut dicimus, nepos ex fratre, ex ſorore. *Avunculus*, frater matris: Muter bruder/ ein Oehem/ oder Vetter. *Patruus*, patris frater: Vatters bruder/ & Oehem. *Propinqui*, ſunt cōſanguinei, qui ſanguine inter ſe cōnexi ſunt: Blutfreund. Quorum nomina ſunt: *Pater, avus, proavus, abavus, atavus, tritavus: Filius, nepos,*

nepos, pronepos, abnepos, atnepos, trinepos: *Mater, avia, proavia, abavia, atavia, tritavia: Filia, neptis, proneptis, abneptis, atneptis, trineptis: Frater, patruus, avunculus, amita, matertera; conſobrini, ſobrini, amitini, patrueles, matrueles, fratrueles.* *Affines* verò, ſunt viri & uxoris cognati: dicti ab eo, quòd duæ cognationes, quæ diverſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur; & altera ad alterius cognationis finem accedit. Ex *ad*, & *finis*: vulgò Magen; & *Affinitas*, Magſchafft/ oder Schwägerſchafft. Horum nomina ſunt: *Socer, ſocrus; gener, nurus; vitricus, noverca; privignus, privigna; levir, gloſ ſ lantrices, fratria.*

Nec ulla orbitatis precia.) *Orbi* propriè dicuntur, qui lumen oculorum amiſerunt: quaſi amiſſis orbibus, propter rotunditatem oculorum. Hinc metaphoricè *orbi* dicti, quicunque aliquâ re carâ privati ſunt: ut parentes liberis, quaſi oculis privati. Indè *orbatus*, id eſt, privatus: & *orbitas* ſive *orbitudo*, qualitas illa patrum poſt amiſſos liberos. Orbitas quoque orphanitatem, quam Græci ὀρφανίαν dicunt, ſignificat, parentis privationem atque carentiam. Tacitus pro liberorum carentiâ uſurpat. Orbi ſinè honorè ſunt; nullâ reverẽtiâ, precio & dignitate: nemo reveret orbos. at quib. sũt plurimi liberi,

magna conſanguineorum atque affiniũ turba & familia : ii magnum honorem ac reverentiam merentur. Ita ego Tacitum intelligo. At *Beatus Rhenanus* in hũc modũ interpretatur: *Apud Germanos non erant, qui ſenes orbos captarent:* quales multos Romæ fuiſſe, prodũt authores. Hi ſic ambiebant ac colebant eos, qui liberis caruiſſent; ut nihil eſſet tam ſervile, quod ſpe hæreditatis, aut legati potiundi, non paterentur. Unde de corruptis urbis Romæ moribus differens Ammianus Marcellinus, refert, *ſuo ſeculo vile exiſtimatum, quicquid extra urbis pomœrium natum fuiſſet; præter orbos & cœlibes: nec credi poſſe, quâ obſequiorum diverſitate colantur homines ſine liberis Romæ; ut his; qui patres ſunt, tanquam in capita mendicorum, acerbius cœlibes dominentur.* Captatorem notat in Paradoxis Cicero, quum inquit: *Quem nutum locupletis orbi ſenis non obſervat? loquitur ad voluntatem: quicquid denuntiatum ſit, facit: aſſentatur, aſſidet, miratur.* Indicat Auſonius Burdegalenſis, eum, cui non ſit hæres, captatoribus obnoxium exſiſtere; quum canit;

Germani non ſunt hæredipetæ, & teſtamentorum captatores.

Et captatoris præda eſt, hæredis egenus.

Plinius Junior, quadam ad Calviſium epiſtolâ, M. Regulum, tanquam impudentem ac ſcele-

ſceleratum captatorē, depingit; talium vulturum aſtutiam ſatis exprimens. Tacitus noſter, Annalium libro 14. de Pomponio Sylvano: *Valuitq́; pecunioſâ orbitate & ſenectâ; quam ultra eorum vitam produxit, quorum ambitu evaſerat.* Itaque Romæ erat aliquod orbitatis precium: cùm ſic colerentur ab hæredipetis orbi ſenes opulentique. Verùm integritas Germanorum neſcia fuci, nihil tale admittebat.

Suſcipere tam inimicitias, ſeu patris, ſeu propinqui; quàm amicitias, neceſſe eſt. Nec implacabiles durant. Luitur enim etiam homicidium, certo armentorum ac pecorum numero: recipitq́; ſatisfactionem univerſa domus, utiliter in publicum: quia perículoſiores ſunt inimicitiæ juxta libertatem.

Plinius libro 18. cap. 3. hiſtoriæ mundi: *Multatio quoque non niſi ovium boumq́; impendio dicebatur.* Idem libro 33. cap. 1. *Ex quâ conſuetudine, mulcta legum antiquarum pecore conſtat, etiam Romæ.* Ante auri argentique uſum, pecora ſolæ & gratiſſimæ Germanorum opes fuerant; ideoq; cædes armentis & *Mulcta veterũ Germanorum.*

pecorib. mulctabantur. Nunc ære vitã rediſmunt homicidæ, qui non capite plectuntur.

Vniverſa domus.) Id eſt, familia ac gens ejus, qui interemtus eſt, mulctam atq; ſatisfactionem recipit. Noſtrâ ætate, mulctę portio etiam Magiſtratui cedit.

Convictibus & hoſpitiis non alia gens effuſiùs indulget. Quemcunq; mortalium arcere tecto, nefas habetur. pro fortunâ quiſq; apparatis epulis excipit. Cùm defecêre, qui modò hoſpes fuerat, monſtrator hoſpitii & comes, proximam domum non invitati adeunt. nec intereſt: pari humanitate accipiuntur. Notum ignotumq;, quantum ad jus hoſpitis, nemo diſcernit. Abeunti, ſi quid popoſceris, concedere, moris: & poſcendi invicem eadem facilitas. Gaudent muneribus: ſed nec data imputant; nec acceptis obligantur. Victus inter hoſpites comis. Statim è ſomno, quem plerunq; in diem extrahunt, lavantur: ſæpiùs calidâ; ut apud quos plurimum hyems occupat. Lauti, cibum capiunt: ſeparatæ ſingulis ſedes, & ſua cuiq; mẽſa. Tum ad negotia, nec minùs ſæpe ad convivia, procedunt armati. Gen-

Gentium omnium Germani ſunt φιλοξενώτατοι, id eſt, hoſpitaliſſimi: nulla gens peregrinis tam præſens: nemo pauperibus benignior, egenis dexterior, laborantibus ac prorſus valetudine quacunq; conflictantib. propitior, omnibus miſericors: quorum fores ſemper patent hoſpitibus. quemadmodum Julius Cæſar, Commentariorum belli Gallici libro 6. quoque commemorat. *Germani*, inquit, *hoſpitem violare fas non putant, qui quâq; de cauſâ ad eos venerunt, ab injuriâ prohibent, ſanctos habent; iisq; omnium domus patent, victusq; communicatur.* Eandem virtutem etiam Pomponius Mela libro 3. prædicat: *Tantum hoſpitibus boni, miteſq; ſupplicibus.* Ab avitâ hac virtute necdum degeneravit Germania. *Germanorum commendatio ab hoſpitalitate.*

Vt apud quos plurimũ hyems occupat.) Germania ad Arcton poſita, Boreâ rigidiſſimo vento perflatur; ideoque frigidiſſima eſt, & aliis regionibus horridior. Sic ſuprà: *Frigora atq; inediam cœlo ſolóve aſſueverunt.* Et libro annalium 2. *apud Germanos brevem æſtatem, & præmaturam hyemem eſſe*, ſcribit. Similiter *rigore vicini ſeptentrionis horridiorem. Quantò enim violentior cætero mari Oceanus; & truculentiâ cœli præſtat Germania.* Taciti ſunt. Annæus Seneca Cordubenſis, *Germania frigida regio.*

libro I. de irâ: *Quid Germanis induratius ad omnem patientiam? & quibus magnâ ex parte non tegumenta corporum, non ſuffragia adverſus perpetuum cœli rigorem.*

Lauti, cibum capiunt.) Narrat Evangelica hiſtoria; *Phariſæos & omnes Judæos, niſi crebrò laverint manus, non cepiſſe cibum; tenentes inſtituta majorum, qui, niſi loti fuerint, non comederunt.* Balneorum & thermarum frequens eſt uſus noſtratibus; & è ſomno ſurgentes, manus & faciem abluunt. æſtate, in fluminibus, lacubus ac ſtagnis, lavant natantque Germani: poſt lavacrum, Baccho aut Cerere reficiuntur.

Balneorum & thermarũ uſus.

Sua cuique menſa.) Remanſit iſta conſuetudo maximè apud *Rheni accolas, Briſgovios, Martianæ & Hercyniæ ſylvæ habitatores*: ubi ſingulis ſingulæ patinæ ac fercula apponuntur. Et qui in gymnaſiis, *Tubingenſi* aut *Heydelbergenſi*, ſunt verſati, eundem morẽ viderunt.

Armati,) Suprà quoque dixit: *Nihil autem, neque publicæ, neque privatæ rei, niſi armati agunt.*

Armati ad convivia eunt Germani.

Diem noctemque continuare potando, nulli probrum. Crebræ, ut inter vinolentos, rixæ, raro cõvitiis; ſæpius cæde & vulneribus tranſiguntur. Sed & de reconciliandis invicem inimicis, & jungendis affinita-

xitatibus, & adſciſcendis Principibus, de pace deniq; ac bello, plerumq; in conviviis conſultant: tanquam nullo magis tempore, aut ad ſimplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incaleſcat. Gens non aſtuta, nec callida; aperit adhuc ſecreta pectoris, licentiâ joci. Ergo detecta, & nuda omnium mens, poſterâ die retractatur; & ſalva utriusq; temporis ratio eſt. Deliberant, dum fingere neſciunt: conſtituunt, dum errare non poſſunt.

Novam credidi, & noſtro primùm ſeculo enatam, nimiam illam prodigalitatem ac inebriandi frequentiam, quâ Germani dies noctesque potando transmittunt, mutuisque poculis exſiccandis certan: niſi Corn. Tacitus veterem conſuetudinem prodidiſſet. Ex Julio enim Cæſare edoctus ſum, prioribus temporibus frugales ſobriosque exſtitiſſe majores noſtros. hic namq; de Suevis ſcribens, libro commentariorum belli Gallici 4. Germanorum ſobrietatem commendans, inquit: *Vinum ad ſe importari non ſinunt; quòd eâ re ad laborem ferendum remolleſcere homines, atq; effœminari arbitrentur.* Ideoque Tacitũ de univerſis Germanis ſentire, haud facilè perſuadebor: qui illius ætate nec-dum *Potandi conſuetudo.*

libro I. de irâ: *Quid Germanis induratius ad omnem patientiam? & quibus magnâ ex parte non tegumenta corporum, non ſuffragia adversùs perpetuum cœli rigorem.*

Lauti, cibum capiunt.) Narrat Evangelica hiſtoria; *Phariſaos & omnes Judæos, niſi crebrò laverint manus, non cepiſſe cibum; tenentes inſtituta majorum, qui, niſi loti fuerint, non comederunt.* Balneorum & thermarum frequens eſt uſus noſtratibus; & è ſomno ſurgentes, manus & faciem abluunt. æſtate, in fluminibus, lacubus ac ſtagnis, lavant natantque Germani: poſt lavacrum, Baccho aut Cerere reficiuntur.

Balneorum & thermarũ uſus.

Sua cuique menſa.) Remanſit iſta conſuetudo maximè apud *Rheni accolas, Briſgovios, Martiana & Hercyniæ ſylvæ habitatores:* ubi ſingulis ſingulæ patinæ ac fercula apponuntur. Et qui in gymnaſiis, *Tubingenſi* aut *Heydelbergenſi*, ſunt verſati, eundem morē viderunt.

Armati.) Suprà quoque dixit: *Nihil autem, neque publicæ, neque privatæ rei, niſi armati agunt.*

Armati ad convivia eunt Germani.

Diem noctemque continuare potando, nulli probrum. Crebræ, ut inter vinolentos, rixæ, raro cōvitiis; ſæpiùs cæde & vulneribus tranſiguntur. Sed & de reconciliandis invicem inimicis, & jungendis affinita-

nitatibus, & adſciſcendis Principibus, de pace deniq; ac bello, plerumq; in conviviis conſultant: tanquam nullo magis tempore, aut ad ſimplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incaleſcat. Gens non aſtuta, nec callida; aperit adhuc ſecreta pectoris, licentiâ joci. Ergo detecta, & nuda omnium mens, poſterâ die retractatur; & ſalva utriusq; temporis ratio eſt. Deliberant, dum fingere neſciunt: conſtituunt, dum errare non poſſunt.

Potandi conſuetudo. Novam credidi, & noſtro primùm ſeculo enatam, nimiam illam prodigalitatem ac inebriandi frequentiam, quâ Germani dies noctesque potando transmittunt, mutuisque poculis exſiccandis certant: niſi Corn. Tacitus veterem conſuetudinem prodidiſſet. Ex Julio enim Cæſare edoctus ſum, prioribus temporibus frugales ſobriosque exſtitiſſe majores noſtros, hic namq; de Suevis ſcribens, libro commentariorum belli Gallici 4. Germanorum ſobrietatem commendans, inquit: *Vinum ad ſe importari non ſinunt; quòd eâ re ad laborem ferendum remolleſcere homines, atq; effœminari arbitrentur.* Ideoque Tacitũ de univerſis Germanis ſentire, haud facilè perſuadebor: qui illius ætate nec-dum

ullas plantaverant vineas; nec in mediterranea advexerant vina: etiamſi Rheno ppiores, à Gallis aut Rhętis nonnunquam vinũ fuerint mercati. Atq; hoc quoque conſtat proximo ſeculo multò plures vineas plantatas in Germaniâ, quàm prioribus ſeculis unquã fuerint. Deniq;, nec avi noſtri intemperantes adeò exſtiterunt: ut plurimos repereris, qui nullũ vinum guſtaverint; niſi communicaturi ſacroſanctę Euchariſtiæ, juxta ritum Chriſtianorum, aut in ſolennibus feſtivitatibus, quam rem etiam Heinrichus Bebelius, poëta excellens, commemoravit:

——Nec vinum guſtaverat ægra ſenectus.
Tunc pudor & probitas, jus, fas, pietasq; vigebat:
Tunc maturus erat fœtus robuſtaq; proles.

Inferiores Germani adhuc rariſſimè vinũ bibunt; quòd longiùs advehendum ſit. Oceano noſtro finitimi *Saxones, Marcomanni, Pomerani*, & illis vicini, intemperantiùs potant: & peſſimam ingurgitandi conſuetudinem, ad Herivones, & nos Iſtævones, transmittũt.

Crebræ, ut inter vinolentos, ſunt rixæ.)

Rixæ vinolentorum. Inter temulentos atque ebrios plerũq; ſunt concertationes, iræ, lites, rixæq;; ſicut ſacra teſtantur oracula, ab Hebręo Rege prolata: *Ubi væ, ubi ejulatus, ubi rixa, ubi querulatio, ubi vulnera ſinè merito, ubi rubor oculorum? tardantibus*

tibus apud vinum; venientibus ad evacuandum quicquid propinatur. Sic Sulmonenſis dixit vates:

———*Tunc pauper cornua ſumit.*

Scytharum & Thracum quoq; convivia, plerumq; tumultuoſa & ſanguinolenta fuerũt. Unde eſt *epiſcythizare*, avidè & intemperantiùs bibere, atq; inebriari: velut eruditiſſimè, ut omnia alia, enarrat Deſiderius Eraſmus Roterodamus, in adagiorum opere, Chil. 2. Cent. 3. Prov. 17. Et Ludovicus Cœli' Rhodiginus, lib. 14. cap. 60. & lib. 15. c. 33. antiquarũ lectionum. Hoc verò de *Germanis, qui Rheno propiores ſunt*, accipiendum. mox enim ſubdit: *Proximi ripæ, & vinum mercantur.* Sic annalium libro 1. de *Marſis: Ac ne pax quidem, niſi languida & ſoluta, inter temulentos.* Idem lib. 20. dicit, *Germanos longis epulis & vino ſopitos, clauſis foribus, igne injecto ab Ubiis crematos.* Alioqui legere malim, inquit, Beatus Rhenanus; *ut inter violentos*, nam inferiores Germani vino carebant. Et ædes & vulnera violentiam cõſequuntur. *Italus Cheruſcorũ Rex*, authore Tacito lib. 11. annalium, *rediens è Româ, ſæpius vinolentiam ac libidines uſurpavit.* Scribit idem noſter Cornelius lib. 1. *Germanico exploratores ſemel retuliſſe, contra*

Marſos pugnanti, eam noctem Germanis feſtā ac ſolennibus epulis ludicram fuiſſe.

Inter convivia conſultant.

Et jungēdis affinitatibus.) Inter convivādum Germani de arduis & ſeriis rebus cōſultârunt: *de reconciliandis invicem inimicis; de jungendis affinitatibus*, quomodo filios filiasque conjugali copulent vinculo nuptias & affinitatem conficiant; *de Principibus eligendis; de pace* componendâ, *ac bello* inchoando, & id genus arduis rebus: *tanquam nullo magis tempore, aut ad ſimplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incaleſcat.*

Ebrietas quid enim non audet? operta recludit:
Spes jubet eſſe ratas; trahit atq; ad prælia inermē.

Unde & nata parœmia: *In vino veritas.* cujus expoſitionem pete ex Eraſmo, Chil.1. Cent. 7. adagio 17. *Germanos* autem minimè ſubdolos, ſed ſimpliciſſimam gentem eſſe; longâ experientiâ doctus, Conradus Celtis teſtatur, inquiens:

Germani ſimplices.

Et veri juſtiq; tenax, mens conſona labris,
Ficta coloratæ vitat mendacia linguæ.

Et alius quidam Germanus poeta: *Fraude autem vacant homines, & inſidias ignorant.* Eraſmus præterea Roterodamus, in ſuis ſcholiis in Hieronymum, exponens, *germanum* eſſe, quod Græci γνήσιον appellant, hoc eſt genuinum; cujus contrarium ſit νόθον, hoc eſt, adulte-

adulterinum: *Nec*, inquit, *abſurdum ſit, Germanorum gentem hinc appellatam videri: quos ſi cum reliquis conferas nationibus, minimum fuci; plurimum antiquæ ſinceritatis ac fidei, & ruſticanæ (ut dici ſolet) veritatis obtinent.* Inſuper Friſiorum legati, Romæ in Pompeji theatro, imperante Nerone, exclamârunt: *Nullos mortalium armis aut fide ante Germanos eſſe*: velut noſter Tacitus lib. 13. annalium refert.

Licentiâ, id eſt, permiſſione, *joci.*) & in bonam & malam partem accipi, annotavit Beatus Rhenanus. Nunc quoque liberiùs in compotationibus loquuntur Germani: & ſi quis duriùs accipiat, in jocum trahunt: jocatus ſum, joco dixi, pro joco accipiendum.

Deliberant.) Id eſt, inter pocula, quando mens aperta & detecta eſt, & diſſimulare neſciunt, conſultant atq; ſtatuunt, quid agendum ſit. quemadmodum etiam noſtrates dicunt: *Super hac re id noctis indormiam*: quo ſignificamus, cogitandum & expendendum conſilium, utrùm è re noſtrâ ſit. Hujus monetæ eſt vetus diverbium: *In nocte conſilium.*

Conſtituunt verò, poſt habitam deliberationem, & examinatam cauſam: hoc eſt, definiunt & decernunt ſobrii, *dum errare non poſſunt.*

Potui humor ex ordeo aut frumento, in quandam ſimilitudinem vini corruptus. Proximi ripæ, & vinum mercantur. Cibi ſimplices: agreſtia poma, recens fera, aut lac concretum. Sine apparatu, ſine blandimentis expellunt famem. Adversus ſitim non eadem temperantia. Si indulſeris ebrietati, ſuggerendo quantum concupiſcunt: haud minus facile vitiis, quàm armis vincentur.

Cerevisiam coquere Oſiris docuit.

Joannes Annius Viterbienſis, lib. 15. ſuper Beroſum, indicat, ex ſententia Diodori Siculi; *Oſiridem docuiſſe potum conficere ex ordeo & herbis, ubi non naſcantur vites*: quem *zythum*, nos *cereviſiam* vocamus. De quo Diodorus Siculus lib. 6. Hodie lupulum quoq; ordeo atq; frumento miſcent, & potũ indè coquũt: quo non minùs inebriantur potores, atq; vini hauſtores. Unde Plinius naturalis hiſt. lib. 14. cap. ultimo, exclamat: *Heu mira vitiorum ſolertia! inventum eſt, quemadmodum aqua quoque inebriaret.* Porrò *eum Oſiridem, cum Iſide uxore, ad Gambrivium Germanorum regem veniſſe, eumq; cereviſiam coquere docuiſſe*: idem narrat Viterbienſis. Et Conradus Peutinger, in ſermonibus cõvivalibus, repetit. Hoc

Cereviſia inebriat.

an

an verum ſit, apud nullum veterem adhuc legi: fides ſit penès authorem. Sub Hercynio jugo, in Nariſcis, *Egra* urbs regni Boëmici jacet; ab alluente flumine, quod è Pinifero monte lapſum, Albim onerat, appellata. hæc longè optimum ex melle conficit potũ: Latini *mulſum* & *mellatium*; imperiti *medonem* vocant. hic avidũ potorem quoque inebriat. *Egra urbs mellatio insignis.*

Proximi ripæ, videlicet Rheni; Iſtævones, *mercantur vinum.*) De Germaniæ vineis ac vitibus jam-pridem multa.

Cibi ſimplices.) C. Julius Cęſar, lib. 4. belli Gallici: *Suevi maximam partem lacte atq; pecore vivunt.* Idem lib. 6. *Major pars eorum victus in lacte, caſeo, carneq; conſiſtit.* & Pomponius Mela, lib. 3. *Victu ita aſperi, incultiq; ; ut crudâ etiam carne veſcantur, aut recenti.* Plinius lib. 18. cap. 17. *Germani avenæ pulte vivunt.* Panegyricus ad Conſtantini filium: *Trucem Francum, ferinâ ſolâ carne diſtentum, qui vitam pro victus ſui vilitate contemnat, quanta molis ſuperare vel capere!* & Conradus Celtis, libro 2. Amorum, elegiâ 9. *Victus Germanorum.*

Arborei fœtus, & agreſtia munera caules,
Et rapum teneris faucibus eſca fuit:
Pars hominũ glandes, placidos pars maxima fruges,
Et Cererem fiſtâ non niſi lance dabant.

Tunc laridum crudum fumoſâ in crate repoſtum,
Et lac concretum ſplendida cœna fuit.
Nullus Germanis crevit tunc Bacchus in oris,
Sed potus madidâ fruge beatus erat:
Ille dabat vires, ſolidos & corpore nervos,
Ebriaq; ex humulo ſemina pauca tulit.
Tunc puls ingentes implevit craſſa patellas,
Quam circum conjunx, & numeroſa domus.

Idem quarto Amorum, elegiâ ſeptimâ, refert; *Saxonibus ad Cimbricam Cherſoneſum habitantibus, cibum eſſe crudum lardum, cruda farſa, ſtrumulum, & ſalſum butyrum. Salitos halecas & incoctos*, non modò maritimi *Vigevones*; ſed etiam mediterranei *Herivones* edunt. *Lacte, butyro, caſeo*, nihil eſt vulgarius. Nec ſcio, an alii crudâ carne veſcantur. Quantam nunc culinę artem atq; ſtudium adhibeant, non eſt operę precium narrare: nimiùm ſtudent luxui.

Adversùs ſitim non eadem temperātia.) Suprà retulit, *Germanos impatientes ſitis æſtusq;*. Ideoque ſi indulgeas ſitibundis, & obſequentem exhibeas compotorem; non difficiliùs ebrietate, quàm armis vinces.

Genus ſpectaculorum unum, atq; in omni cœtu idem. Nudi juvenes, quibus id ludicrum eſt, inter gladios ſe atq; infeſtas

frameas

frameas ſaltu jaciunt. Exercitatio artem paravit; ars decorũ, non in quæſtũ tamen, aut mercedem; quámvis audacis laſciviæ precium eſt, voluptas ſpectantium.

Manet exercitationis hujus priſtinę veſtigiũ in urbib⁹. ſolent namq; juvenes inter ſtrictos ſaltare enſes; digladiari frameis, geſis, gladiolis, lãceis, in gladiatorio gymnaſio: exercẽt ſe palæſtrâ, curſu, luctâ, choreis, ſaltatione, pilâ, diſco, pyramide, haſtis, eqs, fundâ, bombardâ, baliſtis, arcubus; ut ab otio & inhoneſtiorib⁹ ſtudiis abſtrahãtur. Plautus, de antiquâ puerorũ inſtitutione loquens: *Ante ſolẽ*, inquit, *exorientem niſi in palæſtrã veneras gymnaſii, profectò haud mediocreis pœnas penderes: ibi curſu, luctando, haſtâ, diſco, pugilatu, ſaliendo, ſeſe exercitabant magis, quàm ſcorto.* Et ſubditititius Eunuchus apud Terentium, *à palæſtrâ, luctâ, & muſicâ*, commendatur.

Frequentes palæſtræ, gymnaſia & theatra, in Germaniâ.

Voluptas ſpectantiũ.) Adoleſcentes adeò honoris, & glorię laudiſq; cupiditate flagrãt: ut ex iſto ludicro, audaciq; gladiatorũ munere, nullã aliam quęrant mercedem; niſi ut voluptati ſint ſpectatoribus: placere ſtudẽt. Nunc ex eo theatro etiam lucrum quærunt. unde varios ludos & ſpectacula exhibent; maximè dum *Bacchanalia* & *Larvalia* inſtant,

Ludos ac ſpectacula edunt.

quæ *Carniſprivium* vocant. Libro 13. annalium, *de Friſiis* ſcribens, *nullis ludicris oblectatos* ſcribit *Germanos*.

Aleam (quod mirere) ſobrii inter ſeria exercent: tantâ lucrandi perdendíve temeritate; ut, cùm omnia defecerunt, extremo ac noviſſimo jactu, de libertate ac de corpore contendant. Victus, voluntariã ſervitutem adit. Quámvis junior, quámvis robuſtior, alligari ſe ac venire patitur. Ea eſt in re pravâ pervicacia: ipſi fidẽ vocant. Servos conditionis hujus per cõmercia tradũt; ut ſe quoq; pudore victoriæ exſolvant. Cæteris ſervis, non in noſtrũ morem deſcriptis per familiam miniſteriis, utuntur. Suã quiſq; ſedem, ſuos penates regit. Frumenti modũ dominus, aut pecoris, aut veſtis, ut colono injungit: & ſervus hactenus paret. Cætera domus officia, uxor ac liberi exſequuntur. Verberare ſervum, ac vinculis & opere coërcere, rarũ. Occidere ſolent, non diſciplinâ & ſeveritate; ſed impetu & irá, ut inimicum: niſi quòd impuné. Liberti non multũ ſupra ſervos ſunt;

rarò

verò aliquod momentũ in domo, nunquam in civitate: exceptis dũtaxat iis gentibus, quæ regnantur. Ibi enim & ſuper ingenuos, & ſuper nobiles aſſcendunt. Apud cæteros, impares libertini libertatis argumentum ſunt.

Rectè *aleam* dixit: ſiquidem Alea omnem ludum ſignificat, qui in fortunæ varietate conſiſtit: ſive is ſit latrunculorum, teſſerarũ, talorum, aut chartularũ, cujus hodie frequẽs eſt uſus, quo proceres & plebeji colludunt. Unde eſt *aleam jácere*, id eſt, fortunam experiri. Suetonius Tranquillus, in Julii Cæſaris vitâ, cap. 32. prodit; *Cæſarem ad Rubiconẽ flumen, qui Italiam à Galliâ diſterminat, viſo oſtento, dixiſſe: Eamus, quò deorum oſtenta, & inimicorum iniquitas vocat: jacta eſto alea.* Plato *humanam vitam*, teſte Plutarcho, *ſimilem eſſe dixit alearũ ludo: in quo & jácere oporteat accommoda; & iis, quæ ceciderunt, rectè uti.* Quid cadat, id fortunę in manu eſt: diſtribuere verò rectè, quę fortè ceciderunt, id in nobis ſitum eſt. Quam collationẽ imitatus fuiſſe videtur Terentius in Adel. qui dixit; *Vitã hominũ perinde eſſe, quaſi cùm ludas teſſeris: ut, quod jactu non cecidit, id arte ut corrigas.* Si plura deſideras, Eraſmi parœmiarũ Chiliadas adi, quę te plura docebunt. *Alea* itaq;, pro teſſerario ludo uſurpatur.

Vita humana alearum ludo ſimilis.

quæ *Carniſprivium* vocant. Libro 13. annalium, *de Friſiis* ſcribens, *nullis ludicris oblectatos* ſcribit *Germanos*.

Aleam (quod mirere) ſobrii inter ſeria exercent: tantâ lucrandi perdendíve temeritate; ut, cùm omnia defecerunt, extremo ac noviſſimo jactu, de libertate ac de corpore contendant. Victus, voluntariã ſervitutem adit. Quámvis junior, quámvis robuſtior, alligari ſe ac vænire patitur. Ea eſt in re pravâ pervicacia: ipſi fidẽ vocant. Servos conditionis hujus per cõmercia tradũt; ut ſe quoq; pudore victoriæ exſolvant. Cæteris ſervis, non in noſtrũ morem deſcriptis per familiam miniſteriis, utuntur. Suã quisq; ſedem, ſuos penates regit. Frumenti modũ dominus, aut pecoris, aut veſtis, ut colono injungit: & ſervus hactenus paret. Cætera domus officia, uxor ac liberi exſequuntur. Verberare ſervum, ac vinculis & opere coërcere, rarũ. Occidere ſolent, non diſciplinâ & ſeveritate; ſed impetu & irá, ut inimicum: niſi quòd impuné. Liberti non multũ ſupra ſervos ſunt;

varò aliquod momentũ in domo, nunquam in civitate: exceptis dũtaxat iis gentibus, quæ regnantur. Ibi enim & ſuper ingenuos, & ſuper nobiles aſſcendunt. Apud cæteros, impares libertini libertatis argumentum ſunt.

Rectè *aleam* dixit: ſiquidem Alea omnem ludum ſignificat, qui in fortunæ varietate conſiſtit: ſive is ſit latrunculorum, teſſerarũ, talorum, aut chartularũ, cujus hodie frequẽs eſt uſus, quo proceres & plebeji colludunt. Unde eſt *aleam jácere*, id eſt, fortunam experiri. Suetonius Tranquillus, in Julii Cæſaris vitâ, cap. 32. prodit; *Cæſarem ad Rubiconẽ flumen, qui Italiam à Galliâ diſterminat, viſo oſtento, dixiſſe: Eamus, quò deorum oſtenta, & inimicorum iniquitas vocat: jacta eſto alea.* Plato *humanam vitam*, teſte Plutarcho, *ſimilem eſſe dixit alearũ ludo: in quo & jácere oporteat accommoda; & iis, quæ ceciderunt, rectè uti.* Quid cadat, id fortunę in manu eſt: diſtribuere verò rectè, quę fortè ceciderunt, id in nobis ſitum eſt. Quam collationẽ imitatus fuiſſe videtur Terentius in Adel. qui dixit; *Vitã hominũ perinde eſſe, quaſi cùm ludas teſſeris: ut, quod jactu non cecidit, id arte ut corrigas.* Si plura deſideras, Eraſmi parœmiarũ Chiliadas adi, quę te plura docebunt. *Alea* itaq;, pro teſſerario ludo uſurpatur.

Vita humana alearum ludo ſimilis.

Servi uendebantur.

Vænire.) id eſt, vendere. *Servi* enim (ut Jureconſultus Pōponius, Digeſtis de verborum & rerum ſignificatione, inquit) ex eo ſunt appellati, quòd captivos vendi, Imperatores juberent; ac per hoc ſervare, nec occidere. Qui & *Mancipia* dicūntur: eò quòd ab hoſtibus manu caperentur. Servos porrò aut naſci, aut fieri, tradunt. Et naſci quidem ex ancillis noſtris. Fieri autem jure gentium, hoc eſt, ex captivitate: aut jure civili, cùm homo liber, major viginti annis, ad precium participandum, ſeſe venundari paſſus eſt. Plures Servorum ſpecies Ludovicus Rhodiginus congeſſit, lib. 13. antiquarum lectionum, cap. 47. 48. usque ad 54.

Pervicacia) animi obſtinatio, durities, contentio, & libido quomodocunque vincendi: *à pervincendo* dicta. Et *pervicax*, qui nulli cedit.

Per commercia tradunt.) Id eſt, permutant ſervos ludo acquiſitos, pro mercibus. Ipſi ſervos dant; & merces recipiunt. Significat namque *Commercium*, præter conſuetudinem, uſum & ſocietatem, etiam merciū permutationem: quæ priſcis Germanis, ut pridem retulimus, ſola in uſu fuerat. Et ſcribunt, Ariſtoteles in Politicis, ac Plinius hiſtoriæ

ſtoriæ mundi lib. 33. cap. 1. *commercia victus causâ fuiſſe reperta.* Reliquos ſervos, qui non aleâ, ſed bello aut civili jure parti ſunt, aut in ſervitute nati; agris, pecorique præficiunt, eorumque miniſterio minimè per familiam utuntur.

Noſtrum morem.) Id eſt, Romanum; ubi quisque ſervorum, uni ſoli domino ſervit domi, & præſcripta per familiam miniſteria atque officia curat.

Colono.) aratori, agricolæ; qui ſuum agrum colit, frugum tamen partem domino dat. Teutonicè ein Mayer appellatur. Quâ ſignificatione etiam apud Columellam lib. 1. accipitur: *Comiter agat dominus cum colonis, facilemq; ſe præbeat: avarius opus exigat, quàm penſiones.* Indè *Colonia*, quæ interdum agricolationis locum, aratorisque officinam & domicilium ſignificat. Et *Leges colonicæ.* Varro lib. 1. de re ruſticâ: *Atq; etiam leges colonicas tollit, in quibus ſcribimus: Colonus in agro ſurculario ne capras compaſcat.*

Et ſervus hactenus paret.) Servus aleâ acquiſitus; non natus, emtus, aut bello partus: eousque obtemperat, largitur domino frumenti, pecoris, aut veſtis modum atque penſionem; nec ultrà aſtringitur. nam *domus*

curam uxor ac liberi expediunt: quod ſuprà docuit; *Servus ſuam domum, non domini, curat*.

Liberti dicuntur, qui ex ſervitute manumiſſi, libertateq; ſunt donati: Freygelaſſene leuth. Suetonius in divo Claudio, cap. 24. *Ignarus, temporibus Appii, & deinceps aliquandiu, libertinos dictos, non ipſos qui manumitterentur; ſed ingenuos ex his procreatos.*

Ingenui ſunt, qui liberâ matre nati ſunt, nec poſtea ſervi facti.

Momentum.) hoc eſt, pondus, exiſtimationem. Rem nauci & vilem, nullius momenti ac precii dicimus.

Regnantur.) Id eſt, quæ ſuos habent Reges, atque imperia.

Libertatis ſtudioſi Germani.

Libertatis argumentum.) Nulla gens magis aſſerendæ libertati ſtuduit Germanis: velut paulò infrà fuſiùs declarabimus.

Fœnus agitare, & in uſuras extendere, ignotū: ideoq; magis ſervatur, quàm ſi vetitum eſſet. Agri, pro numero cultorum, ab univerſis per vices occupantur: quos mox inter ſe ſecundùm dignationem partiuntur. facilitatem partiendi, camporum ſpatia præſtant. Arva per annos mutant,

tant, & ſupereſt ager, nec enim cum ubertate & amplitudine ſoli labore contendunt; ut pomaria conſerant, & prata ſepiant, & hortos rigent. ſola terræ ſeges imperatur. Vnde annum quoq; ipſum non in totidem digerunt ſpecies. Hyems, & ver, & æſtas, intellectum ac vocabula habent: autumni perinde nomen, ac bona ignorantur.

Veteres Germani non agitârunt *uſuram:* minimè avari, fraudulenti ac ſubdoli. nudâ atq; ſimplici rerum permutatione utebantur: merces dabãt; merces recipiebãt: ſuâ ſorte contenti; utpote apud quos plus valebant boni mores, quã alibi bonę leges. Sic Conradus Celtis, lib. 2. Amorum, elegiâ 9. *Vſuram ignoraverunt Germani.*

Fœnus & uſuram nemo illo in tempore nôrat,
Dum patrio tantum ceſpite victus erat.

Vide verò, quantum à priſtinis & germanis moribus ſit diſceſſum. Quid enim nunc fœnore uſitatius? cui non ſtudium fraudandi proximum, prędandi alienum, circũveniendi vicinũ? adeò omniũ mentes avaritia obſedit. Fraus nusquam non regnat. Noſtri Mercatores, charybdes & harpyæ inexplebiles, quibusvis vulturibus rapaciores, ſunt præcipui fœneratores: qui ſuas merces plerumq; à

miſerâ plebeculâ mercãtur vili precio; quas urgente neceſſitate duplo coguntur redimere. Iſti expilant Germaniam. ad horum impoſturam connivent Principes: quia ſunt, juxta Prophetam, infideles, ſocii furum. Quosdã etiam Antiſtites hac notâ inſignes ſcimus. Quid multis? uſuris omnia patent: exactionum fraudumque nullus eſt finis. Faxit Deus, ut in priſtinum ſtatum temperantiæ, ſinceritatis, modeſtiæ ac rectitudinis, redeat Germania.

Agri mutantur,

Agri pro numero cultorum.) Cæſar lib. 4. belli Gallici: *Sed privati, ac ſeparati agri apud eos nihil eſt. Neq; longiùs anno remanere uno in loco, incolendi causâ, licet.* Et mox: *Publicè maximam putant eſſe laudem, quàm latiſſimè à ſuis finibus vacare agros: Hac re ſignificari, magnum numerum civitatum ſuam vim ſuſtinere non potuiſſe.*

Labore.) Alii codices habent, *laborare*: & mox; *Prata ſeparent.*

Vt pomaria conſerant.) quia frugiferarũ arborum impatiens fuerat Germania, necdum adeò exculta: ſicut ſuperiùs oſtenſum eſt. *Getas* incultam terram habere, Ovidius lib. I. de Ponto canit:

Orbis in extremi jaceo deſertus arenis,
Fert ubi perpetuas obruta terra nives.

Non

Non ager hic pomum, non dulces educat uvas,
Non ſalices ripâ, robora monte virent.
Néve fretum laudes terrâ magis; æquora ſemper
Ventorum rabie Solibus orba tument:
Quocunq; aſpicies, campi cultore carentes,
Vaſtaq; quæ nemo vendicet, arva jacent.

Vnde annum.) Germani antiquitus, rudi adhuc ſeculo, annum in tria tantùm tempora diviſerunt: in hyemem, ver, ac æſtatem. Autumnum, frugum parentem & largitorem, ignorârunt: nec hortos, vites, poma, pyra, aliosque fructus plantârunt; ſoli agriculturæ & pecuariæ dediti. Jam exculta terra vineas, hortos, & varia ædit ſemina: quemadmodum aliâs dixi. *Annus veterum Germanorum.*

Funerum nulla ambitio. Id ſolum obſervatur, ut corpora clarorum virorum certis lignis crementur. Struem rogi, nec veſtibus, nec odoribus cumulant. ſua cuique arma; quorundam igni & equus adjicitur. Sepulcrum ceſpes erigit. Monumẽtorum arduum & operoſum honorem, ut gravem defunctis, aſpernantur. Lamenta ac lacrymas citò, dolorem & triſti-

tiam tardè ponunt. Fœminis lugere honeſtum eſt: viris, meminiſſe.

Funerum ambitio & pompa.

Funera veterum Germanorum planè germanam teſtantur ſimplicitatem: quòd minimè ambitioſa habuerint, nec ullam ſepulturæ pompam, aut mauſoleorum ſplendorem quęſierint; ſed omnia ſimpliciſſimè egerint. Poſterior ætas, exſutâ hac ſimplicitate, alios induit mores. Quanta enim nūc ſit funerum ambitio, ſepulturæ ac ſepulcrorum pōpa atq; luxus, piget referre. Si Rex, ſi Princeps, ſi heros, ſi dives decedat: perſonāt campanæ, accurrit turba, ardēt funalia, adolētur thymiamata, fumant odores, muſſitant ſacrifici ac præficæ, perſtrepunt nęniæ, auditur fletus, apparatur mauſoleum, adhibentur aromata, eriguntur monumenta, omnia luxu redundant: ut ſileam, quæ Sacrificorum excogitavit avaritia. Cùm pauper moritur: vix ſandapilæ ac veſpillones apparent, qui curent cadaver, ac humo condant. Quælibet parochialis Eccleſia ſuum habet cœmiterium, intra muros ad ædem ſacram, aut extra mœnia: ubi defunctorum corpora, Chriſtiano ritu, ſepeliuntur. Principes ac Nobiles, in Monaſteriis plerunq; ſua habēt cōditoria.

Struem rogi.) Rogus lignorum ſtruem, atque

atque pyram ad cremanda cadavera, ſignificat. Satis enim perſpicuum eſt, defunctorum cadavera olim cremari ſolita: quemadmodum Virgilius 4. Æneidos, Plinius, & noſter Cornelius libro 21. annalium, ſcribunt. Plinii verba ſunt lib. 7. cap. 54. hiſtoriæ mundi: *Ipſum cremare, apud Romanos non fuit veteris inſtituti. Terrâ condebantur. At poſtquam longinquis bellis obrutos erui cognovêre, tunc inſtitutum. Et tamen multæ familiæ priſcos ſervavêre ritus: ſicut in Corneliâ domo nemo, ante Syllam dictatorem, traditur eſſe crematus: idq; eum voluiſſe, veritum talionem, eruto C. Marii cadavere.* *Cadavera cremabantur.*

Fœminis lugere.) Mulierum ſiquidem hoc ſemper fuit peculiare, ut lacrymas in promtu habeant; ut, cùm velint, præſtò ſit fœcundiſſimus lacrymarum fons: at manum vix vorteris, rurſus rident; tam citò ponunt ejulatum, quovis euripo inconſtantiores. *Fœminarum lacrymæ.*

Hæc in commune, de omnium Germanorum origine ac moribus accepimus. Nunc ſingularum gentium inſtituta, ritúsque, quatenus differant: quæ nationes è Germaniâ in Gallias cõmigraverint, expediam. Validiores olim Gallorum res,

fuiſſe, ſummus authorum divus Iulius tradit: eoq́ credibile eſt, etiam Gallos in Germaniam transgreſſos. Quantulum enim amnis obſtabat, quò minùs, ut quæq́ gens evaluerat, occuparet permutaretq́ ſedes, promiſcuas adhuc, & nullâ regnorum potentiâ diviſas?

Duæ olim cauſæ fuerunt, cur populi novas quærerent ſedes: una, ut melius atque uberius ſolum occuparent; altera, ut prægravante multitudine regio patria levaretur. *Eadem* (inquit Cerialis apud noſtrum Cornelium, libro 20. annalium, Treviros ac Lingonas Gallos alloquens) *ſemper cauſa Germanis tranſſcendendi in Gallias; libido atque avaritia, & mutandæ ſedis amor: ut, relictis paludib. & ſolitudinibus ſuis, fœcundiſſimum hoc ſolum, vosq́; ipſos poſſiderent.* Gallias igitur Germani invaſerunt, & ſibi ſubjicere paraverunt.

Germanorum in Gallias transmigratio.

Primique omnium in Galliam migrârunt *Cimbri*, *Teutoni*, ac *Tungri*: quod ſuis locis annotavimus. Cæſar libro 1. de bello Gallico, *Germanorum circiter millia 15. Rhenum tranſiſſe* ſcribit; *poſteaquam agros, & cultum, & copias Gallorum, homines feri ac barbari adamâſſent: traductos plures ad 100. & 20. millium numerum*

rum in Galliâ eſſe. Idem refert, *Arioviſtum, Germanorum regem, Harudum millia hominum viginti quatuor transportâſſe Rhenum, & in Celticam Galliam, circa Sequanorum ac Heduorum fines, locâſſe.* Mox narrat; *Germanos paulatim conſueſcere Rhenum tranſire, & in Galliam magnam eorum multitudinem venire.* Præterea *Arioviſtus*, in ſuo contra Gallos, & ipſum Cæſarem, exercitu, habuit *Harudes, Marcomannos, Tribocos, Vangiones, Nemetes, Seduſios* (ſeu potiùs *Sebuſios*) & *Suevos*. hæc primo commentario Cæſar. Idem libro 2. *Pleroſq; Belgas à Germanis ortos, Rhenumq; antiquitus traductos, propter loci fertilitatem ibi conſediſſe; Galloſq;, qui ea loca incolerent, expuliſſe.* Infrà, *Nervios, Atrebates, Ambianos, Morinos, Menapios, Calecos, Verocaſſes, Veromanduos, Catuacos, Condruſos, Eburones, Cæræſos, Pamaños*, qui uno nomine *Germani* appellarentur, *Rhenum transgreſſos in Galliam*, memorat. Præterea *Tribocos, Nemetes, Vangiones, Ubios, Tungros, Batavos, Betaſios, Sicambros, Semnones, Langobardos*: poſtremò *Burgundiones, Gothos, Francos, Alemannos*, in Galliam migrâſſe, veterum teſtantur hiſtoriæ. Denique *Auguſtus Cæſar*, referente Suetonio. cap. 21. vitæ ejus, *Germanos ultra Albim fluvium ſummovit*: ex quibus *Suevos* & *Sicambros*, dedentes tradu-

Arioviſti copia contra Cæſarem.

Belgæ à Germanis orti.

xit in Galliam; atque in proximis Rheno agris collocavit. Unde etiam Strabo libro 7. *Germaniæ portionem quandam ad Galliam traduxêre Romani.*

Franci in Galliam.

De *Francorum* in Galliam adventu & imperio, hîc referre libet; quæ ad patriæ commendationem cõducunt: ex Procopio Græco authore, qui Juſtiniani Cæſaris à libellis fuit, & eidem in omnibus bellis comes adhæſit. hic libro 3. de bello Gothorum, in hũc modum ſcripſit: *Galliarum partem, ſuæ quondam ditionis effectam, in hujus belli principio, Gothi Germanis tradiderunt: cùm minùs ſe poſſe exiſtimarent, Romanis ſimul ac Germanis reſiſtere. Id ſanè factum non ſolùm nil prorſus Romani interpellârunt; ſed ut Gallias ſibi Germani haberent, Juſtinianus ultrò permiſit. Non enim illi has tutò ſe poſſeſſuros rebantur, niſi & Imperator, ut ſuæ ditionis futuras perpetuò, confirmâſſet. Quo factum, ut ex eo tempore Principes Germanorum, Maſſiliam, Phocenſium quondam coloniam, & cætera circa id mare loca, tenuerint, totiusq; ejus oræ maritimæ potiti imperio ſint. Unde & Arelate nunc reſident, ad certaminis equeſtris ſpectaculum. Aureum numum è nativo Galliarum metallo hi cudunt: non Romani Imperatoris, ut cæteri ſolent, imagine; ſed ſuâ, impreſſâ. Perſarum ſiquidem Imperator, etſi ad arbitrium argenteum numiſma facit:*

Gothi Germanis tradiderunt Galliam.

facit; auro tamen non illi fas eſt ſuam ut indat effigiem; nec Barbarorum Princeps alius quiſquam, id facere auſit. Hactenus Procopius. cui Agathias, item Græcus author, aſtipulatur, libro I. de Gothorum bello, his verbis: *Francorum natio Italiæ proxima eſt, & terminis juncta. Veteres tamen hos eſſe Germanos, dixêre. quod utique ex eo ſat liquet: Nam circa Rhenum hi habitant, & huic propinquas incolunt partes, Galliarumq́; maximam poſſident partem: nõ propriam; ſed vi & in-poſterum occupatam. Habent præterea Maſſiliã urbem, Ionum olim coloniam. Hanc enim Phocenſes quondam, per Medos ſedibus ſuis abacti, incoluêre, Dario Idaſpis filio, Rege Perſarum regnante. nunc verò, græcâ ex urbe, reddita jam barbara eſt: nunc, patrio illo rejecto, & priſco vivendi modo, imperantium utitur inſtitutis. Tametſi hoc tempore videatur non admodum priſtinâ dignitate deſectior: nimirum cùm Germani haudquaquã ſint, ut plurimi Barbarorum, paſtores; ſed Romanorum politiâ, & aliis inſtitutis & multis utuntur: iiſdemq́; legib. vivunt; & cæteris item, ut in conventibus faciendis, & nuptiis medelisq́;, eadem ſtatuunt. Sunt quippe omnes hi Chriſtiani, & rectiſſimæ inter cæteros omnes opinionis. Habent præterea per civitates, antiſtites ſacerdotesq́;. Feſtos inſuper haud ſecùs, ac ipſi nos, peragunt dies. Et ſanè hi mihi, etſi cætera*

Germanorum laus.

barbari; moribus tamen videntur quàm optimè præditi, & maximum in modum civiles: nec quicquam habere, quod à nobis hos faciat alienos, præter veſtitus barbariem, & vocis innatæ ſonum linguæq́. Quos equidem, cùm ob eorum virtutes; tum ob in cæteros æquitatem, inter ſeq́ cōcordiam, mirum in modum admiratione ac laudibus proſequor & magnifacio. Hæc Agathias. De aliis Germanorum in Italiam, Hiſpaniam, Britanniam, Sarmatiam, Pannoniam, Daciam, aliasq́ue regiones, transmigrationibus, conſulendæ ſunt hiſtoriæ. nimis enim prolixum foret, hîc ſingulatim omnia repetere.

Divus Iulius tradit.) Verba Julii Cæſaris ſunt lib. 6. commentariorum belli Gallici: *Ac fuit antea tempus, cùm Germanos Galli virtute ſuperarent, & ultrò bella inferrent; ac propter hominum multitudinem, agriq́ inopiam, trans Rhenum colonias mitterent.* Et ſubdit paulò pòſt: *Nunc quòd in eâdem inopiâ, egeſtate, patientiâq́ Germani permanent, eodem victu & cultu corporis utuntur; Gallis autem propinquitas, & transmarinarum rerum notitia, multa ad copiam, atque uſus largitur: paulatim aſſuefacti ſuperari, multisq́ victi prælius, ne ſe quidem ipſi cum illis virtute comparant.* Porrò è *Gallis* in Germaniam transgreſſis, fuerunt *Celtæ, Tectoſages, Helvetii* ac *Boji. Celtarum* pars, duce *Sigoveſo,*

Galli ſuperiores Germanis.

Galli in Germaniam.

veſo, ingreſſa eſt in ſaltus Hercyniæ ſylvæ: Livio, ab urbe conditâ lib. 5. primæ decadis, authore. Beatus Rhenanus putat, *Andegavicam vallem*, quę in Hercynio ſaltu eſt, (Andegaſt vulgò dicta) in cujus extremo repertæ ſunt, patrum noſtrorũ ætate, thermæ, recentibus vulnerib. ſanandis mirũ in modũ conducibiles, ab *Andegavis*, Celtarũ populis, appellatam: Similiter *Volvaceſem* vallem, in Martianâ ſylvâ (Wolfacher thal) à *Belovacis*: ſic *Simonis nemus* à *Senonibus* Gallis.

Tectoſages autem, Narbonenſis Galliç populi, ea, quæ fertiliſſima ſunt Germaniæ loca, circùm Hercyniam ſylvam, occupârunt, atq; ibi conſederunt. Cæſar lib. 6. belli Galli. *Teccenſis arx*, (Teck) ultra Nicrũ amnem, ad *Kircheymium* oppidum, ſub ditione Ducis VVirtenbergenſis, nomen veteris populi retinet. Addit idem Beatus Rhenanus: *Albam* montem ad Hercynium ſaltum, ſibi videri à Gallis, ejus olim cultoribus, ſervâſſe appellationes: quòd Galli ſuâ linguâ montes vocent *Albas*. Indè quoque *Alpium* nomen ortum. Verùm quas ſedes *Helvetii* & *Boji* tenuerint, mox explicabitur. Hi populi transtulerunt Galliam in Germaniam: partim ſubmotis, partim occiſis habitatoribus. id quod divus Hieronymus, in epiſtolâ ad Gerontiam, his *Tectoſages in Germaniam.*

verbis clariſſimè teſtatur: *Rhemorũ urbs prapotens, Ambiani, Atrebatæ, extremiq́ hominum Morini, Tornacus, Nemetæ, Argentoratus, translati in Germaniam.* Hieronymo aſtipulatur Eutropius, lib. 6. rerum Romanarum, cap. 3. qui *Atrebates, Ambianos, Menapios, Calecos, Velocaſes, Veromanduos, Atuaticos, Conduenſes, Eburones, Cæraſos, Pæmanos*, uno nomine *Germanos* fuiſſe vocatos ſcribit.

Amnis,) Rhenus ſcilicet, vetus Germaniæ ab occaſu terminus, ſeparans hos à Gallis: ſicut in ejus deſcriptione ſignificavimus.

Igitur inter Hercyniam ſylvam, Rhenumq́ & Mœnim amnes, Helvetii; ulteriora Boji; Gallica utraque gens, tenuêre. Manet adhuc Bojemi nomen: ſignificatq́ loci veterem memoriam, quámvis mutatis cultoribus.

Hercynia ſylva deſcriptio.

Hercynia, Germaniæ ſylva eſt ampliſſima vaſtiſſimaque, & à quibusq; optimis authoribus celebrata. Julius enim Cæſar, lib. 6. de bello Gallico, de illâ in hunc modum ſcripſit: *Hercyniam ſylvam Eratoſtheni, & quibusdam Græcis, famâ notam eſſe video; quam illi Orcyniam appellant.* Et mox: *Hujus Hercyniæ ſylvæ, quæ*

quæ ſuprà demonſtrata eſt, latitudo, novem dierum iter expedito patet. non enim aliter finiri poteſt; neq; menſuras itinerum noverant. Oritur ab Helvetiorum ac Venetum & Rauracorum finibus, rectâq; fluminis Danubii regione, pertinet ad fines Dacorum, & Anartium: (Raymundus Marlianus *Avarũ* legit) *hinc ſe flectit ſiniſtrorſus, diverſis à flumine regionibus; multarumq; gentium fines, propter magnitudinem, attingit. Neque quiſquam eſt hujus Germaniæ, qui ſe aut vidiſſe, aut adiſſe ad initium ejus ſylvæ dicat, cùm dierum iter* LX. *proceſſerit; aut quo ex loco oriatur, acceperit. Multa in eâ genera ferarum naſci conſtat, quæ reliquis in locis viſa non ſint.* &c. Pomponius Mela, lib. 3. de Germaniâ: *Sylvarum*, inquit, *Hercynia, & aliquot ſunt quæ nomen habent: ſed illa dierum ſexaginta iter occupãs, ut major aliis; ita & notior.* Strabo lib. 7. *Hercynia ſylva, proceris frequens eſt arboribus; & munitiſſimis in locis ingentem admittens ambitum. In cujus medio ſita eſt ora, ad habitandum accõmoda.* Plinius libro 16. cap. 2. *In eâdem ſeptentrionali plagâ, Hercyniæ ſylvæ roborum vaſtitas, intacta & cõgenita mundo, propè immortali ſorte miracula excedit: ut alia omittantur fide caritura. Conſtat attolli colles, occurſantiũ inter ſe radicum repercuſſu. Aut ubi ſecuta tellus non ſit, arcus ad ramos uſque, & ipſos inter ſe rixantes, curvari, portarum*

patentium modo; ut turmas equitum tranſmittant. Scribit idem libro 10.cap.47. *In Hercynio Germaniæ ſaltu, inuſitata genera alitũ accepimus, quarum plumæ ignium modo colluceant noctibus.*

Hæc ſylva in Galliæ finibus, ab *Arduenâ* (quę priſcum ſervat nomen: cujus tamẽ portio *Eyſlia*, *Saonus*, & Leuchtinger wald vulgò dicitur) ſumit initium, & per univerſam evagatur Germaniam; multos ramos ac velut cornua de ſe ſpargens, eoque varia vocabula inveniens: quorum quædam hîc recenſebo. A *Friburgo Brigaviæ* oppido, ubi incipit, vulgò Schwartzwald/ id eſt, nigra ſylva appellatur: quæ Danubium ac Nicrum, inclyta flumina, effundit. Strabo libro 4. *Primum eſt horum trans Rhenum & lacum in orientem vergens, mediocriter ſublime dorſum, quo in loco Iſtri fontes, juxta Suevos & Hercyniam ſylvam ſunt.* Idem libro 7. *Hercynia ſylva proceris frequens eſt arboribus: in cujus medio ſita eſt ora, ad habitandum accommoda. Cui quidem & Iſtri & Rheni fontes proximi ſunt.* Unde Claudianus quoque ad Stiliconem canit:

— Sublimis in arcton
Prominet Hercynia confinis Rhætia ſylva,
Quæ ſe Danubii jactat, Rheniq; parentem.

Hanc

Hanc ſuperiorem Hercynii nemoris partem, Ptolemæus lib. 2. cap. 11. *Eremum Helvetiorum*: Romani vocavêre *Martianam ſylvam*; à Marte forſan, velut ſuprà meminimus. Ammianus Marcellinus libr. 21. de Juliano Cæſare loquens: *Profecturus itaque per Martianas ſylvas, viasq; junctas Iſtri fluminis ripis.* Aut à vernaculo ſermone Schwartzwald/ nõnihil inflexâ voce. In hac hodie paſſim exciſâ, viſuntur oppida: *Stülinga, Bondorffium, Waldkirchium, Villingum, Wolfachum, Schiltachum, Albersbachium, Rotwila.* Ejus portio quædam, vulgò Hagenſchieß nuncupatur: in cujus meditullio, *Pfortzheymium* Marchionum Badenſium ſitum eſt; Orzynheym quondã ab Orcynio nemore dictum: ſatis celebre, quòd eruditorũ eruditiſſimum *Joannem Reuchlinum*, incomparabilem virum, Hebrææ, Græcæ Latinæq; linguarum callentiſſimum, quas primus in Germaniam invexit, ædiderit. Ab Hercyniæ nomenclaturâ, videtur etiam Herzyngen vicus, prope Waldſee oppidulum, cognominatus. Et Alpes quæ Danubium ſequũtur, montana ſcilicet Sueviæ: *Schera*; *Alba*, ad cujus extremitatem *Albeggum*, id eſt, Albarum angulus, jacet; *Albuchus*, à fágis ita dictus, è cujus montibus *Brentius*, *Cocherus* & *Remiſus* amnes,

Ioannes Reuchlin.

ſcaturiunt. *Hertfeldia*;cui à glebæ duritiâ nomen, *Ploſſenius*, ejusdem Hercyniæ ſunt portiones: nam Hercynia rectè Danubium ſequitur, inquit Cæſar. Hoc Martianum nemus ſalubres habet thermas: quas venator apros ſectãs reperit:*Ferinas Thermas* (Wildbaden) vocant. eas VVirtenbergenſis Princeps poſſidet. Quas verò M. Aurelius Antoninus inveniſſe fertur, *Badenſes Marchiones*, qui indè nomen habent, tenent. Ab illis haud procul abſunt *Cellenſes*, quas Joannes Reuchlin *Scyllam* appellatas ſcribit, in libro de Verbo mirifico. Effundit idem nemus, *Danubium*, *Nicrum*, *Nagoltam*, *Æntium*, & aliquot alia flumina.

Ab *Heydelbergâ*, Palatini Comitis regiâ, (quam putãt à Ptolemæo *Budorim* vocatam) & Nicri fluminis ripâ, ad Mœnum usque, *Othonis ſylva* (der Odenwald) nominatur. Ibi quoq; admodum excíſa eſt;& oppidis, caſtris ac vicis, exculta: nam inſunt, *Ammerbachium*, *Michelbachium*, *Eberbachium*, *Michelſtadium*, *Furſtenavia*;& amnis *Mimelingus*.

In *Franciâ orientali*, quam aliquot ſaltibus claudit, inter *Herbipolim* (id eſt, *VVirciburgũ*) & *Babenbergam* metropoles, ac epiſcopales Franciæ civitates, *Ardua ſylva* (der Steygerwald) vocatur. habet *Schlüſſelfeldiam*, *Geiſelivindum*.

vindum, *Eberachum* cœnobium, ab rivo cognominis vocitatũ. Altera ipſius portio *Habergus*, *Bernheymẽſis*, *Zuckmantelius*, *Feuchtulacus*: & circa Noricam urbem *Norimbergẽſe nemus*; ac mox Schnabelwald, cognominatur.

A *Rheno* flumine, prope *Cõfluentes*, ubi Moſella in Rhenũ egredit̃, & à *Lano* amne *Francofordiã* usq;, *Occidẽtalis ſylva*, (ƀ Weſterwald) Haſſiã ab VVeſtvaliâ dirimit. *Suſatũ* urbs adjacet. Huc Tacitus *Cattos* ſtatuit, dicẽs: *Ultra hos Catti, initiũ ſedis ab Hercynio ſaltu inchoãt: & Cattos ſuos, ſaltus Hercynius proſequitur ſimul atq; deponit.* Ptolemæus hîc *Abnobios* mõtes ordit̃. *Amiſia* & *Salas* flumina ex eâ Hercyniẹ parte labũtur. Hujus cornu quoddã ultra Rhenũ, *Treverim* ac *Mediomatricũ* verſùs, ad occidẽtẽ extẽditur; & *Saonus* vocatur: cui *Comitatus Spãheymẽſis* cũ cœnobio, & *Obrincãn*' *tractus*, (q vulgò Hũdsruck appellat̃) adjacẽt. Saltus verò *Ringoviã* cingẽs, *Heyrich*' vulgò dicitur. Flectens ſe poſtea ad orientẽ, dividẽsq; *Frãciam* ab *Haſſiâ*, *Picearia*, à picis abundantiâ, (Speßhart) appellat̃: in quo tractu *Pudinga*, *Urba*, *Geylhuſiũ*, *Rotẽfelſia*, ſita ſunt. Deinde ramus, q ad aqlonẽ declinat, in *mõtes Abnobios*, & *Sicãbros*, i. *Geldrios* usq;, ac juxta *Osnabrugam* VVeſtvaliẹ; *Fagũa* nominat̃. At iterũ ſe flectẽs in ortũ, ultra *Viſurgim* amnẽ, ad *Saxoniã* atq;

Toringiam, veterem ſui vocabuli ſignificationem & nomẽclaturam adhuc ſervat: vulgò namque *Harto*, à pice reſinâq; nuncupatur. Ipſe terminus eſt Heſſorum, Saxonum & Toringorum. Agri cohærentes, am Hartz: montes ipſi ſaltusque, *Hertini*: Accolæ, die Hårtziſchen aut Hartzlånder dicuntur. Habent *Buchoniam*, id eſt *Faginetum*, regiunculam, (in quâ *Fulda* urbs cum inſigni cœnobio, ab amne interfluo vocitata) & *Herſeldiam*, ab ipsâ ſylvâ, ut apparet, nuncupatam: habent præterea *Nordhuſium*, *Sangerhuſium*, *Querfordiam*, *Stolbergum*, *Mansfeldiam*, *Islebiam* & *Goslariam* urbes; ubi argenti mineræ. *Islebia* nobis ſanctiſſimum illum ſincerioris Theologiæ aſſertorem, *D. Martinum Lutherum*, pepit: quo Verbi duce, Germania Chriſtum verè agnoſcere didicit. Videtur hæc ſylva etiam *Hercynofordiæ*, amplæ civitati, & *Hertzbergo* impoſuiſſe nomen. Ptolemæus hoc tractu *Melibocum* montem, *Semanamq; ſylvam* ſtatuit.

Separans *Francos à Toringis*, & *Toringos à Sorabis*, quos nunc *Miſnenſes* dicimus, *Toringica ſylva* nuncupatur. Ipſam puto ab Julio Cæſare *Bacenim* vocari: de quâ ſcribens libro 6. belli Gallici, *Sylvam ibi eſſe*, inquit, *infinitæ magnitudinis, quæ appellatur Bacenis*;

Digitized by Google

Bacenis; ac longè introrſus pertinere: & pro nativo muro objectam, Cheruſcos à Suevis, Suevosq́ à Cheruſcis, injuriis, incurſionibusq́ꝫ phibere. Significat haud dubiè *Toringicum* & *Hartonem* nemora. Ptolemæus iſthuc *Semanam* collocat. Ex hujus montanis profluit *Viſurgis.* In Toringico nemore, *Greventalia*, *Salafeldia*, *Smalcaldia*, *Sleuſingum*, oppida jacent. Haud procul ab illo nemore abeſt *Piniſer* mons, (vernaculus ſermo *Fychtelbergum*, à pinuum abundantiâ, dicit) qui quatuor ramos, velut immania cornua, in diverſas Germanię partes; ſimul etiam quatuor amnes, *Mœnum* Francicum, *Salam* Toringicum, *Egram* Bohemicum, *Nabumq́* Bojoaricum, emittit.

Mox iterum ſeſe aperiens Hercynia, mediam & in modum circuli recipit *Bojemiam*; ubi Straboni lib. 7. eſt *Gabreta*. ejus verba ſunt: *In hoc tractu Germaniæ, ſita eſt Hercynia ſylva, & Suevorũ natio: ex quibus nonnulli intra, aliqui extra ſylvam habitant; ſicut & Coldulorũ pleriq́ꝫ. In quibus & Bubiemum, Marobudi regio.* Et mox: *Alia autem & in Suevis illis ſylva, Gabreta nomine, ingens jacet. Ultrà verò Hercynia eſt, quæ & ab iſtis tenetur.* Præterea Vellejus Paterculus, poſteriore volumine ita deſcribit Hercyniam; ut nemo dubitare poſſit, eſſe Hartonem ac Bojemicum nemus: *Ni-*

*bil,*inquiens, *erat jam in Germaniâ, quod vinci poſſet; præter gentem Marcomannorum: quæ, Maroboduo duce,excita ſedib⁹ ſuis,atq; in inferiora refugiens, incinctos Hercyniæ ſylvæ cãpos incolebat.* & paulò infrà: *Sentio Saturnino legato mandatum, ut, per Cattos exciſis continentibus Hercyniæ ſylvis,legiones Bojohemum; (id regioni, quam incolebat Marobodus, nomen eſt) ipſe à Carnunto (qui locus Norici regni proximus ab hac parte erat) exercitum,qui in Illyrico merebat, ducere in Marcomannos orſus eſt.* Hæc ſylva *Albim, Mildavum, Suevum, Oderam, Maravaham, Iglam,* alioſque fluvios effundit. Pars ejus orientalior, *Sudeta* & *Luna* Ptolemæo nuncupatur. Exſtat oppidum *Luna* vocabulo in Bohemiâ, hujus ſylvæ nomen referens. Ipſa præterea Hercynia in *Sarmatiam, Pruſſiam, Poloniam, Maſoviam atq; Litvaniam* vagatur, & ſua illîc invenit nomina: denique ad *Pannoniam, Tranſſylvaniam ac Daciam.*

Hercyniæ etymum. Porrò *Hercyniæ* etymum puto eſſe Hartz/ quod reſinam& picem germanicè ſignificat; nam hujus copiam gignit: unde ejus portiones, Hartz/ Speßhart/ Hartzwald/ vulgò nũcupantur. Sunt qui *ab Hercule,* à Germanis culto, nuncupatam ferant: quomodo Richardus Bartholinus, octavo Auſtriados, il-

Digitized by Google

ſam deſcribens, *Herculeã ſylvam* vocat; quemadmodum antea recitavimus. Alii, (inter quos eſt Joannes Camers) Græcum ejus etymum interpretantur: ἕρκος namq; circuitũ ſeptumq; ſignificat: & ſepit illa Germaniam, inſtar valli ac ſepti. Julius Cæſar, ut dixi, veteres Germanos hanc *Orcyniam* appellâſſe refert. Raymundus Marlianus, ipſi ab *Hercyno* quodam Germaniæ monte nomenclaturã fingit. Si plura de hoc nemore deſideras, quę hiſce commentariis non ſint prodita: Conradum Celtem revolve, qui hanc ſylvam, à ſe perluſtratam, carmine & proſâ deſcripſit. quibus Æneam Sylvium, & Raphaelem Volaterranum adhibe.

Mœni fluminis deſcriptio.

MOENIS ſeu *Mœnus*, (utrumq; enim veteres dixêre) clarus ſuperioris Germaniæ amnis, è *Piniſero monte* oritur. qui in montanis Marchionis Brandenburgenſis, inter *Franciam orientalẽ*, *Voitlandiam* ac *Bojemiam*, in Nariſcorum orâ ſitus, intra ſpatiũ duûm fermè milliũ paſſuum, quatuor inclytos amnes, non ſinè admiratione & naturæ majeſtate, effundit: *Mœnũ* videlicet hunc noſtrũ, *Salam*, *Egram*, ac *Nabum*. Vernaculus, ut dixi, Germanorũ ſermo Fichtelberg appellat; à pinis arboribus, quibus abundat. de quo in hunc modum Conradus Celtis, lib. 2. Amorum, elegiâ 2, cecinit:

Hinc variæ gentes, linguæq́3, & ſparſa per orbem
Flumina, quæ celſis montibus orta cadunt:
Inter quos ſurgit quadrifluvialibus undis,
Qui caput Hercynii dicitur eſſe jugi,
Piniſer; hinc Boëmos qui tangit, & indè Turogos,
Et Francos, Bavari & ditia rura ſoli.

Fontes Mœni gemini ſunt: prior *rufus Mœnus*, ab undarum colore dicitur, is ad locum, vulgò Goldcronach appellatum, oritur: *Parreutium* oppidũ allabitur. Alteri *albo* vocabulũ eſt: ſupra Gefres naſcitur. ambo infra *Culmbachium* coëunt. Ipſe ab oriente in occaſum, mediam percurrit *Franciam*. In ejus ripâ, ut dixi, in montanis, adjacet *Culmbachium* urbs, magnificâ & invictâ arce *Plaſſenburgo* Marchionis Brandenburgenſis communita: indè *Rotingia*, *Cunſtadium*, *Liechtenfelſia* (à lucidâ petrâ cognominata: ubi *Radachus* fluvius confluit) *Staffelſteynium*, *Chemera*, *Paunachium*: (*Ithēſis* atque *Paunachius* amnes eo loco adcurrunt.) Mox *Babenbergenſem* ac *VVirciburgenſem* perlabitur diœceſes, & *Hercyniæ ſaltum* (vulgò Steigerwald appellatum) attingit. *Babenberga* (Ptolemæo *Granionarium*, juxta conjecturam, appellata) ampla & amœna eſt civitas: cujus Epiſcopatum Heinrichus Claudus, Rom. atque Germanorum Imperator inſtituit; qui etiam, cum

Cuni-

Cunigundâ uxore reginâ, ſuum ibi habet conditorium. Gotfridus Viterbienſis, qui Friderico Barbaroſsâ regnante floruit, hãc urbem vocat *Pavonis montem*, his verſiculis:

Tramaricus fluvius, vulgò Radiantia dictus,
Montis Pavonis urbis amœna colit.
Nomine mutato mons Babenberga vocatur:
Montis ab urbe tamẽ culmina clerus habet.

Prope urbem Mœnus excipit *Regneſum* amnem, è Norico agro per mediam civitatem manantem. Gotfridus *Tramaricum* ac *Radiantiam* vocavit. Poſtmodum Mœnus alluit *Hasfordiam*, (celebris mathematici *Joannis Virdungi* patriam) *Sueinfordiam* imperialẽ urbem, *Kitzingiam*, *Ochſenfordiam*; (tota hæc ora vitifera eſt, generoſum *vinum*, quod *Francicum* appellatur, proferens) *VVirciburgum* in *Mœnigavio*, id eſt, Mœni pago ſive agro ſitum: olim *Marcopolim* atque *Peapolim* nuncupatum, velut Abbas Spanheymenſis tradit; juxta Ptolemæum verò, *Arctaunum*: nunc verò, barbaro nimirum vocabulo, *Herbipolim* dicunt. Cujus epiſcopatum Caroli Magni parens Pipinus inſtituiſſe fertur. Antiſtes hujus ſe Francorum Ducem ſcribit Indè deſcendit ad *Caroloſtadium* urbem; cui *Caroloburgum* arx imminet, Caroli primi aut quarti opus: quæ urbs *D. Joannem Schonerum*,

Ioannes Virdungus.

Vinum Francicum.

Ioannes Schonerus.

inſignē illum noſtræ tempeſtatis mathematicum, ꝓtulit. Indè *Gemundā*; ubi *Sala*, *Sinnā* confluo, Mœnum intrat. Ab hoc, Salâ puto, Francos *Salingos* nuncupatos: argumēto mihi eſt *Salingoſtadiū* Mœni (hodie Seligenſtatt vocant Franci) ab illis haud procul à VVirciburgo conditum. Trithemius tamē *Salagaſtum* hujus conditorem affirmat. Hos *Salios* dixerunt Romani, teſte Ammiano Marcellino lib. 17. de Conſtantio ſcribens: *Quibus*, inquit, *paratis, petit primos omnium Francos; eos videlicet, quos conſuetudo Salios appellavit*. Quos ſi quis ab *Salâ Toringico*, quem Piniſer effundit, cognominatos contendat; nulli me oppoſuero. Hinc Mœnus ſaltum Hercynium, Speßhart Alemannis vocatum, præcurrit. Indè *VVertheymium*, generoſorum Comitum urbem, alluit: ubi *Tuberū* fluvium, q̃ Tuberano agro indidit nomen, in ſe haurit. *Mildenburgum*, ubi Hercynii nemoris, quod *Oddonis ſylva* eo loci nuncupatur, initium: *Aſchenburgiū*, *Salingoſtadium*, *Francofordiam*: (claram emporio civitatem; *Helenopolim* aliquando dictam: ubi mercatores, non tantū Germaniæ, ſed totius fermè Europæ, bis in anno conveniunt. quæ, ad diſcrimen alterius *Francofordiæ ad Oderam*, flumen in Marchiâ Brandenburgenſi, ſitæ, ac publico litera-

rum

rum Gymnaſio celebratæ, *Francofordia ad Mœnum* appellatur.) Mox *Hochſtam* & *Rüſſelsheymium* radit. Demum, è regione *Maguntiaci*, in Rhenum undoſus evolvitur. *Maguntiacum*, vetuſtiſſimi nominis urbs, à *Mago* & *Cia* invenit appellationem; & non à Mœno, quem *Moganum* fingunt dictum. *Magum* priſcis Gallis domum ſignificavit: (*Cia* fluvioli nomen eſt, (die Cis) vallem monialiumque ædes pertranſiens, ac in Rhenum egrediens. Unde *Maguncia* & *Maguntiacum*, quaſi domicilium Ciæ, conjunctum. Sic habemus *Druſomagum*, Druſi domum, (id eſt, Kempten) in Rhætia: *Borbetomagum* in Vangionibus, (hoc eſt, *VVormatiam*) *Brocomagum*, (Brumat) *Rigomagum*, (Rhynmegen) *Duromagum*, (Durmegen) *Noviomagum* (Nymegen) in Batavis: *Rotomagum*, (Roan) in Galliâ. Et vetus *Maguntiacum* alio loco ſitum fuit; diſtabatque pluſculum à loco confluentium Mœni Rheníque: ſicut Beatus Rhenanus, libro 3. Germanicarum rerum, admonuit; & ante illum Abbas Spanheymenſis, in Francorum hiſtoriâ. Urbs eſt epiſcopalis, quæ metropolitanum Archiepiſcopum & Electorem ſeptemvirum præbet. Is, dum hæc adornarem commentaria, fuit *Albertus*,

ex inclytâ Marchionum Brandenburgenſium familiâ. Nobilis eſt præterea urbs hæc, Gymnaſio literario, Druſi Germanici monumento, inventione artis typographicæ, multisque aliis vetuſtatibus. Ejus frequens eſt apud bonos authores mentio.

Hunc fluvium, juxta Taciti deſcriptionẽ, videntur primitus accoluiſſe, à capite, *Boji*; nec procul abfuerunt *Nariſci*; ad oſtium verò, *Helvetii* auſtrum verſus; &, ut conjicio, *Tencteri* ac *Uſipetes* adhabitârunt. Juxta Ptolemæum verò, *Nitriones* atq; *Vangiones*: quibus aliò migrantibus, aut deletis, ſucceſsêre *Toringi*, *Franci* & *Alemanni*. Mœni fluminis etiam Plinius lib. 9. cap. 15. hiſtoriæ mundi meminit, hiſce verbis, quemadmodum eruditiſſimus Beatus Rhenanus emaculavit: *Silurus graſſatur, ubicunq; eſt, omne animal appetens, equos innatantes ſæpe demergens; præcipuè in Mœno Germaniæ amne pro Erlisborni* (vicus eſt in Mœni ripâ, hodie Erlenborn appellatus) *& in Danubio.* Eundem Pomponius Mela, lib. 3. inter Germaniæ amnes numerat. Paſſim de illo Conradus Celtis.

HELVETII, gens Gallica fuêre, intra hos fines antiquitus concluſi; velut Julius Cæſar ab initio lib. 1. de bello Gallico refert: *unâ ex parte, flumine Rheno latiſſimo atq; altiſſimo,*

ſimo, qui agrum Helvetium à Germanis dividit; alterâ ex parte, monte Jurâ altiſſimo, qui eſt inter Sequanos & Helvetios; tertiâ, lacu Lemanno, & flumine Rhodano: qui provinciam, inquit, *noſtram ab Helvetiis dividit: qui in longitudinem millia paſſuum CCXL. in latitudinem CLXXX. patebat.* Iſti *Helvetii*, transgreſſo Rheno, in Germaniam trãsmigraverunt, & inter Hercyniam ſylvam, Rhenum & Mœnum amnes conſederunt; eo loco, ubi Ptolemæus, Tacito poſterior, lib. 2. Eremum Helvetiorum conſtituit: ad Martianum ſcilicet nemus & Nicrum amnem, *in Craychgoviâ:* quæ regiones hodie Palatino Comiti, Marchioni Badenſi, & Epiſcopo Spirenſi parent. In cujus argumentum quidam allegant *Helvetum* urbem, ab Helvetiis nuncupatam; cujus mentio fit à Ptolemæo, & in Itinerario Antonini: quam nunc *Seleſtadium* dici, affirmant eruditi. *in Elſatiâ* ſita eſt, Beato Rhenano patria: ubi Helvetios interiiſſe putant. Nam qui hodie veterem Helvetiorum in Galliâ ſedem tenent: non Galli; ſed Alemãni ſunt, è Germaniâ illuc profecti. quod etiam Andreas Alciatus Mediolanenſis, in ſuis annotationibus in Tacitum, aſtruere videtur. *Eutropius*, inquit, *eorum ſedes à Quadis occupatas, ſatis oſtendit: ut ſuſpicer omnes deletos, cùm*

Quadi Marcomanniq́, ſub Aureliano in Italiam prorupêre. exſtat adhuc in eis vallis, Marcomanna nomine. Periêre & illi; atq́, ab Alemannis (colluvies Germanorum erat) ſuperati, in eorum nomen conceſſêre. à Theoderico deinde Gotho victi, Francis ex fœdere deditiſunt. Aucti demum Saxonum acceſſione, quos, ob violatam pluries fidem, ſedibus ejectos Carolus Magnus in Alpes conjecit; Suitenſes cœpêre dici. Paruêre deinde regibus Germanorum. Centum ferè anni ſunt, cùm ſe, caſis præfectis, in libertatem aſſeruêre, cum cæde repreſſis Cæſaribus. Alciato ſubſcribit Joachimus Vadianus Helvetius, in commentariis ſuis in Pomponium Melam: *Helvetiorum vetuſtorum tractum hodie habitant, è Germanis illuc profecti. nec mihi de hoc dubitandum videtur: cùm lingua commercio intimis Germanis reſpondente; tum maximè, quòd morum & virtutum, quibus olim Suevos uſos Cæſar ſcribit, inſignia apud eos ornamenta adhuc durant, imò cuſtodiuntur. Et Gallicam & Germanicam Helvetiam nunc Alemanni tenent.*

Helvetiorum urbes. Urbes veterum Helvetiorum fuêre, quarum etiámnum exſtant reliquiæ. *Aventicum*, gentis caput, Cornelio annalium lib. 17. Friburgẽſium ditioni ſubditum, *VVivelſpurgum* hodie appellatur. *Vindoniſſa*, ad amnem Ruzam, ubi Arulã recipit: Windiſch vulgò dicitur:

citur: exiguus nunc eſt viculus: meminit Tacitus lib. 20. *Forū Tiberii*, (Käyſersſtul) *Gaunodurum*, (*Zurzacum* ſive *Lauffenbergum*) apud Ptolemæum lib. 2. cap. 9. *Vitudurum*, (Winterdur) *Salodorum*, (Solenthurn) *Arbor fœlix* ad lacum Acromum, (Arben) *Tigurum* (Zürich.) *Tigurinus pagus* hodie Vry dicitur. At poſteriùs conditę: *Friburgum*, *Berna*, *Lucerna*, *Scheffhuſium*, *Sangallum*. Idem noſter Tacitus lib. 17. *Caſtelli aquarum* ſive *Thermarum* meminit: hoc eſt Baden/ oppidum in Ergoviâ, thermis celebre.

Flumina Helvetiam irrigantia, ſunt: *Rhenus*: *Arula* Bernenſis, à quo *Argovia* nomen accepit: *Turus* ſeu *Taurus*, à quo *Turgavia* dicta: *Limmaha* Tigurinus; & *Ruza*. *Flumina Helvetiæ.*

Lacus: *Acromus*, *Venetus*, *Tigurinus*, *Lucernanus*, *Veſenius*, & *Avellanus*. Et *Vocetius* mons der Bötzberg. Helvetii hodierni *Suitenſes*, (*Suizeri*) & *Confœderati*, (die Eydgnoſſen) à cōſpiratione appellantur. Ipſi anno Domini M CCC XXXIII. ſublatis præfectis, & excuſſo jugo, ſeſe in libertatem vendicârunt; & cōfœderationem, paulatim accedentibus populis ac civitatibus, mirum in modum auxerunt. Sunt etiam hodie armis, viris, & memoriâ nominis clari. Ipſos in-primis ornant duo incōparabiles viri: *Joachimus Vadianus*, *Lacus in Helvetiâ.* *Ioachimus Vadianus.*

Heinrichus Glareanus.

& *Heinrichus Glareanus*; humanitate, prudẽtiâ, & inæſtimabili eruditione præditi; qui ſuam Helvetiam æditis monumentis illuſtrârunt: è quorum libris petat, qui plura de Helvetiis nôſſe pervelit; adhibitis iis, quæ Cæſar in primo Commentario belli Gallici, Strabo lib. 4. & 7. Cajus Plinius lib. 4. cap. 17. naturalis hiſtoriæ, Cornelius Tacitus lib. 17. annalium, Florus lib. 3. cap. 4. Oroſius lib. 6. cap. 7. Raphael Volaterranus lib. 4. geographiæ, de Helvetiis prodiderunt.

Boji Galliæ populi quoque fuêre, haud procul ab *Inſubribus* diſſiti: quemadmodum Julius Cæſar lib. 1. Commentariorum belli Gallici, & Strabo lib. 5. prodiderunt. Ii à Cæſare victi, Galliâ excedentes, Italiam transſcenderunt: quos Romani finibus ejecerunt. Indè trans Rhenum in Germaniam profecti, Hercyniæ ſylvæ incinctos incoluerunt campos. A quibus regio *Bojohemi* nomen accepit: quod vocabulum ſi interpreteris, ſignificat Bojorum patriam ſeu domicilium; (der Bojer heym) nunc corruptiùs *Bohemia.*

Bohemia quoties cultores mutaverit.

Ideoque Cornelius ait, ſuâ tempeſtate, cùm ſcilicet Fl. Veſpaſianus Romani imperii ſceptra adminiſtraret, *manſiſſe Bojemi nomen, & ſignificare loci veterem memoriam, quámvis mutatis cultoribus.* Vellejus Paterculus, volumine po-

ne poſteriore, meliùs *Bojohemum*; Strabo lib. 7. *Bubiemum*: ipſam gentem, *Bemos* vocat Ptolemæus libro 2.

Hos *Bojos* è Bojohemo, potentiſſimus Suevorum populus, *Marcomanni*, depulit, paulò ante Julii Cæſaris adventum. id infrà Cornelius exponit; *Præcipua*, inquiens, *Marcomannorum gloria, viresq; atq; ipſa etiam ſedes, pulſis olim Bojis, virtute parta.* Quòd verò hîc dicit: *Manere adhuc Bojemi nomen:*) videtur indicare, Marcomannos non ſolùm in locū, ſed etiam in appellationem Bojorum ſucceſſiſſe; ut *Boici*, hoc eſt, *Bojeri*, fuerint appellati: qui indè cum *Nariſcis* & *Hermundurorum parte* Danubium transgreſſi, *Noricum*, *Vindeliciam*, & *Rhætiam ſecundam* cum Alpibus occupârunt: unde etiámnum *Bojoariorum* nomen ac ditio, cis & ultra Danubium. *Bavariam* vocant; elegantiores *Bojoariam*: quam eruditè, æditis tabulis & chartâ, deſcripſit Joannes Aventinus, diligentiſſimus vetuſtatis indagator. *Boji à Marcomannis ejecti.*

Ejectis è Bojohemo Marcomannis Quadiſque, *Sclavini*, Scythica & barbara gens, intraverunt: quos ab occupato Bojohemo, vulgus *Bohemos* appellat. Regionis ſitum, Franciſcus Faber Sileſius, graphicè his verſibus deſcripſit: *Sclavi in Bojohemum.*

Bojohemi deſcriptio & ſitus.

Frigida Parrhaſiam regio eſt porrecta ſub arcton,
Germanis habitata viris: nunc advena noſtra
Rura colonus arat: dominum longæva vetuſtas,
Et genus, & nomen, gentemq; invertit herilem.
Tota ferè gelido Boreâ ſubjecta boatu
Sudifici; Marcomannis confinis ad ortum,
Et noſtris vicina Quadis: quà vergit ad auſtrum,
Eſt Panno & Bavarus, rapidusq; binominis Iſtri
Alveus: adverſam contingunt Saſſones oram.
Undiq; præruptis protractam Hercynia claudit
Sylva jugis, & nativo circumdata muro
Martia inacceſſam colit hoſte Bohemia terram,
Armenti pecorisq; ferax, fluviisq; per omnem
Irrigua: hinc totam flavus perlabitur Albis,
Natalemq; rigat terram, patriósq; colonos
Piſcibus innumeris ditat; quem Multana frater
Exoneratus in hunc juvat auxiliaribus undis. &c.

Urbes Bohemiæ.

Urbes habet plures. *Praga* metropolis & regia eſt: *Grezium* reginæ dotale: *Plana, Aldenbergum, Irberesdorfium, Graupum, Pleiſtadium, Trapenaurum, Moccenbergum, Schonbachium, Cinſtadium*; (habent argenti plumbique mineras) *Pilſina, Litomeritium, Cuttenbergum, Sazium, Prixina, Tacha, Broda, Elenbogium, Nova domus, Pudiſſa, Cadanum, Slaggenvverda, Commenthavia, Lithomiſslia, Luna, Budinga Colonia, Melnigum.*

Flumina.

Amnes: *Albis, Egra, Multavia, Orlioze, Sazana, Miſa, Luſinitius*; qui

qui omnes in Albim egrediuntur. Æneas Sylvius hiſtoriam Bohemicam ſcripſit, quæ paſſim exſtat. multa tamen inſunt fabuloſa.

Sed utrùm Araviſci in Pannoniam, ab Oſis Germanorum natione; an Oſi ab Araviſcis in Germaniam commigrârint: cùm eodem adhuc ſermone, inſtitutis, moribus utantur, incertum eſt: quia pari olim inopiâ ac libertate, eadem utriusque ripæ bona malaq; erant.

Aperuit paucis, quæ Gallicæ gentes in Germaniam transmigraverint: nunc etiam aliarum nationum gentes memorat, quæ in Germaniam conceſſerunt: dubitans, num ARAVISCI, (qui Danubiũ accolebant in *Pannoniâ inferiore*, juxta Cl. Ptolemæum lib. 2. cap. 15. ſupra Dravi fluminis oſtia: quorum ſedes nunc *Hungari* tenent) *ab Oſis Germanorum natione*, Danubio transſcenſo, *in Panno niam abierint*; aut *Oſi* è Pãnoniâ *ab Araviſcis in Germaniam* transgreſſi fuerint? *cùm* ſuâ tempeſtate *eodem adhuc ſermone*, Pannonico videlicet, *uſi ſint*. Quam tamen dubitationẽ videtur infrà explicare; *Oſos*, dicens, *Pannonica lingua coarguit non eſſe Germanos.* Putantur

Oſi incoluiſſe *Maravaniam*, quà ad Iſtrum declinat. Suſpicatur Eraſmus Stella, *Oſitium* montem ac urbem in orâ Miſnenſi, ab Oſis appellatam. Ego Sclavicum vocabulum potiùs dixerim. *Sclavi* enim, quos *VVinidas* (Wenden) vocamus, totam Saxoniam aliquando occupârunt: quorum reliquiæ adhuc hærent in ripis Albis fluvii. Idem Stella, portiunculam Miſnenſis terræ, quæ à Salâ incipit, & ad Moldavum amnem extenditur, & quam Eliſter amnis perlabitur, Oſtland vulgò dictam, Oſorum coloniam fingit. quę potiùs à vento orientali, Oſt Germanis dicto, nomen ſervavit: ſicut Oſtenreich/ id eſt, orientale regnum; ita *Oſtlandia*, hoc eſt, orientalis terra. In quâ *Lipſia* urbs, academiâ celebris, & *Pegavia*, ſitæ ſunt. Quam oram aliquando *Sorabi* quoque, Sclavica gens, tenuerunt. Joannes Franciſcus Picus, in carmine de myſteriis Dominicæ crucis in Germaniam delapſis, ad Maximilianum Cæſarem, Taciti dubitationem ſic in verſus traduxit:

Sclavi Saxoniā occupaverunt.

Oſus Araviſco dubium deductus, an illo
Hic genus antiquum referat, ſub judice lis eſt.

Vtriusq; ripæ) Pannonicæ & Germanicę. Nam Danubius Germaniam à Pannoniâ diſterminat. Ulteriorem, id eſt, dextram ripam

ripam fluminis, *Araviſci* accoluerunt: citeriorem, id eſt, ſiniſtram & Germanicam ripam, *Oſi* tenuerunt. Et ut aliquid mali propter vicinum malum: ita aliquid boni propter vicinum bonum.

Treviri & Nervii, circa affectationem Germanicæ originis, ultrò ambitioſi ſunt: tanquam per hanc gloriam ſanguinis, à ſimilitudine & inertiâ Gallorum ſeparentur.

TREVIRI, quia ad ſiniſtram Rheni ripam, occidentem versùs, habitant; veteres Galliæ Belgicæ attribuerunt. Cæſar libro 2. belli Gallici, *Treviri*, inquit, *quorum inter Gallos virtutis opinio eſt ſingularis.* Et libro 3. *Treviros proximos Rheno flumini* ſtatuit. lib. 4. *per Trevirorum fines citatum ferri Rhenum* tradit. Similiter Plinius lib. 4. cap. 17. hiſtoriæ mundi, inter Galliæ populos numerat. & Pomponius Mela lib. 3. *Treviros Belgarum* dicit *populos.* quemadmodum etiam noſter Tacitus, hiſtoriæ Auguſtæ libro 20. Et licèt *Galli* ſint natione: tamen *circa affectationem Germanicæ originis ultrò ambitioſi ſunt*, teſte Cornelio. Ideò Strabo libro 4. Ptolemæus libro 2. capite 9. & Ammianus Marcellinus

Treviri medii inter Germaniā primam & ſecundam.

libro 15. *Germanis* accenſet: nam inter primam & ſecundam Germaniam, mediam ditionem tenent, ad Rhenum; finitimi Nerviis, Menapiis, Eburonibus, Rhemis & Mediomatricibus. Horum regionem *Moſella* vitifer amnis, quē Ptolemæus *Obrincam* vocat, perlabitur; qui ad *Confluentes* oppidū, in Rhenum deſcendit: quem elegātiſſimo carmine Auſonius poëta celebravit. Caput gentis eſt *Auguſta Trevirorum*, vulgò Trier appellata: de quâ idem Auſonius cecinit:

Armipotens dudum celebrari Gallia geſtit,
Trevericæq; urbis ſolium, qua proxima Rheno,
Pacis ut in media gremio ſecura quieſcit,
Imperiiq; viros quod alit, quod veſtit, & armat.
Lata per extentum procurrunt mœnia collem:
Largus tranquillo perlabitur amne Moſella,
Longinqua omnigenæ vectans commercia terræ.

Cæſar libro 8. belli Gallici, *civitatem Trevirorum* dicit *Germaniæ vicinam.* De eâdem Rudolphus Agricola, Burgundiæ Regis geſta deſcribens: *Treveris rerum geſtarum magnitudine, & vetuſtate urbis præclara. Gallica gens, nunc Germanica.* Sedes eſt epiſcopalis, quæ viros ſummè pios aliquādo aluit: Paulinum ſcilicet

ſcilicet, Priſcillianum, Athanaſium, & Hieronymum. Quicquid hodie à *Magunciaco*, per Trevirenſis epiſcopi ditionem & Moſellæ montes, ſeu *Obrincanum tractum*, (quem vernacula lingua Hündsruck/id eſt, Canis tergum, ſeu Hunorum receſſum vocat) ad *Arduennam* ſylvam extenditur, Trevirenſis erat ditionis. Civitates horum ſunt, juxta Ptolemæum: *Magũciacum, Bingium, Legio Trajana, Ficelia, Bodobriga, Confluentes, Rigodolum, Marcodurum, Antiniacum, Novomagum, Matricorum* ſive *Dinodurũ*, Francis *Theodonis villa* appellata. In illis eſt quoque *Ripuaria*, inter fluvios Moſellam, Rhenum atq; Moſam poſita: alio nomine *Neuſtria* & *Auſtraſia*, Weſterreich dicta. Ibi eſt quoq; *Eyſlia* & *Arduenna ſylva*. Ipſi Treviri bello interfuêre, quod inter Cæſarem & Pompejum geſtum eſt; teſte Lucano libro 1. *Trevirorum urbes.*

Tu quoq; lætatus converti prælia Trevir.

Relege Othonem Friſingenſem lib. 1. cap. 8. & recentiores, qui plura de Treviris recitant.

NERVII quoq; Galliç Belgicæ populi fuêre, efferatiſſimi & bellaciſſimi, denſiſſimas (ut ait Plutarchus in C. Cæſaris vitâ) incolentes ſylvas, ultra *Moſam* fluvium, ad occidentem ſiti: *Atrebatibus, Ambianis, Aduaticis,*

Morinis, Vellocaſsibus, Veromanduis ac Treveris finitimi; velut ex ipſo Cæſare, commen. belli Gallici 2. colligitur: qui cùm quæreret de naturâ moribusque *Nerviorum*, ſic reperiebat: *Nullum aditum ad eos eſſe mercatoribus: nihil pati vini, reliquarumq; rerum ad luxuriam pertinentium inferri: quòd his rebus relangueſcere animos, eorumq; remitti virtutem exiſtimarent: Eſſe homines feros, magnæq; virtutis.* Horum fines percurrunt *Scaldis*, *Liſa* ac *Sabis*, flumina; quæ influunt in Moſam. Velut idem Cæſar libro 6. belli Gallici ſcribit. *Scaldis non procul ab oppido Brielis.* ab hoc *Scaldia*, Selandiæ inſula, nomen habet. Ad hos, eodem authore, *Arduenna ſylva*, totius Galliæ maxima, pertinet. Tacitus libro 20. annalium; *Nerviorum Germanorumq; pagos vicinos facit.* Strabo lib. 4. ipſos Germanis tribuit. *Contigui*, inquit, *Trivagris* (ita Treviros cognominare videtur) *ſunt Nervii; & hi quoq; natio Germanica.* Horum mentio eſt apud Lucanum lib. 1. Pharſaliæ:

—— Nimiumq; rebellis
Nervius, & caſi pollutus ſanguine Cotta.

Multa de illis Cæſar lib. 2. 5. & 6. belli Gallici. Plutarchus in vitâ Cæſaris: Appianus in libro, qui Celticus inſcribitur: Plinius libro 4.

bro 4. cap. 3. tradunt, Nervios condidiſſe inhabitâſſeq; *Tornacum* urbem; cujus Antoninus Pius in itinerario ſuo, & divus Hieronymus in epiſtolâ ad Gerontiam meminerunt. ea eſt libera & epiſcopalis Gallicæ Flandrię civitas, Scaldis fluminis ripæ impoſita; cujus transſcaldina pars Cameracenſi diœceſi ſubjacet: magnis variarum rerum mercaturis conſtat. *Nervii* quondam *Novimagenſi epiſcopo* tantùm parebant: unde *Novimagum* Nerviorum caput fuiſſe colligitur, nunc etiam *Tornacenſi* parent; & Nervii hodie *Tornacenſes*, à Tornaco civitate appellantur: **Die in Tornawer Biſthumb / nicht weit von Flandern.**

Sunt Germani, etiam olim *Germanicæ originis ambitioſi; tanquam per hanc gloriam ſanguinis, à ſimilitudine & inertiâ Gallorum ſeparentur.*) Gallos etiam Cæſar, libro 1. & 6. belli Gallici, *inertia & mollitiei* accuſat. Pomponius Mela libro 3. *ſuperbia, ſuperſtitionis & immanitatis.* Sunt namq; ſingulis nationibus ſua vitia & notæ. Sic *Latini* ſupercilioſi & elati; *Ligures* vani; *Græci* mendaces & leves; *Hiſpani* jactabundi; *Pœni* fœdifragi, vafri & inſolentes; *Athenienſes* molles; *Romani* ſeveri; *Florentini* parci; *Scythæ* aſperi; *Parthi* fugaces; *Thraces* bibaces; *Theſ-*

Galli inertes.

Peculiares notæ gentium.

ſali perfidi; *Cares* viles; *Leontini* luxurioſi; *Cretenſes* vani; *Arcades* ſtolidi; *Mileſii* effœminati; *Scythotauri* inhoſpitales; *Sybaritæ* faſtuoſi; *Aſoti* luxurioſi; *Germani* feroces, ab authoribus prædicantur: adeò nihil ex omni parte beatum.

Ipſam Rheni ripam haud dubiè Germanorum populi colunt: Vangiones, Treboci, Nemetes. Vbii quidem, quanquam Romana colonia eſſe meruerint, ac libentiùs Agrippinenſes, conditoris ſui nomine, vocentur; origine erubeſcunt: transgreſſi olim, & experimento fidei ſuper ipſam Rheni ripam collocati; ut arcerent, non ut cuſtodirentur.

VANGIONES, ſicut etiam *Treboci*, *Nemetes*, *Ubii*, ac *Batavi*, veteris Germaniæ fuerunt populi, dextram Rheni ripam accolentes: qui, tranſito Rheno, in Belgicam regionem immigrârunt. Unde à quibusdã authoribus inter Galliæ gentes recenſentur: quòd Rhenus utriusq; populi fuerit diſcriminator, & limes occiduus Germaniæ. Cæſar tamen Julius, Commentario primo belli Gallici, *Vangiones*, *Tribocos & Nemetes*, inter Germa-

Germanos numerat: dum hos tradit fuiſſe in exercitu *Arioviſti* Regis Germanorum. Et libro 2. *pleroſq; Belgas à Germanis ortos, Rhenumq́; antiquitus traductos, propter loci fertilitatem ibi conſediſſe; Galloſq́, qui ea loca incolerent, expuliſſe*. Similiter Plinius, naturalis hiſtoriæ ſcriptor, libro 4. cap. 17. *Rhenum accolentes*, inquit, *Germaniæ gentium in eādē* (Galliæ) *provinciâ, Nemetes, Tribocci, Vangiones: hinc Ubii, Colonia Agrippinenſis, Guberni, Batavi, & quos in inſulis diximus Rheni*. Ptolemæus etiam, libro 2. cap. 9. *Vangiones* in ſuperiori Germaniâ ſtatuit. Et Ammianus Marcellinus lib. 15. *Deinde prima*, inquit, *Germania; ubi, præter alia municipia, Magunciacos, & Vangiones, & Nemetes, & Argentoratos, barbaricis cladibus nota*. Quibus omnibus accedit noſter Tacitus, Germanorum populos referens *Vangiones* eſſe. Quorum teſtimoniis adeò perſpicuum eſt, *Vangiones* ſemper Germanorum populos fuiſſe, etiamſi jam multis ſeculis ſiniſtram & Gallicā ripam occupaverint: ut nemo id queat inficiari. Putant verò antiquitatis ſtudioſi, *Vangionum* nomenclaturã, à germanico vocabulo Wungaw/ quod regionis finitimæ eſt, ortã; & Latinos peregrinam vocē, in Vangiones deflexiſſe, quaſi Vungaugiones. Illorum loca im-

plent hodie, qui parent *VVormacienſi* epiſcopo: Dieim Wurmſer Biſthumb ſind. Ptolemęus lib. 2. cap. 9. *Borbetomagum* Vangionum caput dicit: quod Germani *VVormaciam* nominant; quaſi dicas Bormagum, ſive Vormagiam. Civitas eſt imperialis & epiſcopalis, loco amœniſſimo, ac vini & frumenti feraciſſimo ſita: ubi Carolus Magnus, & ejus ſucceſſores Germani Imperatores, frequenter comitia celebrârunt. Ubi etiam noſter divus Carolus, ejus nominis Imp. V. ſua regni auſpicia inchoavit: habito illîc primo Procerum regni concilio. Propè adjacet mons Dornſperg; ad quem Adolphus, Comes ab Anaxone, Rom. Imp. fuit vict' ab Alberto Auſtriaco, an. Domini M CC LXXXIX. *Vangionum* mentio etiam apud Ciceronem, in epiſtolis ad Pomponium Atticum, libro 14. exſtat: quemadmodum nuper Beatus Rhenanus, ornamentum Germaniæ, etiam hunc depravatum locum reſtituit, libro ſecundo rerum Germanicarum. Lucanus libro I. veſtitum ipſorum Braccas fuiſſe, teſtatur:

Et qui te laxis imitantur, Sarmata, braccis
Vangiones. ——

Guntherus Ligurinus, libro 5. de rebus Friderici primi, VVormaciam ſic celebrat:

VVorma-

VVormaciam petit; medio qua gurgit Rheni
Gallica Germanis opponit rura colonis.
Vtraq; frugiferis tellus uberrima campis,
Vtraq; vinetis exuberat, utraq; pomis,
Piſcibus atq; feris, & cunctis rebus edendis.

In Vangionum regione, cis Rhenum, vicus eſt *Pfedersheymium*; à vini præſtantiâ, quod ager illius ædit, vulgò celebratus. Vangionum prеſul fuit proximo ſeculo *Joannes Dalburgius*, peritiſſimus Græcæ & Latinæ linguæ, & ab Rudolpho Agricolâ, Sebaſtiano Branto, atque multis aliis, ſummis laudibus celebratus. *Ioannes Dalburgius.*

TREBOCI, ſupra Vangiones & Nemetes, in Rheni ripâ nunc ſiti; è veteri Germaniâ Rhenum tranſgreſſi, in *Mediomatricorum* tractum immigrârunt: authore Strabone, libro 4. his verbis: *Poſt Helvetios, Sequani & Mediomatrici Rhenum incolunt. In quibus Tribocci, natione Germani, relicto natali ſolo, Rhenoq; trajecto, ſedes poſuerunt.* Cæſar libro 1. belli Gallici, *Triboces*; in quarto, *Tribucos*: Ptolemæus lib. 2. *Tribonos* appellat. Conradus Celtis, à trib. quercubus aut fagis, Nymphis antiquâ religione conſecratis, etymum deducit: quòd, cùm Germani in Galliam erumperent, in alterâ Rheni ripâ, ſiniſtrâ *Tribocorum etymon.*

plent hodie, qui parent *VVormacienſi* epiſcopo: Dieim Wurmſer Biſthumb ſind. Ptolemęus lib. 2. cap. 9. *Borbetomagum* Vangionum caput dicit: quod Germani *VVormaciam* nominant; quaſi dicas Bormagum, ſive Vormagiam. Civitas eſt imperialis & epiſcopalis, loco amœniſſimo, ac vini & frumenti feraciſſimo ſita: ubi Carolus Magnus, & ejus ſucceſſores Germani Imperatores, frequenter comitia celebrârunt. Ubi etiam noſter divus Carolus, ejus nominis Imp. V. ſua regni auſpicia inchoavit: habito illîc primo Procerum regni concilio. Propè adjacet mons Dornſperg; ad quem Adolphus, Comes ab Anaxone, Rom. Imp. fuit vict' ab Alberto Auſtriaco, an. Domini M CC LXXXIX. *Vangionum* mentio etiam apud Ciceronem, in epiſtolis ad Pomponium Atticum, libro 14. exſtat: quemadmodum nuper Beatus Rhenanus, ornamentum Germaniæ, etiam hunc depravatum locum reſtituit, libro ſecundo rerum Germanicarum. Lucanus libro I. veſtitum ipſorum Braccas fuiſſe, teſtatur:

Et qui te laxis imitantur, Sarmata, braccis
Vangiones. ——

Guntherus Ligurinus, libro 5. de rebus Friderici primi, VVormaciam ſic celebrat:

VVorma-

VVormaciam petit; medio qua gurgite Rheni
Gallica Germanis opponit rura colonis.
Utraq; frugiferis tellus uberrima campis,
Utraq; vinetis exuberat, utraq; pomis,
Piſcibus atq; feris, & cunctis rebus edendis.

In Vangionum regione, cis Rhenum, vicus eſt *Pfidersheymium*; à vini præſtantiâ, quod ager illius ædit, vulgò celebratus. Vangionum præſul fuit proximo ſeculo *Joannes Dalburgius*, periti ſſimus Græcæ & Latinæ linguæ, & ab Rudolpho Agricolâ, Sebaſtiano Branto, atque multis aliis, ſummis laudibus celebratus. *Joannes Dalburgius.*

TREBOCI, ſupra Vangiones & Nemetes, in Rheni ripâ nunc ſiti; è veteri Germaniâ Rhenum transgreſſi, in *Mediomatricorum* tractum immigrârunt: authore Strabone, libro 4. his verbis: *Poſt Helvetios, Sequani & Mediomatrici Rhenum incolunt. In quibus Tribocci, natione Germani, relicto natali ſolo, Rhenoq; trajecto, ſedes poſuerunt.* Cæſar libro 1. belli Gallici, *Triboces*; in quarto, *Tribucos*: Ptolemæus lib. 2. *Tribonos* appellat. Conradus Celtis, à trib. quercubus aut fagis, Nymphis antiquâ religione conſecratis, etymum deducit: quòd, cùm Germani in Galliam erumperent, in alterâ Rheni ripâ, ſiniſtrâ *Tribocorum etymon.*

ſcilicet, expulſis Gallis, conſederint; *Tribotes*, corrupto vocabulo, dicti fuerint, pro *Treybuchiis*. Hic tractus poſtea, ſub poſtremis Cæſaribus, *Argentoratenſis* eſt dictus; ab *Argentorato* urbe: quam ſemidocti *Argentinam* vocant; Alemanni *Strasburgum*: juxta quam, referente Ammiano, Julianus vicit Alemannos. Ampla eſt hodie civitas, ab Ammiano Marcell. lib. 15. 16. & 17. celebrata: ſimiliter à divo Hieronymo ad Gerontiam; Eutropio, in vitâ Conſtantini lib. 10. ac Sexto Aurelio. Argentoratenſis ſeu Trebocorum tractus, hodie *Alſatiæ*, ab *Alsâ* fluvio, qui mediam interfluit Alſatiam, (quondam *Ellus*, nunc *Illa* quoq; dictus) appellationem habet. Ptolemæus, inter Tribonorum oppida, etiam *Breucomagum* & *Elcebum* nominat. *Breucomagus* hodie vicus eſt Brumat / duobus miliariis infra Argentoratum ſitus. *Elcebus*, Seleſtadio fuit propinquum; quemadmodum in ſuis rerum Germanicarũ libris indicat Beatus Rhenanus, ejus ſoli indigena: unde quoque ejus ditionis deſcriptio petenda eſt. *Argentoratum* carmine deſcripſit etiam Hieronymus Gebvvilerus; quem adi: & Deſiderius Eraſmus Roterodamus ejus laudes, in ſcholiis ſuis in Hieronymum, non ſilet.

NEME-

NEMETES, ſupra Vangiones, Rheni fluminis accolæ, ſuperioris Germaniæ populi fuerunt: teſtimonio Julii Cæſaris, in primo belli Gallici; Plinio libro 4. cap. 17. Ptolemæo libro 2. cap. 9. & Ammiano Marcellino libro 15. quorum verba in Vangionibus retulimus. Et præter ea, quæ hîc aſtruit Cornelius, eoſdem libro annalium 12. Germanis attribuit: *Iisdem temporibus*, inquiens, *in ſuperiore Germania trepidatum, adventu Cattorum latrocinia agitantium. Deinde L. Pomponius legatus, auxiliares Vangiones ac Nemetes, addito equite alario, monuit, ut anteirent populatores, vel delapſis improviſi circumfunderentur.* Hos putant à ſolitudine appellatos; quòd locum à cultoribus deſertum inhabitârint. Niemand enim, ſive Niemet/ Alemannis neminē ſignificat. Hodie *Spirenſis* diœceſis cultores, Nemetum ditionē tenent. Ptolemæus *Neomagum* in Nemetibus ſtatuit. Ea haud dubiè nunc eſt *Spira*, civitas imperialis, epiſcopali ſede inſignis, ac Regum Germaniæ ſepulturâ nobilitata. nam *Conradus II. Heinrichus III.* qui dictꝰ eſt *Niger*, *Heinrichus IV.* dictus *Senior*, & *Heinrichus V.* dictus *Junior*, *Rudolphus Habſburgius*, *Albertus*; ſua illîc oſſa condiderunt. quemadmodum duo verſus parieti inſcripti teſtantur: *Imperatores Spiræ ſepulti.*

Filius hic, pater hic, avus hic, proavus jacet iſthic;
Hic proavi conjunx, hic Henrici ſenioris.

Beatus Rhenanus, libro 2. rerum Germanicarum, *Spiram* à Romanis militibus *ad Pyrum* olim vocitatam ſuſpicatur. Sebaſtianus Brant à molâ:

Inter Germanos quondam celeberrima Spira,
Quondam hac à molis nomen habere ſtudens.

Lucanus libro 1. facit mentionem *Nemetis*, in numero ſingulari:

— Tunc rura Nemetis
Qui tenet. —

Cisrhenana Nemetum regio, nobile illud generat vinum, quod Alemanni, propter rubeum colorem, *Gensfüſerinum* vocant.

Vinum Gensfüſerinum.

UBII quondam trans Rhenum, ad dextram fluminis ripam, ſederunt; teſte Cæſare, libro 4. commentariorum belli Gallici, his verbis: *Ad alteram partem ſuccedunt Ubii: quorum fuit civitas ampla atq; florens, ut eſt captus Germanorum.* & paulò pòſt: *Qui ſunt ejusdem generis, etiam cæteris humaniores; propterea quòd Rhenum attingant: multiq; ad eos mercatores ventitant, & ipſi propter propinquitatem, quòd gallicis ſunt morib. aſſuefacti.* Et paulò inferiùs:

Ubii

Ubii autem, qui uni ex transrhenanis ad Cæſarem legatos miſerant, amicitiam fecerant, obſides dederant; magnopere orabant, ut ſibi auxilium ferret, quòd graviter ab Suevis premerentur: vel, ſi id facere occupationibus populi Romani prohiberetur, exercitum modo Rhenum transportaret. Id ſibi ad auxilium, ſpemq; reliqui temporis ſatis futurum. Hi poſtea Rhenum traducti, Gallicam ripam accoluerunt: ubi etiamnum hærent. horum priſtinas ſedes poſtmodum *Franci* occupaverunt. Ipſos Strabo libro 4. *Vbios* appellat. *Loca hac trans Rhenum*, inquit, *incolebant Vbii: quos ad interiorem Rheni ripam traduxit Agrippa; nec invitos quidem*. Straboni aſtipulatur noſter Cornelius libro 12. annalium: *Agrippina Auguſta* (Claudii Cæſaris uxor, Germanici filia, & Agrippæ neptis; in Ubiorum oppido genita) *quò vim ſuam ſociis quoque nationibus oſtentaret; in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamq; deduci impetrat*, (à Claudio nimirum marito:) *cui nomen inditum ex vocabulo ipſius. Ac fortè acciderat, ut eam gentem, Rheno transgreſſam, avus Agrippa in fidem acciperet*. Idem Tacitus lib. 20. narrat, Batavos nullos pejùs tractâſſe, quàm *Ubios*: quòd hi, *genus Germanicæ originis, ejuratâ patriâ, Romanorum nomine Agrippinenſes vocarentur*. Hactenus Tacitus.

Franci Ubiorum loca occupaverunt.

Ubii nunc ſunt, qui Colonienſem archiepiſcopum agnoſcunt. Et *Coloniam Agrippinam*, ampliſſimi nominis urbem, Marcellinus libro 15. in ſecundâ Germaniâ collocat; quam Sex. Aureli' Galliæ tribuit. Cöln vocãt Germani. Hæc archiepiſcopum Electorem & Septemvirum alit, & literarum Gymnaſio nobilis eſt.

In Ubiis Cornelius *Marcodurum* vicũ memorat, ubi cohortes Agrippinenſium cæſæ ſint à Batavis; libro 20. annaliũ. Is locus hodie, prioribus duab. ſyllabis amputatis, *Durũ* appellatur: ubi ſuperſtitioſuli numen divæ Annæ adorant. E regione Agrippinẽſis Coloniæ ſitum eſt cœnobium Benedictorum monachorũ: *Tuitium* vocant, vulgò Teutſch; quod *Divitenſe munimentũ* fuiſſe, Rhenanus affirmat. Annotavit Hermolaus Barbarus, ad hodiernum diem ibi vicum *Ubium* videri, veteris appellationis indicium.

Ubii malunt *Agrippinenſes dici*, inquit Tacitus, quàm Colonienſes: *origine erubeſcunt*; non Ubios, ſed Agrippinenſes ſeſe appellantes. Poſtmodũ verò in corpus nomenq; Germaniæ redierũt; & Germanos cõſanguineos ſuos vocãt: author Tacitus lib. 20. Oppidum verò Ubiorum, *Colonia* eſt appellata: quòd Agrippina Auguſta novos illûc cultores, ſen-

Colonia unde dicta.

ſeu habitatores, ex Româ traduxiſſet. nam Colonia oppidum ſignificat, quò novi coloni habitatum mittuntur: Ein new beſetzte Stadt.

Ubii denique *Rhenum transgreſſi, & ſuper ipſam Rheni ripam collocati ſunt; ut arcerent* ingruẽtes Germanos, potiſſimùm Suevos, qui tum crebras in Galliam excurſiones fecerãt, ut eſt apud Cæſarem quarto belli Gallici; & *non ut* à Romanis *cuſtodirentur*.

Omnium harum gentium virtute præcipui Batavi, non multum ex ripâ; ſed inſulam Rheni amnis colunt. Cattorũ quondam populus, & ſeditione domeſticâ in eas ſedes transgreſſus; in quibus pars Romani imperii fierent. Manet honos, & antiquæ ſocietatis inſigne. nam nec tributis conteruntur, nec publicanus atterit: exemti oneribus & collationibus, & tantùm in uſum præliorum ſepoſiti, velut tela atq; arma, bellis reſervantur.

Pergit in deſcriptione Germaniæ populorum, ſiniſtram Rheni, id eſt, Belgicã ripam accolentium: quorum virtute *præcipuos* vocat *Batavos*. ne intelligas Cornelium de uni-

verſis loqui Germanorum populis; etiã Iſtævonibus, Vigevonibus, & Herivonibus. ſic enim ſunt Taciti verba accipienda: *Omnium harum gentium*, videlicet ciſrhenanarum, & à me hactenus memoratarum, Trevirorum, Nerviorũ, Vangionũ, Trebocorum, Nemetũ & Ubiorũ, *virtute p̃cipui ſunt Batavi.)* Fuerunt autem BATAVI primitus quoque transrhenani, ſicut etiã ii quos jam diximus; id eſt, in veteri Germaniâ ſiti. *Cattorũ* nimirùm *populus* (cujus veſtigiũ referre puto *Battenbergam*, Heſſorum municipium) *& ſeditione domeſticâ* pulſus, Rhenum trãſſcendens, in Belgicã conceſſit. author eſt ipſe noſter Cornelius lib. 20. hiſtoriæ Auguſtæ: *Batavi*, inquit, *donec trans Rhenũ agebant, pars Cattorum, ſeditione domeſticâ pulſi, extrema Gallicæ oræ vacua cultorib. ſimulq; inſulam inter vada ſitam occupavêre, quã mare Oceanũ à fronte; Rhenus amnis tergum ac latera circumluit: nec opibus Romanis, ſocietate validiorum, attriti, viros tantùm armaq; imperio miniſtrant, diu Germanicis bellis exerciti: mox auctâ per Britanniam gloriâ,* (quam rem etiã in vitâ Julii Agricolæ, ſoceri ſui, memorat) *transmiſſis illùc cohortibus, quas vetere inſtituto nobiliſſimi popularium regebant.* Hactenus Tacitus. Trãsgreſſi igitur Rhenum, primùm occupaverunt, quicquid à Rheni ſectione

inter

inter Moſæ ac Rheni comprehendebatur oſtia: ubi ſatis magnus terræ tractus in modum peninſulæ producitur; qui *Moſavalia*, à Moſâ & Vahali fluminibus (dat Land zwiſchen Maes vnd Wahl) cognominatur. Hujus argumentum eſt *Battoburgum*, vetuſta arx ad Moſæ ripam à Batavis condita: & ſupra illam *Cattvicus*, Batavorum terminus. Ubi etiam inſula *Bomelia*, & inſula *Tiela* (Bomelerwerd / vnnd Tielerwerd) fœcundiſſimo loco poſitæ, & extra veram Batavorum inſulam, hoc eſt, quę inter Vahalim ac Rhenum minimè cõtinentur; ſed magis inter Moſam atque Rhenum: antiquo tamen jure ad Batavorum ditionem ſpectârunt, atque etiam hodie ſpectant. Deinde, cùm hi agri non ſufficerent Batavorum multitudini, inſulã intra Rhenum Vahalimque ſitam, ad Oceanum usque, inhabitare cœperunt; *Batavorumq́; inſulam* nominaverunt. De quâ noſter Tacitus lib. 2. hiſt. Aug. *Inſula Batavorum, in quam convenirent prædicta, ob faciles adpulſus, accipiendisq́; copiis, & transmittendum ad bellum opportuna. Nam Rhenus uno alveo continuus, aut modicas inſulas circumveniens, apud principium agri Batavi, veluti in duos amnes dividitur, ſervatq́; nomen & violentiam curſus, qua Germaniam pravehitur, donec Oceano miſceatur: ad*

Gallicam ripam latior & placidior adfluens: verſo cognomento Vahalem accolæ dicunt: móxq; id quoque vocabulum mutat Moſâ flumine, ejúsq; immenſo ore eundem in Oceanũ effunditur. Tacito Plutarch⁹, in vitâ Othonis ſylvii, ſubſcribit. *Batavi*, inq̃t, *ſunt inter Germanos optimi equites, inſulam habitantes, quam Rhenus circumfluit.* Superior inſulæ pars etiámnum *Batavicum* nomen retinet, (die Betaw) intra *Vahalim* & *Leccam*: ubi *Grinnes* (nunc Rhinen) oppidũ, & *Huſſenum*. ejus imperium *Princeps Geldriorum* tenet; cui hæ Batavorum urbes ſubſunt: *Noviomagum*; *Bomelia*; *Tiela*, ad Vahalim; *Ruremunda*, ad Rure & Moſæ confluentem ſita; *Venlo*, ad Moſam: *Aquilina*, (id eſt, Arnheym) Wagening ſeu *Vaganum*, (quam Tacitus *Vadam* appellat lib. 21. annalium: Rheno adjacet) ſupra quam Rhenus in Leccam & Iſſulam ſcinditur. *Dœsburgum*, (olim *Aſciburgium* vocata) & *Zutphania*, ſunt ad Iſſulã. *Geldria*, à quâ toti regioni vocabulum, ac *Erſenum*, in præfecturâ Geldriæ jacent: *Locham, Grollis, Duddickom, Anolta, Schuleburgum, VVachtendunck, Stralen, Reichvvaldia, Pryſordia, Gruningum, Kuphorta.* *Noviomagum*, gentis caput eſt: cujus urbis pars inferior, *Heſſi mons*, in hæc usque tempora, ab Heſſo, Batavorum Principis filio, cognominata

Geldriæ urbes.

nata eſt: unde *Heſſis* nomenclatura. Arcis pars Vahali imminens, Dat Huß der Hülpen/ id eſt, domus auxiliaris, nuncupatur: quòd eam Julius Cæſar, contra aquarum vim, muniri curârit. Carolus Magnus arcem collabaſcentem reparavit; & ſacellum, diis Manibus ſacrum, Chriſto conſecravit. Ædificavit inſuper in hac arce tribunal, in quo crebrò inferioris Germaniæ populis jus dixit. *Gulielmus Comes Hollandiæ*, in Romani imperii regem, anno à partu ſalutifero MCCLIV. evectus, Noviomagum Geldriorum Comiti tradidit: in quorum ditione manet hodie quoque. Quatuor magna & navigabilia flumina, Geldriam, & ſuperiorem Bataviæ regionem perlabuntur: *Moſâ* ſcilicet, Galliæ Belgicæ amnis; ac tria Rheni oſtia, *Vahalis*; (qui *Helius*) *Vacalos*, ac *VVallis*, (*Balus* aliâs dicitur:) hic Batavorum inſulã à parte meridianâ præterfluit: *Lecca* ſeu *Lycus*, qui veteris Rheni appellationem ſervat; & *Iſſula*, aliâs *Flevus* quoque dictus. Intra Leccam & Iſſulam *Venavia*, id eſt, paludum inſula, vulgò Velaw appellata, jacet: habet Arnheym/ Wagening/ ꝛc. *Geldria* [illegible]

Inferior Inſulæ pars *Hollãdia* nũcupatur, & *Trajectẽſis*, das Biſthum vnd Stifft Vtricht:

Hollandiæ urbes & flumina.

in quâ ſunt urbes; *Batavodurũ*, (hęc eſt *Dueræſtadiũ*, ubi pars Rheni *Lecca* dici incipit) *Trajectum*, epiſcopalis civitas, (quæ, ad diſcrimé alterius *Trajecti*, ſupernè ad Moſam ſitæ, *Vltrajectum* cognominatur) *Amſterdamum, Schiedamum, Roterodamum*, (Deſiderii Eraſmi Polyhiſtoris clariſſimi natalis locus) *Culenburgum, Aſpera, Huclenum, Gouda, Burenũ, Lerdamum, Viana, Iſelſteynium, Mondfordia, VVorda, veteres Aquæ, Vlardinga, Dilſi, Grevenhaga, Hardervygum, Gorichemum, Leydena, Schonhovium, Dordrachum.* Amnes verò, qui infernam Bataviam, id eſt, Hollandiam, perfluunt; prtæer *Rheni*, quę diximus, *oſtia*, ſunt: *Linga, Rotera, Amera, Gouda, Schia, Merva,* & *Barot.*

Hollandiæ deſcriptio.

D. Eraſmus, in adagio, *Auris Batava*, Hollandiam patriam ſuam admodum honeſto celebravit elogio: *Si*, inquit, *mores domeſticos ſpectas; non alia gens eſt ad humanitatem, & benignitatem propenſior; cuiq; minus adſit vel feritatis, vel truculentiæ. Ingenium ſimplex, & ab inſidiis, omniq; fuco alienum: nullis gravibus obnoxium vitiis; tantùm ad voluptatem, præcipuè conviviorum, aliquantò deditius. Cujus rei cauſam eſſe puto, miram rerum omnium exuberantiam, quibus voluptatis ſtudium irritari ſolet: idq; partim ob commoditatem importationum: quod non*

non ſolùm occupat duo nobiliſſimorum fluminum oſtia, Moſæ, Rhenıq́; verùm etiam quòd aliquātâ ſui parte Oceano alluitur: partim ob nativam regionis ubertatem; ut quæ paſſim navigabilibus ac piſcoſis interluatur fluviis, paſcuis uberrimis abundet. Ad hæc avium infinitam copiam, paludes ſaltusq́; ſuppeditant. Proinde negant, aliam inveniri regionem, quæ ſimili ſpatio, tantum oppidorum contineat: mediocri quidem magnitudine; ſed incredibili politiâ. In domeſticæ ſupellectilis nitore, palmam uni concedunt Hollandiæ negotiatores, quibus pleraq́; pars orbis eſt peragrata. Mediocriter eruditorum, nuſquam gentium frequentior numerus. Ad exquiſitam eruditionem, præſertim antiquam, quò non perinde multi perveniant: aut vitæ luxus in cauſâ eſt; aut quòd apud illos plus honoris habetur egregiæ morum integritati, quàm egregiæ doctrinæ. Nam ingenium non negatum eſſe illis, plurimis conſtat argumentis: quanquam mihi ſanè quàm mediocre contigit; ne dicam exiguum, ut & cætera pleraq́;. Hæc Eraſmus. Ipſam *Hollandiam* à cavitate, quòd ſit cavernoſa & poris plena, unde ſubtus aquea eſt, appellatam volunt. Conradus Celtis:

Hollandosq́; cavis habitant qui littora terris.

Caninefates, origine, linguâ, virtute Batavis pares, hujus inſulæ partem incoluêre; Tacito lib. 20. authore. Brabanticum vulgus hos

Kennemerlanders vocat. Suetonius ſcribit, *Caligulam Batavos circa ſe corporis cuſtodes habuiſſe.* Sic Juvenalis 8. ſatyrâ:

Hic petit Euphraten, juvenis domitiq; Batavi
Cuſtodes aquilas armis induſtrius, at tu.

Meminit etiam Silius Italicus, lib. 3. belli Punici, in Domitiani laude:

Jam puer auricomo præformidate Batavo.

Lucanus hos *truces* vocat. De illis etiam Plinius lib. 4. cap. 15. & 17. Inter Batavorum Principes, clari ſunt in hiſtoriis; *Belinus* Rex Batavorum, & ejus filius *Admimocinus*; quorum meminit Suetonius in Caligulâ cap. 44. *Cariovalda, Claudius Civilis, Julius Paulus* è regiâ ſtirpe, *Cl. Labeo, Julius Maximus, Cl. Victor, Brinio Caninefas*: quos Corn. lib. 2. & 20. annalium celebrat.

Batavorum Principes.

Conteruntur.) Quidam codices *contemnuntur* habent; verùm mihi placet *conterũtur*: nam tributa, exactiones, vectigalia, & id genus onera, expilant & conterunt nationes. Rhenanus putat, etiam legi poſſe *condemnantur*. *Damnare* enim Livius etiam pro multare uſurpat, lib. 5. dec. quartæ; *Multos pecuarios damnârunt.* Aliâs quoq; ſcripſit Tacitus, *Batavos opibus Romanis ſocietate validiorum non fuiſſe attritos, tributorum expertes, viros tantùm armáque imperio miniſtráſſe*; libro 20. hiſto-

Batavi immunes.

hiſtoriæ Auguſtæ. Bataviam poſteriùs *Franci* occupârunt; quos indè ejecit Conſtantius, Conſtantini Magni pater: quod Panegyriſtæ ſcribunt. *Franci occupaverunt Bataviam.*

Eſt in eodem obſequio & Mattiacorum gens. Protulit enim magnitudo populi Romani ultra Rhenum, ultraq́ue veteres terminos, imperii reverentiam. Ita ſede finibusq́ue in ſuâ ripâ, mente animoq́ue nobiſcum agunt: cætera ſimiles Batavis; niſi quòd ipſo adhuc terræ ſuæ ſolo, & cælo acriùs animantur.

MATTIACI ultra Rhenum, in ripâ Germanicâ, Batavis ſimiles atque finitimi fuerunt; à Romanis quoque provinciales facti. eam inſulam Rheni inhabitâſſe feruntur, quę *Selandia* nuncupatur, ultima Germaniæ ora ad Septentrionē occidētémve: inſula ſanè frugifera ac portuoſa; ſolum ipſum uliginoſum & ſalſum; foſſarū infinita multitudo quib' undā à pratis & fundis excludunt & linum in eis macerāt: lignorū vice glebas ſole arefactas cremāt. Aggeres in littore exſtructi (Dam vocāt linguâ vernaculâ) Oceani ęſtus arcent. *Selandia* dicta, iſt eſt, inſularis ſeu maritima terra; ꝙ noſtro Oceano appoſita ſit,

See enim Germanis mare & lacum ſignificat; Land terram. Urbes habet, *Mittelburgum*; *Brielim*, à quâ non ita procul Scaldis in Moſam fluit; *Sonnam*, & *Oſtervornium*, *Gærceam*, *Breuvershovium*, Dreyſcher/ *Ciriczea*, celebre oppidum, cujus cives rei nauticæ peritiâ cæteras ferè maritimas nationes excellunt, in Scaldiâ Selandiæ inſulâ: S. Paulus Land/ S. Hanſen Land/ Vianen/ Gauber/ Schaweinſee/ S. Maxine Deich/ Zollhauß/ Remetswal/ Wichenliebt/ Vliſſingen/ *VVeſtcapellam*, *Vercam*, *Eremundam*, *Bugesducum*, *Armvenem*. Selandiam ego Batavis mallem attribuere, & *Mattiacos* paulò ſuperiùs juxta Cattos ſtatuere, ubi ſunt *Gelrenſis* ac *Clevenſis ducatus*, trans Rhenum in Germaniâ veteri, circa *Daventriam*, *Campos*, & *Suollim*, *ſive Trajectum* epiſcopalem civitatē. quòd Cornelius mox dicat: *Ultra hos Catti*, &c. & lib. 1. annalium, *Mattium Cattorum caput* aſſeveret. Cujus loci veſtigium videtur *Matmeld* referre. Curtius Rufus *in agro Mattiaco* recluſit ſpecus, quærendis venis argenti: referente Tacito lib. 11. Annalium. Plinius lib. 31. cap. 2. hiſtoriæ mundi, teſtis eſt, *Mattiacos* in Germaniâ *fontes* eſſe calidos, trans Rhenum, quorum hauſtus triduo ferveat: circa margines verò, pumicem facere aquas.

Selandiæ urbes.

aquas. Hermolaus Barbarus ſuper Plinium, à Maguneiaco plus M CCCC. ſtadiis ſitos refert *Mattiacos*, juxta Ptolemæi relationẽ; qui libro 2. cap. 11. inter Germaniæ urbes ponit etiam *Mattiacum*. In carmine Martialis poëtæ:

Accipe Mattiacas quo tibi Calve pilas.

Eruditi interpretes *Saponem Batavum* putant ſignificatum: quòd ſapo, ad rutilandos capillos, maximo uſui fuerit Germanis, tam viris, quàm fœminis; Plinio authore, lib. 28. cap. 10. hiſtoriæ mundi.

Vltra Rhenum.) Julius Cæſar lib. 4. belli Gallici author eſt, *Rhenum* Romani populi terminum fuiſſe. Et Appianus Alexandrinus, in procemio hiſtor. *In Europa*, inquit, *fluvii duo, Rhenus & Iſter, potiſſimum Romanis finem imponunt: quorum quidem Rhenus ad Borealem Oceanum; Iſter ad Euxinum pontum influit.* De Rheno idem ſcribit Florus, lib. 4. cap. 12. De Iſtro, poſt Salluſtium, etiam Aulus Gellius lib. 10. cap. 7. noct. Atticar. *Rhenus limes Rom. Imperii.*

Acrius animantur.) Ut enim ſolum ipsũ frigidius, & aër craſſior eſt: ita homines ædit craſſos, duriores atq; tolerantiores. Plinius ad Trajanum Cæſarem: *Hæ gentes ferè non telis magis, quàm ſuo ſydere armantur.* *Germani cœlo & ſolo animantur.*

Digitized by Google

Non numeraverim inter Germaniæ populos, quanquam trans Rhenum Danubiumq́ʒ conſederint, eos qui Decumates agros exercent. Leviſſimus quisqʒ Gallorum, & inopiâ audax, dubiæ poſſeſſionis ſolum occupavêre. Mox limite acto promotisq́ʒ præſidiis, ſinus imperii, & pars provinciæ habentur.

Diu me torſi, qui fuerint aliquando *Decumates agri, ab leviſſimis quibusqʒ Gallorum occupati.* lego relegoque, volvo & revolvo Tacitum, ſingula verba penitiùs conſiderans; dubius, quo loci illos conſtituam. Hæſi aliquandiu, num ſub Venetum lacum, quem Cellenſem in Rheni deſcriptione dixi, collocē, aut infra Maguncíacũ ad Rhenũ: quòd Cor. mox videatur illis Cattos jungere. tandem in eam cõcedo ſententiã, ut putem, *Decumates agros* fuiſſe ad confinium Germaniæ Rhætięq;, cujus ſuperiùs meminit Tacitus: qui *trans Rhenũ Danubiumq́ʒ* extiterint. Nam poſtquã Tacitus ſiniſtram, hoc eſt, Gallicam Rheni ripam, abſolvit, quam *Tręboci, Nemetes, Vangiones, Ubii, & Batavi* accolebãt: mox alteram Germanicã ejusdem fluminis ripam ſupernè exorſus, pergit deſcribere, ad *Friſios* usque deſcendes. Initium autem Germaniæ ad

Decumates agri ubi fuerint.

Germaniæ initium ubi.

ad Danubii fontem erat, & infra Venetum lacum; ubi nunc *Hegovia.* Illîc ergo, inter Rhenum & Danubii fontẽ, haud procul ab Martianæ ſylvę initio, erant aliqui agri, quorum cultores non erant Germani; licèt ſolũ ipſum fuerit Germanicũ, ꝑpter ſitum, quòd inter Rhenum & Danubium interjaceat: in quos *Gallorũ leviſſimi, & ob egeſtatem*, quæ cogit hominẽ extrema experiri, *audaciores*, intraverunt. Quem agrum ſi diligẽter quæras, *Clecgaviam* habitatores Alemanni vocant, infra Hegoviã: cujus latera claudunt Martianum nemus, (Hercyniæ eſt caput) & Rhenꝰ amnis. Ibi vicꝰ eſt memorabilis, Hallow; ubi patrum noſtrorũ memoriâ, magna vis oſſium humanorum effoſſa eſt: vulgus ꝓ martyribꝰ colit Thebeæ legionis, qui fuerint de cõmilitio divi Mauritii. Niſi alicui placeat, *Albã* in Decumates agros collocare; quæ & ipſa Hercynii nemoris portio eſt, rectà Danubiũ ſequens, Ulmam usq;: infra quam caſtellum *Albeggum* jacet, ab Albę extremitate ſive angulo, quemadmodũ conjicio, nuncupatum. Nec videtur *Deccẽſis* arcis nomenclatura abludere, (quæ VVirtenbergenſibus Principibus acceſſit) haud procul ab *Nicri* fluminis ripâ & *Kircheymio* oppido, cui indè cognomentũ, ſita; & Agricolarũ bello, Anno ſalu-

Alba, Hercynii ſaltus portio.

nos, rationis ac ſolertiæ: præponere electos, audire præpoſitos, nôſſe ordines, intelligere occaſiones, differre impetus, diſponere diem, vallare noctem; fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerare: quódque rariſſimum, nec niſi ratione diſciplinæ conceſſum, plus reponere in duce, quàm in exercitu. omne robur in pedite, quem ſuper arma ferramentis quoque & copiis coonerant. Alios ad prælium ire videas; Cattos ad bellum. rari excurſus, & fortuita pugna. Equeſtrium ſanè virium id proprium; citò parare victoriam, citò cedere. Velocitas juxta formidinem; cunctatio propior conſtantiæ eſt. Et aliis Germanorum populis uſurpatum, rarâ & privatâ cujusq; audentiâ, apud Cattos in conſenſum vertit: ut primùm adoleverint; crinem barbamq; ſummittere; nec, niſi hoſte cæſo, exſuere votivum, obligatumq; virtuti, oris habitum. Super ſanguinem & ſpolia revelant frontem; ſeq; tum demum precia naſcendi retuliſſe, dignosq; patriâ ac parentibus ferunt. Ignavis & imbellibus manet ſqualor.

lor. Fortiſſimus quisq; ferreum inſuper annulum (ignominioſum id genti) velut vinculum geſtat, donec ſe cæde hoſtis abſolvat. Plurimis Cattorum hic placet habitus. Iamq; canent inſignes & hoſtibus ſimul, ſuisq; monſtrati. omnium penès hos initia pugnarum. hæc prima ſemper acies, viſu nova. Nam ne in pace quidem vultu mitiore manſueſcunt. Nulli domus, aut ager, aut aliqua cura: pro-ut ad quemq; venêre, aluntur; prodigi alieni, contemtores ſui, donec exſanguis ſenectus tam duræ virtuti impares faciat.

CATTI, Germaniæ populi, Cheruſcis & Hermunduris finitimi fuêre. *Initium ſedis* ipſorũ *ab Hercynio*, id eſt, ab eo ſaltu Hercyniæ, qui veterẽ retinet appellationem: vulgò enim *Harto*, der Hartz, & *Hertici montes*, nomen habẽt. Durant montes ad *Viſurgim* usq; fluvium; (*VVeſeram* dicũt accolæ) & etiam illo trãſcenſo, in *VVeſtvaliam* perveniũt, ad ſylvã occidentalem Hercyniæ portionẽ, vulgò Weſterwald appellatam, in terram usque *ducatus Bergenſis*. Ptolemæus lib. 2. cap. 11. in hoc tractu ſtatuit *Melibocum*, & *Abnobæos mõtes*: qui à Saxonicis atq; Toringicis cãpis,

Hollandiæ urbes & flumina.

in quâ ſunt urbes; *Batavodurū*, (hęc eſt *Duerſtadiū*, ubi pars Rheni *Lecca* dici incipit) *Trajectum*, epiſcopalis civitas, (quæ, ad diſcrimē alterius *Trajecti*, ſupernè ad Moſam ſitæ, *Ultrajectum* cognominatur) *Amſterdamum*, *Schiedamum*, *Roterodamum*, (Deſiderii Eraſmi Polyhiſtoris clariſſimi natalis locus) *Culenburgum*, *Aſpera*, *Huclenum*, *Gouda*, *Burenū*, *Lerdamum*, *Viana*, *Iſelſteynium*, *Mondfordia*, *VVorda*, *veteres Aquæ*, *Ulardinga*, *Dilfi*, *Grevenhaga*, *Hardervygum*, *Gorichemum*, *Leydena*, *Schonhovium*, *Dordrachum*. Amnes verò, qui infernam Bataviam, id eſt, Hollandiam, perfluunt; prtæer *Rheni*, quę diximus, *oſtia*, ſunt: *Linga*, *Rotera*, *Amera*, *Gouda*, *Schia*, *Merva*, & *Barot*.

Hollandiæ deſcriptio.

D. Eraſmus, in adagio, *Auris Batava*, Hollandiam patriam ſuam admodum honeſto celebravit elogio: *Si*, inquit, *mores domeſticos ſpectas; non alia gens eſt ad humanitatem, & benignitatem propenſior; cuiq; minus adſit vel feritatis, vel truculentiæ. Ingenium ſimplex, & ab inſidiis, omniq; fuco alienum: nullis gravibus obnoxium vitiis; tantùm ad voluptatem, præcipuè conviviorum, aliquantò deditius. Cujus rei cauſam eſſe puto, miram rerum omnium exuberantiam, quibus voluptatis ſtudium irritari ſolet: idq; partim ob commoditatem importationum: quòd*

non

non ſolùm occupat duo nobiliſſimorum fluminum oſtia, Moſæ, Rhenìq; verùm etiam quòd aliquâtâ ſui parte Oceano alluitur: partim ob nativam regionis ubertatem; ut quæ paſſim navigabilibus ac piſcoſis interluatur fluviis, paſcuis uberrimis abundet. Ad hæc avium infinitam copiam, paludes ſaltusq; ſuppeditant. Proinde negant, aliam inveniri regionem, quæ ſimili ſpatio, tantum oppidorum contineat: mediocri quidem magnitudine; ſed incredibili politiâ. In domeſticæ ſupellectilis nitore, palmam uni concedunt Hollandiæ negotiatores, quibus pleraq; pars orbis eſt peragrata. Mediocriter eruditorum, nuſquam gentium frequentior numerus. Ad exquiſitam eruditionem, præſertim antiquam, quò non perinde multi perveniant: aut vitæ luxus in causâ eſt; aut quòd apud illos plus honoris habetur egregiæ morum integritati, quàm egregiæ doctrinæ. Nam ingenium non negatum eſſe illis, plurimis conſtat argumentis: quanquam mihi ſanè quàm mediocre contigit; ne dicam exiguum, ut & cætera pleraq;. Hæc Eraſmus. Ipſam *Hollandiam* à cavitate, quòd ſit cavernoſa & poris plena, unde ſubtus aquea eſt, appellatam volunt. Conradus Celtis:

Hollandosq; cavis habitant qui littora terris.

Caninefates, origine, linguâ, virtute Batavis pares, hujus inſulæ partem incoluêre; Tacito lib. 20. authore. Brabanticum vulgus hos

Kennemerlanders vocat. Suetonius ſcribit, *Caligulam Batavos circa ſe corporis cuſtodes habuiſſe.* Sic Juvenalis 8. ſatyrâ:

Hic petit Euphraten, juvenis domitiq; Batavi
Cuſtodes aquilas armis induſtrius, at tu.

Meminit etiam Silius Italicus, lib. 3. belli Punici, in Domitiani laude;

Jam puer auricomo præformidate Batavo.

Lucanus hos *truces* vocat. De illis etiam Plinius lib. 4. cap. 15. & 17. Inter Batavorum Principes, clari ſunt in hiſtoriis; *Bellinus* Rex Batavorum, & ejus filius *Admimocinus*; quorum meminit Suetonius in Caligulâ cap. 44. *Cariovalda, Claudius Civilis, Julius Paulus* è regiâ ſtirpe, *Cl. Labeo, Julius Maximus, Cl. Victor, Brinio Caninefas*: quos Corn. lib. 2. & 20. annalium celebrat.

Batavorum Principes.

Conteruntur.) Quidam codices *contemnuntur* habent; verùm mihi placet *conterũtur*: nam tributa, exactiones, vectigalia, & id genus onera, expilant & conterunt nationes. Rhenanus putat, etiam legi poſſe *condemnantur. Damnare* enim Livius etiam pro multare uſurpat, lib. 5. dec. quartæ; *Multos pecuarios damnárunt.* Aliâs quoq; ſcripſit Tacitus; *Batavos opibus Romanis ſocietate validiorum non fuiſſe attritos, tributorum expertes, viros tantùm armáque imperio miniſtráſſe*: libro 20. hiſto-

Batavi immunes.

hiſtoriæ Auguſtæ. Bataviam poſteriùs *Franci* occupârunt; quos indè ejecit Conſtantius, Conſtantini Magni pater: quod Panegyriſtæ ſcribunt. *Franci occuparunt Bataviam.*

Eſt in eodem obſequio & Mattiacorum gens. Protulit enim magnitudo populi Romani ultra Rhenum, ultraq; veteres terminos, imperii reverentiam. Ita ſede finibusq; in ſuâ ripâ, mente animoq; nobiſcum agunt: cætera ſimiles Batavis; niſi quòd ipſo adhuc terræ ſuæ ſolo, & cælo acriùs animantur.

MATTIACI ultra Rhenum, in ripâ Germanicâ, Batavis ſimiles atque finitimi fuerunt; à Romanis quoque provinciales facti. eam inſulam Rheni inhabitâſſe feruntur, quę *Selandia* nuncupatur, ultima Germaniæ ora ad Septentrionē occidētémve: inſula ſanè frugifera ac portuoſa; ſolum ipſum uliginoſum & ſalſum; foſſarū infinita multitudo quib' undā à pratis & fundis excludunt & linum in eis macerāt: lignorū vice glebas ſole arefactas cremāt. Aggeres in littore exſtructi (Dam vocāt linguâ vernaculâ) Oceani ęſtus arcent. *Selandia* dicta, iſt eſt, inſularis ſeu maritima terra; ꝙ noſtro Oceano appoſita ſit.

Sée enim Germanis mare & lacum ſignificat; Land terram. Urbes habet, *Mittelburgum*; *Brielim*, à quâ non ita procul Scaldis in Moſam fluit; *Sonnam*, & *Oſtervornium*, *Gœrceam*, *Breuvershovium*, Dreyſcher/ *Ciriczea*, celebre oppidum, cujus cives rei nauticæ peritiâ cæteras ferè maritimas nationes excellunt, in Scaldiâ Selandiæ inſulâ: S. Paulus Land/ S. Hanſen Land/ Vianen/ Gauber/ Schaweinſee/ S. Marine Deich/ Zollhauß/ Remetswal/ Wichenlicht/ Vliſſingen/ *VVeſtcapellam*, *Vercam*, *Eremundam*, *Bugesducum*, *Armvenem*. Selandiam ego Batavis mallem attribuere, & *Mattiacos* paulò ſuperiùs juxta Cattos ſtatuere, ubi ſunt *Gelrenſis* ac *Clevenſis ducatus*, trans Rhenum in Germaniâ veteri, circa *Daventriam*, *Campos*, & *Suollim*, *ſive Trajectum* epiſcopalem civitatẽ. quòd Cornelius mox dicat: *Ultra hos Catti*, &c. & lib. 1. annalium, *Mattium Cattorum caput* aſſeveret. Cujus loci veſtigium videtur *Matmeld* referre. Curtius Rufus *in agro Mattiaco* recluſit ſpecus, quærendis venis argenti; referente Tacito lib. 11. Annalium. Plinius lib. 31. cap. 2. hiſtoriæ mundi, teſtis eſt, *Mattiacos* in Germaniâ *fontes* eſſe calidos, trans Rhenum, quorum hauſtus triduo ferveat: circa margines verò, pumicem facere aquas.

Selandiæ urbes.

aquas. Hermolaus Barbarus ſuper Plinium, à Maguntiaco plus M CCCC. ſtadiis ſitos refert *Mattiacos*, juxta Ptolemæi relationē; qui libro 2. cap. 11. inter Germaniæ urbes ponit etiam *Mattiacum*. In carmine Martialis poëtæ:

Accipe Mattiacas quo tibi Calve pilas.

Eruditi interpretes *Saponem Batavum* putant ſignificatum: quòd ſapo, ad rutilandos capillos, maximo uſui fuerit Germanis, tam viris, quàm fœminis; Plinio authore, lib. 28. cap. 10. hiſtoriæ mundi.

Vltra Rhenum.) Julius Cæſar lib. 4. belli Gallici author eſt, *Rhenum* Romani populi terminum fuiſſe. Et Appianus Alexandrinus, in proœmio hiſtor. *In Europâ*, inquit, *fluvii duo, Rhenus & Iſter, potiſſimum Romanis finem imponunt: quorum quidem Rhenus ad Borealem Oceanum; Iſter ad Euxinum pontum influit.* De Rheno idem ſcribit Florus, lib. 4. cap. 12. De Iſtro, poſt Salluſtium, etiam Aulus Gellius lib. 10. cap. 7. noct. Atticar. *Rhenus limes Rom. Imperii.*

Acriùs animantur.) Ut enim ſolum ipsū frigidius, & aër craſſior eſt: ita homines ædit craſſos, duriores atq; tolerantiores. Plinius ad Trajanum Cæſarem: *Hæ gentes ferè non telis magis, quàm ſuo ſydere armantur.* *Germani cœlo & ſolo animantur.*

Non numeraverim inter Germaniæ populos, quanquam trans Rhenum Danubiumq́; conſederint, eos qui Decumates agros exercent. Leviſsimus quisq́; Gallorum, & inopiâ audax, dubiæ poſſeſsionis ſolum occupavêre. Mox limite acto promotisq́; præſidiis, ſinus imperii, & pars provinciæ habentur.

Diu me torſi, qui fuerint aliquando *Decumates agri, ab leviſſimis quibusq́; Gallorum occupati.* lego relegoque, volvo & revolvo Tacitum, ſingula verba penitiùs conſiderans; dubius, quo loci illos conſtituam. Hæſi aliquandiu, num ſub Venetum lacum, quem Cellenſem in Rheni deſcriptione dixi, collocẽ, aut infra Maguncıacũ ad Rhenũ: quòd Cor. mox videatur illis Cattos jungere. tandem in eam cõcedo ſententiã, ut putem, *Decumates agros* fuiſſe ad confinium Germaniæ Rhætięq́;, cujus ſuperiùs meminit Tacitus: qui *trans Rhenũ Danubiumq́;* exſtiterint. Nam poſtquã Tacitus ſiniſtram, hoc eſt, Gallicam Rheni ripam, abſolvit, quam *Treboci, Nemetes, Vangiones, Ubii, & Batavi* accolebãt: mox alteram Germanicã ejusdem fluminis ripam ſupernè exorſus, pergit deſcribere, ad *Friſios* usque deſcendes. Initium autem Germaniæ ad

Decumates agri ubi fuerint.

Germaniæ initium ubi.

ad Danubii fontem erat, & infra Venetum lacum; ubi nunc *Hegovia.* Illîc ergo inter Rhenum & Danubii fonte, haud procul ab Martianæ ſylvę initio, erant aliqui agri, quorum cultores non erant Germani; licèt ſolũ ipſum fuerit Germanicũ, ꝑpter ſitum, quòd inter Rhenum & Danubium interjaceat: in quos *Gallorũ leviſſimi, & ob egeſtatem*, quæ cogit hominẽ extrema experiri, *audaciores*, intraverunt. Quem agrum ſi diligẽter quæras, *Clecgaviam* habitatores Alemanni vocant, infra Hegoviã: cujus latera claudunt Martianum nemus, (Hercyniæ eſt caput) & Rhenus amnis. Ibi vic⁹ eſt memorabilis, Hallow; ubi patrum noſtrorũ memoriâ, magna vis oſſium humanorum effoſſa eſt: vulgus ꝑ martyrib⁹ colit Thebeæ legionis, qui fuerint de cõmilitio divi Mauritii. Niſi alicui placeat, *Albã* in Decumates agros collocare; quæ & ipſa Hercynii nemoris portio eſt, rectà Danubiũ ſequens, Ulmam usq;: infra quam caſtellum *Albeggum* jacet, ab Albę extremitate ſive angulo, quemadmodũ conjicio, nuncupatum. Nec videtur *Deccẽſis* arcis nomenclatura abludere, (quæ VVirtenbergenſibus Principibus acceſſit) haud procul ab *Nicri* fluminis ripâ & *Kircheymio* oppido, cui indè cognomentũ, ſita; & Agricolarũ bello, Anno ſalu-

Alba, Hercynii ſaltus portio.

tiferi partus M D XXV. exuſta: quam non pridem *Tectoſagis* attribui: poteſt enim fieri, ut Tectoſages in Decumates agros abierint. Ferax ager eſt & amœnus,&, præter frumenti & pabulorum ubertatem, feris & piſcibus dives. *Martianũ nemus* frequentem prębet venationem. *Danubius,Nicer*(qui *Neccarus*) atque rivi, quorum plurimi eundem agrum perlabuntur, piſcium miniſtrant copiam.

Vocat autem *dubiæ poſſeſſionis ſolum*, propter dubios & incertos poſſeſſores, nunc Germanos, mox Romanos: vel quòd neutri parti liceret illîc perpetuò conſidere. Si enim Germani occupâſſent, pellebantur à Romanis: ſi uſurpâſſent Romani, viciſſim à fortioribus Germanis extrudebantur. quando cõmunis Mars eſt, nec ſinè cauſsâ Homero ἀλλοπρόσαλλος cognominatus ; quòd nunc his, nunc illis dat vincere.

Mox limite acto, promotisq; præſidiis, quæ ad fluviorum ripas erant, (ubi plerumque ſua munimenta Romani collocabant, ut arcerent hoſtium vim) in Romanorum ditionem ceſſerunt; *ſinus imperii, & pars provinciæ*, puto Rhætiæ, *habentur:* hoc eſt, recepti ſunt in ſinum imperii, & provinciæ partem. At *Decumani* ſunt in Narbonenſi Galliâ; Plinio & Pomp. Melâ authoribus. Ille enim in lib. 3.

cap.

cap.4. hiſtoriæ mundi, de Narbonenſi ſcribens Gallia: *Narbo*, inquit, *Martius, Decumanorũ colonia, duodecim millia paſſuum à mari diſtans.* Hic in 2. geographiæ ait: *Sed anteſtat omnis Atacinorũ Decumanorumq́; Colonia, unde olim iis terris auxilium fuit; nunc & nomen & decus eſt Martius Narbo.* Dicta *colonia Decumanorum*, à legionum ordine numeroque, illûc à Triumviris, C. Julii Cæſaris curâ adhibitis, deducta: eo modo, quo ſecundùm Græcos Romani frequentiùs ſunt ſoliti. *Decumani* ergo, decimæ legionis milites: ſicut Secundani, Sextani, ſecundæ & ſextæ. *Decumanus* præterea *limes* vocatur, qui ſecat agrum ab exortu ad occaſum: ſicut idem Plinius lib.18. cap.34. & Columella prodiderũt.

Vltra hos, Catti initium ſedis ab Hercynio ſaltu inchoant; non ita effuſis ac paluſtribus locis, ut cæteræ civitates, in quas Germania pateſcit. durant ſiquidem colles, paulatimq́; rareſcunt: & Cattos ſuos ſaltus Hercynius proſequitur ſimul, atque deponit. Duriora genti corpora, ſtricti artus, minax vultus, & major animi vigor. Multum, ut inter Germa-

nos, rationis ac ſolertiæ: præponere electos, audire præpoſitos, nôſſe ordines, intelligere occaſiones, differre impetus, diſponere diem, vallare noctem; fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerare: quódque rariſſimum, nec niſi ratione diſciplinæ conceſſum, plus reponere in duce, quàm in exercitu. omne robur in pedite, quem ſuper arma ferramentis quoque & copiis coonerant. Alios ad prælium ire videas; Cattos ad bellum. rari excurſus, & fortuita pugna. Equeſtrium ſanè virium id proprium; citò parare victoriam, citò cedere. Velocitas juxta formidinem; cunctatio propior conſtantiæ eſt. Et aliis Germanorum populis uſurpatum, rarâ & privatâ cujusq; audentiâ, apud Cattos in conſenſum vertit: ut-primùm adoleverint, crinem barbamq; ſummittere; nec, niſi hoſte cæſo, exſuere votivum, obligatumq; virtuti, oris habitum. Super ſanguinem & ſpolia revelant frontem; ſeq; tum demum precia naſcendi retuliſſe, dignosq; patriâ ac parentibus ferunt. Ignavis & imbellibus manet ſqualor.

lor. Fortiſſimus quiſq; ferreum inſuper annulum (ignominioſum id genti) velut vinculum geſtat, donec ſe cæde hoſtis abſolvat. Plurimis Cattorum hic placet habitus. Iamq; canent inſignes & hoſtibus ſimul, ſuiſq; monſtrati. omnium penès hos initia pugnarum. hæc prima ſemper acies, viſu nova. Nam ne in pace quidem vultu mitiore manſueſcunt. Nulli domus, aut ager, aut aliqua cura: pro-ut ad quemq; venêre, aluntur; prodigi alieni, contemtores ſui, donec exſanguis ſenectus tam duræ virtuti impares faciat.

CATTI, Germaniæ populi, Cheruſcis & Hermunduris finitimi fuêre. *Initium ſedis* ipſorũ *ab Hercynio,* id eſt, ab eo ſaltu Hercyniæ, qui veterẽ retinet appellationem: vulgò enim *Harto,* der Hartz, & *Hertici montes,* nomen habẽt. Durant montes ad *Viſurgim* usq; fluvium; (*VVeſeram* dicunt accolæ) & etiam illo trãſcenſo, in *VVeſtvaliam* perveniũt, ad ſylvã occidentalem Hercyniæ portionẽ, vulgò Weſterwald appellatam, in terram usque *ducatus Bergenſis.* Ptolemæus lib. 2. cap. 11. in hoc tractu ſtatuit *Melibocum,* & *Abnobæos mõtes:* qui à Saxonicis atq; Toringicis cãpis,

per Heſſiam, VVeſtvaliam usq; protenduntur. Unde evidentiſſimum eſt, *Cattorum* oram ſupernè *Herticos, Saxones, Toringos, Franciæ portiunculam*, & mox *Buchonios* attingere, & per *Heſſos* deſcendere in *VVeſtvaliam*, ad Rhenum usque; ubi hæſerunt gentis reliquiæ, vulgò *Catzenelebogii*, pro Cattmelibocis, id eſt Cattis Melibocis, qui Melibocum montem accolunt: ſuperſunt duæ arces hoc nomine, ditionis Heſſicæ, quarum recentior Rhenum proſpectat. Tradit Cornelius libro 13. annalium: *Inter Hermunduros Cattosq; certatum magno prælio, dum flumen, gignendo ſale fœcundum & conterminum, vi trahunt, ſuper libidinem cuncta armis agendi; religione inſitâ, eos maximè locos propinquare cœlo, precesq; mortalium à deis nusquam propius audiri. Indè indulgentiâ numinum illo in amne, illisq; ſylvis, ſalem provenire: non, ut alias apud gentes, eluvie maris areſcente undâ; ſed ſuper ardentem arborum ſtruem fusâ, contrariis inter ſe elementis, igne atque aquis, concretâ. Sed bellum Hermunduris proſperum; Cattis exitio fuit: quia victores diverſam aciem Marti ac Mercurio ſacravère; quo voto, equi, viri, cuncta victa, occidioni dantur.* Puto verò pugnatum ob Salis fontes, qui etiámnum extant in *Halâ* urbe *Saxonũ*, ad *Salã* amnẽ ſitâ. E fon-

Bellum Hermundurorum & Cattorum.

Hala & ſalinarum deſcriptio.

E fontibus aqua ſalſa hauritur, quæ cocta, ſanguine hircorum addito, in ſal concreſcit: quod indè in finitimas regiones, immenſis curribus exportatur. Ipſa quinetiam urbs, à ſalinis nomenclaturam habet. Solent enim Germani communiter eas urbes, ubi ſal cōficitur, *Halas* appellare: ut eſt *Hala Suevica* ad Cocherum fluviū; *Hala Norica* ad Oenum; *Halioli* ad Juvanum, id eſt, Salzam; *Richalii* vel *dives Hala*, ad Alpes. Id vocabuli à Græcis mutuatum video, literâ finali reſciſsâ: quibus eſt ἅλς & ἅλας; Latinis ſal, literarum metatheſi: nobis Germanis *Hal*, & ad Latinam formam *Hala*. Sunt etiam *Francuſæ* in Toringis divites ſalinæ: & *Allendorffii* in Heſſiâ, ad *Viſurgim* amnem, cujus caput *VVerram* Toringi & Heſſi vocant. At quia ultra *Salam* conſederūt *Hermunduri*; citra autem, Catti: malo dicere, pro Salâ, quàm pro Viſurgi, pugnâſſe utroſq;. Ergo Toringicum & Hartonem nemora accoluerunt *Catti*: unde pulſi, alioque profecti, in Hiſpaniam puto, ubi *Cathaloniam* condiderunt; ſuccedentib. *Toringis* atque *Heſſis*, qui etiam nomen ſuum Cattorum regioni indiderunt. *Toringi & Heſſi in Cattorum ſedes.*

Druſi filius Germanicus, acri bello Cattos aggreſſus eſt; commemorante Tacito libro I. hiſtoriæ Auguſtæ. Ipſis captivi Ro- *Catti ſervierūt Romani.*

mani, è clade Varianâ, in annũ XL. ſervierũt; & in ſuperiore Germaniâ crebra agitârũt latrocinia: quemadmodũ idem noſter Tacitus annaliũ lib. 12. recitat. Unde potuit fieri, ut alicubi hæſerint aliquãdiu: velut Irenicus tradit, eos *Herenbergæ* in ditione VVirtẽbergenſi ſediſſe. nam ſub M. Antonino Philoſopho, in ſuperiorẽ Germaniam ac Rhætiam irrupiſſe, Julius Capitolin⁹ author eſt. Domitianus de Cattis Dacisq́;, poſt varia prælia, duplicem triumphum egiſſe, prædicatur à Suetonio Tranquillo. Cui Martialis ſubſcribit:

—— Ex Cattis gloria tota tua eſt.

Horum principes: *Arpus*, *Adgãdeſtrius* & *Catumerus*, celebrantur ſecundo & undecimo annalium.

Flumina Heſſia. Flumina, Cattorum regionem perlabentia, & veterib. nota, ſunt: *Viſurgis*, id eſt, *VVeſera*, cujus fons *VVerra* è Toringico nemore profluit; *Luppia*, qui in VVeſtvaliam tranſit; & *Adrana*, cujus hic noſter I. annalium meminit: *Adernam* vocant hiſtoriæ: exiſtimo hodie *Æderam* dici; alii *Ruram*. Ignobiliora ſunt: *Fulda*, *Lanus* ſeu *Lona*, (der Lon) *Homa*, *Schalmus*, *Nida*, *Ana*, *Truſila*; à Druſo Germanico reſervans vocabulum, qui propè periit. *Urbes Heſſicæ.* Urbes Heſſicæ regionis; *Caſſula*,

Prole-

Ptolemæo *Stereontium* nuncupata, Principis domicilium;(is erat hoc tempore Philippus, magnanimus & fortiſſimus juvenis, virtute & prudentiâ admirabili præditus) *Marpurgum*, (*Pheugarũ* & *Amiſia*, juxta conjecturã à Ptolemæo appellata) quondam Martis, nũc Minervæ & Muſarum domus; *Ziegenheymiũ*; *Dreyſſa*, Druſi nomen referens; *Schuartzenbornium*, *Trindelburgum*, *Ad S. Goarem*, *Prubachium*, *Gemunda*, *Allendorphium*, *Treſſordia*, *Trebaria*, *Melſinga*, *Dietza*, *Chamburgũ*, *Butzbachium*. *Nidda*, *Planckenſteynium*, *Battenberga*, *Friſlaria*, *Darmſtadium*, *Francobergomum*, (D. Helii Eobani Heſſi, non tantùm Heſſiæ ſuæ, ſed totius Germaniæ decoris, patria) *Crõberga*, (à Trajano, ut ferũt, condita) *Alsfeldia*, *Mons regius*, *Hana*, *Gelhuſium*, *Gieſſen*, *Segen*, *VVerla*, *Suerda*, *Forſlaria*, *VValdeckia*, *Corbachium*.

Intelligere occaſiones.) Monet Beatus Rhenanus, in alio codice legi *neceſſitates*. ſicut Annalium primo: *Juſſoſq; dicta cum ſilentio accipere, temporis ac neceſſitatis monet.*

Alios ad prælium ire videas.) Notat aliorum impetũ, qui nihil prævident; quando narrat, Cattos non niſi conſultè ad arma procedere, perinde atq; diutiùs ſit pugnandum. Bellum enim & præliũ in hoc differũt:

quòd *Bellum* ſit totum tempus, quo in militiâ ſumus; quam illiterati *Guerram* vocant: *Prælium*, tantummodò armorum certamen; ein Schlacht. Livius refert, populum Romanum nullo bello; multis verò præliis convictum eſſe.

Rarâ & privatâ cujusque audentiâ.) Septimo caſu dictum eſt; id eſt, per raram & privatam audentiam. nam *Vertit* hîc abſolutè protulit Tacitus, ut aliâs ſæpe. Senſus eſt: per raram & privatam cujusque audentiam, apud Cattos in cõſenſum & publicum morem verſum eſt: *aliis etiam Germanorum populis uſurpatum*, ut adoleſcentes barbã ſummittant; intonſi maneant, donec hoſtẽ confecerint. Idque non erat fortitudinis, aut maſculæ virtutis; ſed ignaviæ, timiditatisq;: adeò veteribus Germanis fuerat conſuetudo, barbam alere, ut quibusdam, *Langobardis* ſcilicet, eſt nomen à promiſsâ barbâ: fuitque coma barbaque libertatis indicium. Indè puto, vulgarem illum noſtratium morem barbitii nutriendi, non à vetuſtiſſimis Germanis; ſed ſeriùs receptũ ab majoribus, quod vetus proverbium comprobat: nam cùm noſtri viderint aliquem barbam ſummittere, dicunt, *eum aut patrâſſe flagitium, aut moliri aliquod.*

Germani barbati.

Caſo

Caſo hoſte, revelant frontem, ſqualorem ponunt, & abradunt barbitium, quaſi tum *naſcendi precium retulerint*. Eum morem Cattorum, idem noſter Tacitus de Civili Batavo, (qui fuêre Cattorum pars) libro 20. annalium refert, his verbis: *Civilis, barbaro voto, poſt cœpta adverſus Romanos arma, propexum rutilatumq; crinem, patratâ demum cæde legionum, depoſuit.* Diodorus Siculus libro 4. *Indis morem fuiſſe* ſcribit, *per omnem vitam barbam nutrire.*

Iamq; canent,) Id eſt, cani fiunt & albeſcunt: à *Caneo* ſecundæ conjugationis; unde *Caneſco, Canus* & *Canities*. Virgil. 10. Æneid.

Canentem molli plumâ duxiſſe ſenectam:

de Cycno canit.

Omnium penès hos initia pugnarum.) Quod hic de *Cattis*, alibi etiam de *Suevis* prodidit. Libro annalium 19. *Sido atq; Italicus Suevi, cum delectis popularium, primori in acie verſabantur, dum contra Vitellianos Veſpaſiani duces pugnarent.* In hiſtoriâ Germanorum, cujus authorem Lambertum Schafnaburgenſem, monachum Herfeldenſem, tradunt, quæ ſub Heinricho Quarto ſcripta fuit, ſic legitur: *Datum eſt negotium Duci Rudolpho,* (Suevorum is princeps erat, qui à

Catti & Suevi in primâ acie.

Germanorum Principibus rex cõtra Heinrichum Quartum fuerat creatus) *ut ipſe cum ſuis primâ acie confligeret: peculiari, ſcilicet, Suevorum privilegio, quibus ab antiquis jam diebus lege latum eſt, ut in omni expeditione Regis Teutonici, ipſi exercitum praecedere, & primi committere debeant.* Unde etiam Gotfridus Viterbienſis:

Judicio cœli dominantur in orbe Suevi:
Nunc ubicunq; geri reſpublica praelia quaerit,
Ordine primus erit, gladio vult primus haberi,
Moreq; ſigniferi primus in hoſte ferit.

Proximi Cattis certum jam alveo Rhenum, quiq; terminus eſſe ſufficiat, Vſipii ac Tencteri colunt. Tencteri, ſuper ſolitum bellorum decus, equeſtris diſciplinae arte praecellunt. Nec major apud Cattos peditum laus, quàm Tencteris equitum. Sic inſtituêre majores; poſteri imitantur. Hi luſus infantium; haec juvenum aemulatio: perſeverant ſenes. Inter familiam, & penates, & jura ſucceſſionum, equi traduntur: excipit filius, non, ut caetera, maximus natu; ſed prout ferox bello, & melior.

USIPII,

Usipii, ſeu *Uſipetes*, quos Ptolemæus libro 2. *Viſpios* videtur appellare, Germaniæ ſecundę populi, *Iſtævonum* natio, ad Rhenum habitârunt: in eo haud dubiè tractu, ubi nũc *Cliuenſes* prope Hollandiã; deinde *Franci* ac *Heſſi* coluerũt, ab *Francofordiâ*, Mœni exitu, ad occidentalẽ ſylvam, id eſt, Weſterwald/ & *Confluentes* usq;. In quâ plagâ etiam *Ringgovia* ſita eſt, infra Maguntiacum, ad dextrã Rheni ripam; parva regiuncula, ſaltu & dumis in circuli formam concluſa: unde nomen illi. Circulum enim Germani Ring / *Augiam* locum paſcuum vocant. *Heyrichus*, Hercynię portio, orientale latus claudit; *Rhenus* occiduum. Vinum generat optimum: *Ringgovienſe* dicunt. Urbibus quoque ac cœnobiis mediocriter eſt exculta: *Elfeldiâ*, *Erpachio*, *Monte S. Joannis*, *Rudeſsheymio*, *VValachio*, *Laureaco*, *valle Mariæ*. Sub Ringgoviâ, in Uſipiorum orâ, juxta Rheni ripam, adjacent *Chaubi*, *Rhynfelſia*, *Novum Catzenelenbogium*, *Reſſa*, quæ ſunt Heſſorum Principis; & *Lanſteynium* ad Lani fluminis egreſſionem, antiſtitis Maguntiacenſis. *Ringgovienſe vinum.*

Tencteri verò, qui & *Tencatheri*: Plutarchus in C. Cæſaris vitâ, *Tenteridas*; Florus in epitomâ Livianâ libro 138. *Cenchreos* appellant. Et meminit illorum

etiam Appianus in Celtico. Sub Uſipiis accoluerunt, Rheno tantùm ab Ubiis diſcreti; Cornelio referente lib. 20. hiſt. Aug. Ideo hæc ora nũc eſt, partim *Bergenſis* ac *Juliacenſis* ditionis, *Comitũ ab Anaxone*, (id eſt, Naſſaw/ Königſteyn/ & Steynwerd; ubi etiam Hochrug & *VVederavia*: partim etiam *Heſſorum* & *Francorum*. Ubi ſunt, *Engers*, *Lintium*, *Draccenſelſa*, *Lulsdorffium*, *Düſſeldorffium*, *Angerhortum*, & *Roerhortum*. Amnes: *Duſelus*, *Angra* ac *Rora*.

Francorum ſitus & deſcriptio.

In *Uſipetum* & *Tencterorum* loca conceſſerunt *Franci*, poſtquam receſſerunt ab Sicambrorum finibus, oſtiis Rheni & Oceani litoribus; ubi primitus habitârunt: deinceps, relictâ *Coloniâ Agrippinâ* & *Rheno* amne, ad *Salam* & *Mœnum* flumina conſederunt; ubi & hodie manent. Habent autem, ab oriente, *Bohemos & Noricos*; à meridie, *Suevos*; ab occidente, *Rhenum* fluvium & *Heſſos*; à plagâ aquilonari, *Toringos*. Terra denſiſſimis ſylvis aſperisque montibus clauſa eſt; intus plana, ac fertilis Cerere & Baccho. Vinum ipſum bonum & ſalubre, ſi nullum adhibeatur vitium, ob ſui præſtantiam, in remotiſſimas exportatur terras. *Babenbergenſis* ager, ripis Mœni ac Radiantiæ junctus, magnam fert copiam *Glycyrrhizæ* radicis: quæ indè curribus

Vinum Francicum.

ribus in totam vehitur Germaniam. Inſunt urbes imperiales, à Germanorum regibus libertate ac privilegiis donatæ: *Rotenburgum*, *VVynsheymium* ad Æſtum amnem, *Sueinfordia*, & *Francofordia* ad Mœnum. *Norimberga* Francorum finibus adjacet; ſed inter Francicas urbes minimè connumeratur. *Rotenburgum* hîc mihi duplici nomine celebranda eſt: priore, quòd *Joannem Hornburgium*, civem patritio genere ęditum, & qui natalium claritudini (quibus hæc civitas pollet) literarum morumq; ſplendorem conjũxit, hominem multis hinc annis mihi ſummâ familiaritate junctum, pepererit: alterâ, quòd in eâ veterem amicum, *Joannem Boëmum*, Muſarum alumnum, Teutonici ordinis presbyterum, æditis etiam ingenii ſui monumentis clarum, proximo anno amiſerim. Non poſtrema eſt inter Francicas urbes: *Tubero* amni, qui Tuberano agro vocabulũ indidit, imminet. Facilè crediderim, hãc fuiſſe Francorum præſidium adversùs finitimos Suevos: quemadmodum fuerunt *Hala & Dünkelſpühelum*, Suevorum contra Francos. Epiſcopales civitates Francia habet tres: *Babenbergam*, *VVirciburgum*, & *Magunciacum*. *Babenbergenſis* antiſtes ſub ſe habet *Staffelſteynium*, *Holſeldiam*, *Cronachum*, *Eberman-*

Ioannes Hornburgius.

Ioannes Boëmus.

ſtadium, Vorcheymium, Hertzogaurachũ, Hochſtadium, & alia quædam municipia. *VVirciburgenſis* præſul, (qui ſe etiam *Francorum ducem* ſcribit: nam Franciam fuiſſe aliquando ducatum, ex hiſtoriis notum eſt) *Hasfordiam, Künigsbergum*, (unde ille callentiſſimus Græcæ & Latinæ literaturæ Aſtronomus, *Joannes à Monte regio*, Mathematicorum hujus temporis princeps, ortus eſt) *Ochſenfordiam, Künigshovium, Caroloſtadium, Gemundam, Tettelbachium, Aubam, Hammelburgum*, & alia plura oppida, arces, vicoſque. *Magunciacenſi* archiflamini ſubſunt, *Mildenburgum, Aſchenburgum, Biſchoffsheymium*, &c. Magnam hujus regionis ditionem tenet quoque *Marchio Brandenburgenſis*: cui audiunt, *Kitzingia, Uffenheymium, Briſtadium, Creglingiacum, Neuſtadium* ad Æſtum amnem; unde natus eſt acutiſs. ingenii vir, *D. Chriſtophorus Piſtoris*, quo Princeps noſter junior, D. Albertus Marchio Brandenburgenſis, optimæ ſpei puer, præceptore diligẽtiſſimo uſus eſt. Quædam Franciæ portio etiam ad *Saxonũ Principem* ſpectat: velut *Coburgum* oppidum, excelsâ arce munitiſſimum, ac quædam alia. Irrigatur fluminibus: *Mœno, Radiantiâ, Æſto, Salâ, Sinnâ, Tuberóque*.

Ioannes Regiomontanus.

Chriſtophorus Piſtoris.

Gens

Gens ipſa viribus armiſque potens, ac multâ nobilitate pollens. Tradunt *Carolum Magnum* è Francis ortum. Similiter *Cunradum primum* hujus nominis Imperatorem; *Heinrichum* Cunradi filium, & *Cunradum Secundum*, cognomento *Salicum*. Qui Francorum originem ad Trojanos retulerunt: non hiſtorias, ſed meras nugas tradiderunt. Germani enim omnes indigenæ ſunt; quemadmodum noſter Cornelius aſtruit. *Francia dedit Imperatorem.*

Pergo ad *Uſipios* & *Tencteros*: nam Francorum etiam aliâs in his commentariis memini. Julius Cæſar, libro 4. belli Gallici, memorat, *Uſipetes & Tencatheros, magnâ cum multitudine hominum, flumen Rhenum tranſiviſſe; non longe à mari, quo Rhenus influit.* Cauſa tranſeundi fuit; quòd ab Suevis complures annos exagitati, bello premerentur, & agriculturâ prohiberentur: qui cùm plures annos Suevorum vim ſuſtinuiſſent; ad extremum tamen agris expulſi, & multis locis Germaniæ triennium vagati, ad Rhenum pervenerũt: quas regiones *Menapii* incolebant. A Cæſare ſibi agros attribui poſtulârunt; vel eos tenere, quos armis poſſederint: ſeſe unis Suevis cõcedere; quibus ne Dii quidẽ immortales pares eſſe poſſint;

reliquum quidem in terris eſſe neminem, quem non ſuperare poſſent. Cæſar cum ipſis conflixit, & plurimos ipſorum cæcidit: ſicut ipſe fuſiùs narrat; ubi etiam equitatum ipſorum celebrat: Et poſt Cæſarem, Plutarchus in vitâ ejus. Noſtrâ tempeſtate *Franci, Heſſi & Juliacenſes equites*, non minori equeſtris diſciplinæ arte præcellunt, quàm olim *Tencteri*. *Uſipios* Britanniam deprædâſſe, & in eâdem à Suevis Friſiiſque interceptos; author eſt Cornelius in vitâ Julii Agricolæ. Eoſdem cum *Tencatheris* domuit Druſus Germanicus; referente L. Floro, libro quarto, cap. 12.

Hi luſus infantium.) De Carolo Magno ſcribit Eginhartus; quòd filios ſuos, quamprimùm ætas patiebatur, more Francorum equitare, armis ac venatibus exerceri fecerit. & noſtrorum Procerum ordini (*Nobiles* hodie vocant: qui à parentib. non tantùm imaginibus & natalium antiquitate claris, ſed & virtute præditis atque nobilibus, prognati ſunt) unicum nunc eſt ſtudium, pueros nõdum ex ephebis egreſſos equis imponere, ad militiam & equeſtrem diſciplinam inſtituere, labori & duritiei aſſuefacere: veram interim nobilitatem, quæ virtutibus conſtat, negligere. *hi luſus infantium, hæc juvenum æmulatio,*

Nobilitas vera quæ ſit.

latio, & parentum delectatio. Utinam verò, quando ſolis ſibi nobilitatis nomen ac titulum arrogant; tantùm ad virtutem, (quam poſſidere, eſt verè nobilem eſſe) ad ingenuas artes, juventutem erudirent: quantâ operâ docent inequitare; criſtâ, galeâ, haſtâ, loricâ, thorace, & gladio ornatum inſtructumque eſſe! Tenaciùs enim inhærent, quæ puerilibus annis conſuevimus: juxta illum Flacci verſiculum;

Quo ſemel eſt imbuta recens, ſervabit odorem
Teſta diu. ——

Plures videas titulo nobiles; qui, præter inſidere ephippiis, didicerunt nihil: & tamen hi, ſi quem ex ipſorum ordine conſpexerint ſtudere pietati, bonis literis ac virtuti, è ſublimi derident. Iſtis nobilibus nihil eſt ignobilius ſtupidiusque.

Iuxta Tencteros, Bructeri olim occurrebant: nunc Chamavos & Angrivarios immigrâſſe narratur, pulſis Bructeris ac penitus exciſis, vicinarum conſenſu nationum: ſeu ſuperbiæ odio, ſeu prædæ dulcedine, ſeu favore quodam erga nos deorum. Nam ne ſpectaculo quidem prælii invidêre. ſuper ſexaginta millia, non armis

teliſq́; Romanis; ſed, quod magnificentius eſt, oblectationi oculiſq́; ceciderunt. Maneat quæſo, duretq́; gentibus, ſi non amor noſtri; at certè odium ſui! quando urgentibus imperii fatis, nihil jam præſtare fortuna majus poteſt, quàm hoſtium diſcordiam.

BRUCTERI, Germaniæ ſecundæ populi, *Iſtævonum* natio; Tencteris, Tubantibus, Chaucis, Friſiiſque finitimi, inter *Amaſiam, Luppiam, Rhenumq́;* conſederunt: id eſt, partem *Juliacenſis, Bergenſis, ac Clivenſis* ditionum, *Comitatum Marchiæ ſive Marcaniæ atq; Lippianorum*, usque in *VVeſtvaliam* incoluerunt. Ubi *Rura*, *Emſerus* & *Luppia* amnes labuntur, qui omnes in Rhenum exeunt. *Druſus* enim, ut author eſt Strabo libro 7. *contra Bructeros pugnans, ipſos in Amiſiá navali prælio vicit.* Et *Germanicus* Druſi filius, referente Cornelio annalium 1. *Cæcinam Legatum, cum quadraginta cohortibus Romanis, diſtrahendo hoſti, per Bructeros ad flumen Amiſiam mittit. Equitem Pedo præfectus, finibus Friſiorum ducit. ipſe impoſitas navibus quatuor legiones per lacus vexit: ſimulq́; pedes, eques, claſſis, apud prædictum amnem convenêre. Chauci, cum auxilia pollicerentur, in commilitium adſciti*

ſciti ſunt. Bructeros ſua urenteis, expeditâ cum manu L. Stertinius, miſſu Germanici, fudit; interq́ cædem & prædam, reperit undevicesimæ legionis aquilam, cum Varo amiſſam. Ductum indè agmen ad ultimos Bructerorum; quantumq́ Amiſiam & Luppiam amnes inter, vaſtatum: haud procul Teutoburgienſi ſaltu, in quo reliquiæ Vari legionumq́ inſepultæ dicebantur. Idem Strabo narrat; *inter Salam* (VVeſtvaliæ amnis eſt) *& Rhenum, cùm Druſus Germanicus belligeraret, domitis hoſtibus victorem oppetiiſſe.* Id alii *Maguncíaci*, ubi Druſi monſtratur monumẽtum: alii inferiùs, juxta *Engium*, factum affirmant. Ego in ipsâ *VVeſtvaliâ* cecidiſſe Druſum puto. Nam *Bructeri* bonam *VVeſtvaliæ* & *Angeriæ* partem tenuerunt, & quicquid infra *Monaſterium* diœceſi ſubjacet, ubi paludes. Panegyricus namque Conſtantini filio dicatus, ait: *Feciſti immenſam vaſtationem Bructeris, quæ natio paludibus plena eſt.*

Druſus in VVeſtvaliâ cecidit.

Amiſia autẽ fluvius, ex Heſſicis montibus, (*Abnobæos* vocat Ptolemæ⁹) ortus, *Vveſtvaliã* perlabĩ: *Padebornã*, (*Tuderiũ* Ptolemæo vocatũ) *Bekem, Halem, Sende, Oſſebrugã, Telgeht, Monaſteriũ, Revẽ, Gruningũ* abluit: & in *Chaucis*, id eſt, *Friſiis*, juxta *Emdem*, Oceano infunditur. Plinius in quarto, *Amiſium* vocat. At

teliſq; Romanis; ſed, quod magnificentius eſt, oblectationi oculiſq; ceciderunt. Maneat quæſo, duretq; gentibus, ſi non amor noſtri; at certè odium ſui! quando urgentibus imperii fatis, nihil jam præſtare fortuna majus poteſt, quàm hoſtium diſcordiam.

BRUCTERI, Germaniæ ſecundæ populi, *Iſtævonum* natio; Tencteris, Tubantibus, Chaucis, Friſiiſque finitimi, inter *Amaſiam, Luppiam, Rhenumq;* conſederunt: id eſt, partem *Juliacenſis, Bergenſis, ac Clivenſis* ditionum, *Comitatum Marchiæ ſive Marcaniæ atq; Lippianorum*, usque in *VVeſtvaliam* incoluerunt. Ubi *Rura, Emſerus* & *Luppia* amnes labuntur, qui omnes in Rhenum exeunt. *Druſus* enim, ut author eſt Strabo libro 7. *contra Bructeros pugnans, ipſos in Amiſiâ navali prælio vicit.* Et *Germanicus* Druſi filius, referente Cornelio annalium 1. *Cæcinam Legatum, cum quadraginta cohortibus Romanis, diſtrahendo hoſti, per Bructeros ad flumen Amiſiam mittit. Equitem Pedo præfectus, finibus Friſiorum ducit. ipſe impoſitas navibus quatuor legiones per lacus vexit: ſimulq; pedes, eques, claſſis, apud prædictum amnem convenêre. Chauci, cum auxilia pollicerentur, in commilitium adſciti*

ſciti ſunt. Bructeros ſua urenteis, expeditâ cum manu L. Stertinius, miſſu Germanici, fudit; interq; cædem & prædam, reperit undevicesimæ legionis aquilam, cum Varo amiſſam. Ductum indè agmen ad ultimos Bructerorum; quantumq; Amiſiam & Luppiam amnes inter, vaſtatum: haud procul Teutoburgienſi ſaltu, in quo reliquiæ Vari legionumq; inſepultæ dicebantur. Idem Strabo narrat; *inter Salam (* VVeſtvaliæ amnis eſt *) & Rhenum, cùm Druſus Germanicus belligeraret, domitis hoſtibus victorem oppetiiſſe.* Id alii *Magunciaci*, ubi Druſi monſtratur monumētum: alii inferiùs, juxta *Lingium*, factum affirmant. Ego in ipsâ *VVeſtvaliâ* cecidiſſe Druſum puto. Nam *Bructeri* bonam *VVeſtvaliæ* & *Angeriæ* partem tenuerunt, & quicquid infra *Monaſterium* diœceſi ſubjacet, ubi paludes. Panegyricus namque Conſtantini filio dicatus, ait: *Feciſti immenſam vaſtationem Bructeris, quæ natio paludibus plena eſt.*

Druſus in VVeſtvaliâ cecidit.

Amiſia autē fluvius, ex Heſſicis montibus, (*Abnobæos* vocat Ptolemæ⁹) ortus, *Vveſtvaliã* perlabitr: *Padebornã*, (*Tuderiũ* Ptolemæo vocatũ) *Bekem*, *Halem*, *Sende*, *Oſſebrugã*, *Telgeht*, *Monaſteriũ*, *Revẽ*, *Gruningũ* abluit: & in *Chaucis*, id eſt, *Friſiis*, juxta *Emdem*, Oceano infunditur. Plinius in quarto, *Amiſium* vocat. At

Luppia (hodie die Lippe appellatus) in Heſſiâ conſurgens, juxta *Veſaliam inferiorem*, è regione *Borici* oppidi, in ditione Juliacenſi, Rhenum intrat. Ad cujus ripam ſunt, *Lippenheym, Erlippen, Lippa, Suſatum, Denheymiũ, Lunſtadium, Recklinchuſium, altera Durſtenum, Sceernebeca, Aldendorpium. Lippiani,* (Comitatus vocabulum eſt) Bructerorum ſucceſſores, ab hoc flumine cognominatur. *Velledam* adhabitâſſe, pridem diximus.

VVeſtvalia deſcriptio.

Ipſa verò *VVeſtvalia*, veteris Saxoniȩ pars, ſic appellata, quòd occidentalis ſit. nam qui, ultra *Viſurgim* fluvium, orientalem plagam occupant, *Oſtvali* Saxones cognominantur: ab Oſt/ vento orientali; & Valen/ quod Saxonibus ſuâ linguâ pullum equinũ ſignificat: hunc enim in militaribus ſignis habuerunt. ætas id nominis abolevit. Sic *VVeſtvali*, qui citra *Viſurgim*, versùs occaſum habitãt, ab West/ occiduo vento, nuncupantur. Ampla eſt regio, multis urbibus exornata: *Viſurgi, Amiſiâ, Salâ, Haſâ* & *Luppiâ* fluminibus, multiſque paludibus irrigua: & indè pecorũ paſcuis, quã arvis lȩtior: vini expers: potus, cereviſia; cibus, panis niger, caſeuſq;. Caro quoq;, tam bovilla, quã ſuilla: & quidem plurima; ſed plerunque fumigata. *Rhenus* occidentalem illius plagam claudit; *Friſia* &

Traje-

Trajectum, ſeptentrionalem; ortum, *Saxoniæ*; meridiem, *montes Heſſiæ* excipiunt. Quatuor in eâ reſident Epiſcopi: *Bremenſis*, in orâ juxta Saxoniam ad Viſurgim: *Mindenſis*, prope Toringiam, ad eundem amnem: *Monaſterienſis* & *Padebornenſis* in mediterraneâ, ad Amiſiam. Præter oppida quæ enumeravimus, ſunt: *Geſica*, *VVildehuſia*, *Herbordia*, *Fredeburga*, *Coſſefeldia*, *Varadorpium*, *Denhæmum*, *Bortrenum*, *Sceenvorden*, *Benthemum*, *Holdenſelia*, *Laer*, *Scutorpium*, *Neuenhuſium*, *Delden*, *Noorthofen*. *Monaſterium*, velut dixi, in mediâ VVeſtvaliâ, à monaſterio ibi exſtructo, ſervavit nomen; cùm priùs *Mymyngrode* diceretur: teſtante Alberto Crantzio, libro ſecundo Saxoniæ. Ptolemæus *Medioianiũ* videt appellâſſe. Nota eſt à factione *Anabaptiſtarum*, quam ſuperioribus annis ſuſtinuit. Ex hac regione ſecedentes *Bructeri*, ab Chamavis & Angrivariis ejecti, in *Sarmatiam* cõceſsêre; & ad Balteum mare, domitis aut expulſis *Vlmigeris*, conſedêre: ubi illos Claudianus, in Honorici Imp. Panegyrico, ſtatuiſſe hoc verſu videtur: *VVeſtvaliæ oppida.* *Bructeri in Sarmatiam.*

——Venit accola ſylvæ
Bructerus Hercyniæ, latiſq́; paludibus exit
Cimbrus.——

Nam Hercyniam in Sarmatiam usque pro- *Hercynia usq;*

In Sarmatiam evagatur.

pagari, cùm de hujus ſylvæ magnitudine ſcri-
beremus, indicavimus. Nũc *Pruſſi* & *Pruthe-
ni*, fracto paululùm vocabulo dicuntur. Cujꝰ
ꝓvinciæ ſitũ ac antiquitates, Eraſmus Stella
duobus libellis, & Eobanus Heſſus carmine,
dederũt. Nos quoq; infrà aliquid de eâdem
ſubnotavimus, veteres ipſiꝰ cultores memo-
rantes. Non deſunt, qui *Bructeros* in *Bryſgau-
dios ſeu Briſigavos*, quos etiã *Brisgeos & Briſaco-
geanos* dicunt, abiiſſe affirment; qui ad Rhe-
nũ, infra Rauracos, ad Hercyniũ ſaltum, cui
vulgò eſt Nigrę ſylvę nomẽclatura, accolũt:
quos ego à *Briſiaco monte*, hoc eſt, *Briſaco* op-
pido, cognominatos dixi, in Rheni deſcri-
ptione. Horum eſt *Friburgum*, amœniſſima
civitas, publico literarum gymnaſio, & pla-
tearum munditie clara. De *Bructeris*, pluri-
ma ſparſim in annalibus Cornelii, & in volu-
mine ſecundo Velleji Paterculi. Conjectura
non levis eſt, hos à pontibus, quos Brucken
vocant Germani, nuncupatos. Sunt enim
ſingularum gentiũ Germanicarũ vocabula
plerumq; Teutonica, quę ſuũ habent etymũ.

Briſgavi ab Bructeris orti.

CHAMAVI ſeu *Chamani* (ut ego mallẽ le-
gere ꝓpter *Manni* reverẽtiã) inferioris quo-
que Germanię populi, juxta Rheni oſtia &
Friſios ſederunt initiò: ubi pridẽ Juliꝰ Cęſar
lib. 4. cõment. belli Gallici, *Sicambros* habitâſ-
ſe

ſe oſtendit; q. *VVeſtvaliã* circa Monaſterium civitatẽ, *Clivia* & *Gelriæ* partẽ tenuerũt: quos Rhenũ traductos, Octavian⁹ Auguſtus, Druſi auſpiciis, in Galliâ Belgicâ collocavit, ad Moſã, in Menapios & Eburones; Suetonio & Floro referentibus: ubi nunc *Juliacenſes* & *Clivenſes Principes* regnãt. In *Chamavorũ* ſedẽ immigrârunt primũ *Franci*, & deinde *Saxones*, qui nũc *VVeſtvali* appellant. Corn. lib. 13. annaliũ, Chamavorũ arva *Tubantes*, mox etjam *Uſipios* occupâſſe tradit. Ptol. lib. 2. cap. 11. horum etiã meminit juxta *Charuſicos*. Auſonius in carmine Moſellę, ipſos *Chamaves* tertiâ inflexione profert: *Sicambri quas ſedes tenuerunt.*

Accedent vires, quas Francia, quasq; Chamaves,
Germaniq; tremant; tu verus habebere limes.

Hos Julianus in Germaniâ ſecundâ compeſcuit; ut author eſt Ammianus Marcellinus lib. 17. Raymun. Marlianus ſcribit, *uberrimos lacus paludibus & ſaltibus apud Chamanos horrere* Fieri potuit, ut *Chamavi* è ſuis ſedibus ejecti, ac diſperſi per Germaniam, pars juxta *Chaminũ* Pomeranię civitatem hæſerit; pars *Chamburgũ* Heſſię, *Chamum* & alia hujus nominis loca, appellârint. Indè arbitror etiam Eraſmũ Stellã, & ejus præceptorem Joannẽ Garzonem, *Chemnitio* urbi Miſnenſis terræ, Chamanni & Cameni vocabulum affinxiſſe: quod ego Slavicum potiùs crediderim.

ANGRIVARII, *Iſtævonum* natio, ad *Amiſiæ* caput & *Viſurgis Luppiaq́;* ripam, Cheruſcis vicini, conſederunt: Ubi Engern/ id eſt, *Angria*, quaſi dicas Angrivaria, urbs & ducatus ad Viſurgim fluvium, nominis retinet veſtigium. Ptolemæus libro 2. inter *Chaucos majores* ac *Suevos*, jacere *Angrivarios* tradit. Caroli Magni ętate, *VVedechindus* fuit Princeps Angrivariorum ſeu Angrariorum, ut Monachi chronographi vocant: hodie *inferioris Saxoniæ Principes*, ſe *Angriæ Duces* ſcribunt. *Colonienſis* quoque *Archiepiſcopus* hujus titulum ſibi vendicat. *Oſſenbruga*, civitas Haſæ flumini adjacens, ad illorum ditionem ſpectat. Albertus Crantzius, lib. I. Saxoniæ, cap. 21. deducit *Angrios* ab Anglis Saxonum gente: de quibus inferiús. Ego malo ab Angrivariis derivare. *Angrivarios*, juxta Germanicæ linguæ etymon, interpretari licet, aggreſſores; anvarer. Scribit Cornelius lib. 2. annalium, *Germanicum Cæſarem Stertinio bellum in Angrivarios mandâſſe, ni deditionẽ properaviſſent: atq́; illos ſupplices, nihil abnuendo, veniam omnium accepiſſe.* Idem mox ſubjicit: *Eundem Germanicum, C. Cœlio. L. Pomponio* Coſs. *ad ſeptimum Kalendas Junias, triumphâſſe de Cheruſcis Cattisq́; & Angrivariis, quæq́; aliæ nationes usq́; ad Albim colunt.*

Anſi-

Anſibarios illos, quos Tacitus, lib. 13. annalium, pulſos à Chaucis, vacuos juxta Friſiorum regionem agros inſediſſe ſcribit, ſed indè rurſum ejectos ab Avito, inferioris Germaniæ legato; nemo Angrivarios fuiſſe putet, quorum reliquias in Angeriis remanſiſſe diximus: ſed potiùs in Francos abiiſſe, qui tum Germaniam inferiorem & Rheni oſtia occupaverant, ut illos *Francos* vocat Ammianus Marcellinus, lib. 20. de Juliano Cæſare loquens, his verbis: *In limitem Germaniæ ſecundæ eſt egreſſus, omniq; apparatu, quem flagitabat inſtans negotium, communitus, Toxandro oppido propinquabat. Rheno deinde transmiſſo, regionem ſubitò pervaſit Francorum, quos Anſuarios vocant, incertorum hominum, licentiùs etiam perſcrutantium extima Galliarum. Quos adortus ſubitò, nihil metuentes hoſtile, nimiúmq; ſecuros; quòd, ſcruposâ amnium difficultate arcente, nullū ad ſuos pagos introïſſe meminerant principem; ſuperavit negotio levi: captiſq; plurimis & occiſis, orantibus aliis qui ſuperfuêre, pacem ex arbitrio dedit: hoc prodeſſe poſſeſſoribus finitimis arbitratus*, hæc ille. *Angrivariorum* mentionem etjam Ptolemæus, lib. 2. cap. 11. facit. *Anſibarii Francorum patres.*

Nam ne ſpectaculo quidem prælii invidêre.) videlicet Dii. De civilibus verò bellis, & domeſticâ ſeditione Germanorum loqui-

tur: quibus nihil eſt nocentius. nam ſicut concordiâ parvę res creſcunt, opes exiguæ fulciuntur, regna & civitates firmantur: ita diſcordiâ res magnę dilabuntur, potentiſſima regna quaſſantur, ampliſſimæ civitates frangũtur, invictę alioqui gentes cadunt ac exterminantur. Quod etiam ſalvator noſter Chriſtus dicere ſolebat: *Omne regnũ diviſum adversùs ſeſe, deſolatur: & omnis civitas aut domus diviſa adversùs ſe ipſam, non ſtabit.* Ideoq; Romanis hoc ſemper fuit ſtudium, Germanos ad diſcordias illicere: ut mutuis odiis atque bellis ſeſe fatigarẽt & conficerent, ac obruerentur. Cornelius lib. 2. *Romanæ ultioni conſultum eſt, internis diſcordiis relinqui.* Idem mox: *Haud leve decus Druſus quæſivit; inliciẽs Germanos ad diſcordias.* Notus eſt apologus, de murium ac ranarum certamine: qui dum accerrimè confligunt, ſibiq; minimè cavent, rapiuntur à milvo ac laniantur. ita Germanis evenit: dum ſeditione domeſticâ accenſi, hoſtiliter concurrunt; Romanis præda fiunt.

Inteſtinorũ bellorum incommoda.

Romani ſemper concitaverunt Germanos ad diſcordias.

Angrivarios & Chamavos à tergo Dulgibini, & Chaſvarii cludunt, aliæq; gentes haud perinde memoratæ. A fronte Friſii excipiunt. Majoribus minoribusq; Friſiis

Friſiis vocabulum eſt, ex modo virium. utræq; nationes usq; ad Oceanum Rheno prætexuntur, ambiuntq; immenſos inſuper lacus, & Romanis claſſibus navigatos. Ipſum quinetiam Oceanum illâ tentavimus. & ſupereſſe adhuc Herculis columnas, fama vulgavit: ſive adiit Hercules; ſeu, quicquid ubique magnificum eſt, in claritatem ejus referre conſenſimus. Nec defuit audentia Druſo Germanico: ſed obſtitit Oceanus, in ſe ſimul atque in Herculem inquiri. Mox nemo tentavit: ſanctiusq; ac reverentius viſum, de actis deorum credere, quàm ſcire. Hactenus in Occidentem, Germaniam novimus.

DULGIBINOS, Cl. Ptolemeus lib. 2. *Dulgumnios* vocat. fuerunt Germaniæ ſecundæ populi, Angrivariis, Chamavis & Friſiis vicini, Viſurgim accolentes : inter *Saxones VVeſtvalos* connumerandi. *Vetus* enim *Saxonia* latiſſima fuit regio, varioſque cultores habuit; nunc propriis nominibus diſtincta: ut ſunt, *VVeſtvalia*, id eſt, occidentalis Saxonia; ab Weſt vento occidentali, & Valen pullo equino: (Saxonum enim ſigna milita- *Saxonia vetus latiſſima regio.*

ria fuêre, pullus equinus) ad quorum differentiam Saxones orientales *Oſtvali* fuerunt cognominati; ſicut occidui, *VVeſtvali*, qui citra Viſurgim habitant. Hoc tamen nomẽ in orientalibus evanuit, & generalis illa *Saxoniæ* appellatio permanſit: ~~ſicut~~ Albertus Crantzius, libro 2. Saxoniæ, memorat. In eâ eſt *Brunſuicenſis* & *Lunenburgenſis Ducatus*, & *Marchia Brandenburgenſis*. Non arbitror Dulgibinos in Duringos conceſſiſſe; quanquam vocabulum nonnihil poſſit ſuffragari: ſed deletos, aut novorum cultorum adventu obſcuratos; ſicut multis aliis accidit.

CHASVARIOS Vellejus Paterculus inter *Caninefates* & *Bructeros* collocat, *Cattvarios* appellans. Strabo lib. 7. medios ſtatuit inter *Cattos, Gamabrinos* & *Cheruſcos*. Ptolemęus *Nerteanis* jungit. Exiſtimo hos *Gottingenſes agros* incoluiſſe, aut *Mindenſis* & *VVerdenſis* diœceſes, ad *Veſeram* fluvium.

FRISII, *Vigevonum*, id eſt, maritimorum & littoralium natio, littora Germaniæ aquilonaria tenent: una gens, unis moribus; longo licèt intervallo diſtans per Germaniæ littora. Ab *Hollandiâ* in occiduum ſumto initio, orientem versùs per *Gelriam*, *Iſſulam* Rheni oſtium, diœceſes *Trajectenſem*, *Monaſterienſem* & *Bremenſem*, ad *Albim* usque pertingit;

Friſiæ amplitudo.

tingit;

tingit; deinde ex latere *Holſatiæ* in *Jutiam*, quę & *Cimbrica Cherſoneſus*, ſe flectit: intercisa aliquando paludibus, quas hîc *immenſos lacus* vocat Cornelius; aliquando maris ſinubus; aliquando tota inſularis, undiq; mari clauſa, quòd pontus continenti interveniat. In horum finib' *Amiſia*, juxta *Emdem*, (ubi Comitatus) in Oceanum effunditur. *Jadua* amnis, cujus Ptolemæus lib. 2. cap. 11. meminit, (qui *Jada* & *Jadera* vulgò appellatur) Friſios lambit: quem *Ruſtri* accolunt, à quo adjacens ora Buddiaden dicitur: ubi etiã Stadland/ & Blexen *Ruſtria*, in Bremenſi ditione, juxta Viſurgim fluvium ſitæ ſunt. At *Vidrus* inter Bulactores & Friſios fluens, & in mare inter Rhenum & Amiſiam egrediens, nigra unda dicitur. Sunt verò duplices Friſii: majores & minores: nunc *orientales*, Oſtfryſen/ & *occidentales*, Weſtfryſen.

Urbes memorabiliores ſunt: *Daventria*, *Suollis*, *Campi*, *Guera*, *Scauria*, *Levardia*, *Dokem Norda*, *Emdem*, *Gruningum*, (Rudolphi Agricolæ, doctiſſimi viri, patria: à *Gruno* conditore dicta; ſeu à *Grunibus* populis: Ptolemęo *Phileum* dicitur) *Damum*, paluſtres urbes: *Hagis*, *Aldebergum*, *Berſelingum*, *Bolsvverda*, *Rineſpurgum*, *Fleardingum*, *Tecelia*, *Delmenhorſta*, *Brema*. Refert Tacitus annalium 4. *Urbes Friſiorum*

Bb

Friſiis tributum impoſuit Druſus.

Druſum Friſiis tributum modicum, coria ſcilicet boum, impoſuiſſe: mox Olennium regendis Friſiis impoſitum, terga urorum delegiſſe; & in caſtellum, cui nomen *Flevum*, receptum. Libro eodem *Baduhenna* lucus, & *Cruptoricis* villa celebratur. Ptolemęus lib. 2. tradit, in Friſiis portum *Manarmanim* eſſe: is inter *Vidri* & *Amiſiæ* fluviorum oſtia fuit, ubi nunc veteris arcis *Manarmanis* nomen & ruinæ exſtant.

Lacus Friſiorũ.

Lacuum autem etiam lib. 1. annalium meminit, de Germanico Cæſare ſcribens: *Ipſe*, inquit, *impoſitas navibus quatuor legiones per lacus vexit*. Supra modum enim paludinoſa eſt interior Germania, velut ſuprà diximus. Scribit idem noſter Tacitus lib. 13. *imperante Nerone, duos Legatos Friſiorum, Verritum & Malorigem, Romam veniſſe, & Pompeji theatrũ intraviſſe, quò magnitudinem populi viderent. Illic per otium (neq; enim ludicris ignari oblectabantur) dum conſeſſum caveæ, diſcrimina ordinum, quis eques, ubi ſenatus, percunctantur; advertêre quoſdam cultu externo in ſedibus ſenatorum: &, quinam forent, rogitantes; poſtquam audiverant, earum gentium Legatis id honoris datum, quæ virtute & amicitia Romanâ præcellerent: Nullos mortalium armis aut fide ante Germanos eſſe, exclamant; digrediunturq;, & inter patres conſidunt.*

Germani fide & armis præclari.

fidunt. Quod comiter à viſentibus exceptum, quaſi impetus antiqui, & bona æmulatio. Nero civitate Romanâ ambos donavit. Terra *Friſiorum* plana eſt ac paluſtris, multo gramine fœcunda: proinde omnis ſubſtantia Friſiorum in pecoribus eſt. Boves ac caſei eorum longè in alias terras deportantur. Lignorum penuriâ laborant: ideò bituminoſo ceſpite, ac ſicco boum ſtercore, ignem fovent; ſicut illis finitimi *Selandi*. Gens ipſa ferox, robuſti corporis, ac animi intrepidi; ad necem prona, & libertatis ſtudioſa. Refert Annonius libro 4. de geſtis Francorum, *Friſiones gentem clariſſimam maritimam, à Carolo Martello debellatam: & Amiſtrachiam Auſtrachiamq; Friſonum inſulas penetráſſe, Radbodum ducem ſuper Burdonem interfeciſſe.*

Romanis claſſibus navigatos.) Plinius lib.2. cap. 67. *Septentrionalis*, inquit, *Oceanus, majori ex parte navigatus eſt auſpiciis divi Auguſti.* Germanicus præterea Cæſar, Druſi filius, non modò ipſum Oceanū, ſed lacus immenſos Friſiorum, & inferneę Germanię, navigavit: ſicut Tacitus libro 1. annalium memorat, his verbis: *Ipſe impoſitas navibus quatuor legiones per lacus vexit: ſimulq; pedes, eques, claſſis, apud Amiſiam amnem convenêre.* *Oceanus Friſius & lacus navigati à Romanis.*

Et libro 2. *Lacus inde & Oceanum, usque ad Amiſiam flumen, ſecundâ navigatione pervehitur.*

Ipſum quinetiam Oceanum illâ tentavimus.) Tacitus uſurpat *illâ*, ſicut *illic*. Annaliũ ſecundo: *Incubuerat ſagittarius, illâ rupturus.* & lib. 19. *Ac ne pervium illâ Germanicis exercitibus foret, obſeperat.* Puto Tacitum de ſe quoque ſcribere, quòd cum Veſpaſiani & Rom. exercitu ad Friſios pervenerit, & indè in Oceanum navigatum deſcenderit.

Hercules in Germaniâ inferiore.

Herculem Germaniam adiiſſe, & ab inferioribus Germanis pro numine veneratum, ſuprà copioſè retulimus. Eundem etiam *columnas* illas, juxta Gades Hiſpaniæ inſulam, cùm Geryonis boves veſtigaret, fixiſſe, fabulatur antiquitas. De illis Plinius lib. 3. in prologo: *Proximi autem faucibus utrinq; impoſiti montes, coërcent clauſtra; Abyla Aphrica, Europa Calpe, laborum Herculis metæ. Quam ob cauſam indigenæ columnas ejus Dei vocant, creduntq; perfoſſas excluſa ante admiſiſſe maria, & rerum naturæ mutâſſe faciem.* Et Pomp. Mela lib. 1. *Deinde eſt mons præaltus ei, quem ex adverſo Hiſpania attollit, objectus: hunc Abylam, illum Calpen vocant; columnas Herculis utrumq;. Addit fama nominis fabulam: Herculem ipſum jun-*

Columnæ Herculis.

junctos olim perpetuo jugo diremiſſe colles, atq; ita excluſum antea mole montium Oceanum, ad quæ nunc inundat, admiſſum. Addit Strabo lib. 3. geographiæ: *At quidam alii columnas dici illas ajunt, quæ intra Herculis ædem in Gadibus exſiſtant. Sunt autem ex ære cubitorum octo, in quibus conſtruendi templi ſumtus inſcriptus eſt: ad quas cùm perveniunt, qui navigationem abſolverint, Herculi ſacra ferentes, à Deo ſe juvari inſtruuntur, hîc maris & terræ finem eſſe.* Aliis verò inquirendum permitto, qualis fuerit is Hercules; Argivus, Tyrius, Ægyptius, aut alius quiſpiam: qui alteras ad ſeptentrionalem Oceanum ſtatuerit columnas. Multi enim hoc nomine celebrantur, & omnes, qui Herculeâ fuerunt virtute, (Taciti ſunt annalium 2.) in cognomentum ejus aſſciti ſunt. Mihi eſt veriſimile, ſi unquam inter Germanos exſtitit aliquis hoc vocabulo: nõ fuiſſe adventitium è Græciâ atque Italiâ; ſed Germanũ natione, & ob inſignem fortitudinem id nominis meruiſſe. nam ſupereſſe *Herculanorum* familiam in Batavis, meminimus ſuprá.

Hercules Germanorum heros.

DRUSUS *Germanicus*, Auguſti privignus, Liviæ Druſillæ è C. Tiberio Nerone filius, Tiberii Cæſaris frater, Claudii ac Germanici Cæſarum genitor, in quęſturæ præturæq;

honore dux Rhætici, deinde Germanici belli; Oceanum ſeptentrionalē primus Romanorū ducum navigavit: transq; Rhenū *foſſas*

Druſinæ foſſæ.

magnâ vi, & immenſi operis effecit, quę *Druſinæ* vocantur. author Suet. Tranquillus in Claudii vitâ, mox à principio. Has foſſas Cornelius lib. 2. annaliū, inter *Aliſonem* caſtellum, quod in ripâ Luppiæ fluminis ſitum erat, & *Rhenum* conſtituit. Sicut Corbulo legatus, inter Moſam Rhenumq;, trium & viginti millium ſpatio foſſam produxit, quâ incerta Oceani vetarentur. teſtis Cornelius lib. 11. annaliū. Simile opus L. Vetus in Germaniâ legatus tentavit, Moſellam atq; Ararim, factâ inter utrumque foſsâ, conjungere parans: ut copię per mare, dein Rhodano & Arare ſubvectę per eam foſſam, mox fluvio Moſellâ in Rhenum, exin Oceanum decurrerent; ſublatiſq; itinerum difficultatib⁹, navigabilia interſe occidentis ſeptentrionisq; littora fierent: referente Cornelio libro 13.

Foſſa Caroli Magni.

Quale opus poſteriùs molitus eſt Carolus Magnus Imperator: dum perſuaſum ſibi fuerat, poſſe percommodè de Rheno in Danubium navigare, & proinde ab Euxino in extremum Oceanum copias trajicere; ſi in Radiantiam (*Regneſum* vocant hodie) & Alemannum fluvios, qui decem millibus paſ-

ſuum tantùm diſtant, ejusmodi foſſa duceretur, quę eſſet navium capax: quia horum fluminum alter Danubio, alter Rheno infunditur, Mœno commixtus. In eo labore Rex, cum omni militum multitudine, totum autumni tempus conſumſit; ductaq; eſt foſſa, duorum milliũ paſſuum longitudine, & trecentorum pedum latitudine: cujus veſtigia cernuntur prope *VVeyſſenburgum Nordgaviæ*, ubi Graben/ foſſa & viculus teſtantur opus. Sed in vanum labor omnis ceſſit. Nam propter juges pluvias, & terram quæ ſabuloſa erat, opus perfici non potuit: quantum enim terræ à militibus interdiu egeſtum erat, tantum noctibus humo iterum relabente ſubſidebat. Ab eo *Druſo*, non dubito *Druſillam*, rivum Caſſulanum, qui in Heſſis Fuldæ, & mox Viſurgi miſcetur; & *Dreyſam*, loci nomen eſſe cognominatum. Periit hic in Germaniâ, inter Salam & Rhenum amnes; atteſtante Strabone libro 7. Monumentum ejus *Magunciaci* monſtratur: vulgus *Glandis lapidem* (zum Eychelſtein) vocat; à figurâ ſcilicet. Multa de illo annotavit Joannes Huttichius, ſedulus ille antiquitatum perſcrutator, in vetuſtatibus Magunciacenſibus. Conradus Celtis, poſt Eutropium,

Druſi monumẽtum Magunciaci.

Digitized by Google

Othonem Friſingenſem libro 3. cap. 4. & Chronicon Aurſpergenſe, idem libro Amorum 3. elegiâ 3. aſtruit, his verbis:

Seu veterum inquiro dum monimenta ducum,
Plura Maguncìaca quæ ſtant in mœnibus urbis:
Inter quæ Druſi ſtant ardua buſta Neronis,
Clara à Germanis nomina primus habens.

De Druſo multa Ovidius, in libris Faſtorum, & in conſolatoriâ epiſtolâ ad Liviam Druſi matrem.

In Septentrionem ingenti flexu redit. Ac primò ſtatim Chaucorum gens, quanquam incipiat à Friſiis, ac partem littoris occupet, omnium, quas expoſui, gentium lateribus obtenditur, donec in Cattos usque ſinuetur. tam immenſum terrarum ſpacium, non tenent tantùm Chauci; ſed & implent: populus inter Germanos nobiliſſimus; quiq; magnitudinem ſuam malit juſtitiâ tueri, ſinè cupiditate, ſinè impotentiâ: quieti ſecretiq; nulla provocant bella, nullis raptibus aut latrociniis populantur. Id præcipuum virtutis ac virium argumentum eſt: quòd, ut ſuperio-

periores agant, non per injurias aſſequuntur. Promta tamen omnibus arma, ac, ſi res poſcat, exercitus: plurimum virorum equorumq́; & quieſcentibus eadem fama.

Latus Germaniæ occidentale, & Rheni (qui limes occiduus veteris Germaniæ) accolas Iſtævones, hactenus deſcripſit Tacitus: pergit nunc plagam aquilonarem, & *Vigævones*, id eſt, maritimos ſinuumq́; habitatores, referre. quorum *primi*, inquit, CHAUCI, *populi Germanorum* ampliſſimi *nobiliſſimiq́;*, Rheni oſtia, & Oceanum ad Viſurgim fluvium, & illo tranſcenſo, usque ad Albis exitum, accoluerunt: *omniumq́; gentium*, quas in hoc Germaniæ ſecundæ tractu author expoſuit; Cattorum, Uſipiorum, Tencterorum, Chamavorum, Angrivariorum, Bructerorum, Dulgibinorum, Chaſvariorum, Friſiorumq́; *lateribus obtenduntur*. Plinius Secundus libro 4. hiſtoriæ mundi, cap. 14. ipſos inter maritimos numerat: *Alterum*, inquiens, *genus Germanorum Ingævones; quorum pars Cimbri, Teutoni, ac Chaucorum gentes.* & mox capite ſequenti, ſtatuit eos in Rheni inſulam, his verbis: *In Rheno autem ipſo, propè centum millia paſſuum in longitudinem, nobiliſſima Batavorum inſula, & Canenifatum, & alia Fri-*

pœnam. Aliud è ſylvis miraculum: totam reliquam Germaniam replent, adduntq́ frigori umbras; altiſſima tamen. Haud procul ſupradictis Chaucis, circa duos præcipuè lacus, littora ipſa obtinent quercus, maxima aviditate naſcendi: ſuffoſſæq́ fluctibus, aut propulſatæ flatibus, vaſtas complexu radicum inſulas ſecum auferunt. Atque ita libratæ ſtantes, navigant ingentium ramorum armamentis, ſæpe territis claſſib. noſtris: cùm velut de induſtriâ fluctib. agerentur, ut in proſpectu ſtantes, noctu, inopesq́ remedii illæ, prælium navale adversùs arbores inirêt. Strabo Chaucos ad Oceanum collocat, lib. 7. geographiæ.

Fuerunt autem duæ *Chaucorum* gentes, juxta Plinium, Tacitum, & Ptolemæum: *Majores, & minores. Majores,* prope Angrivarios, ultra Viſurgim, ad Albim usque, conſederunt; ubi *Brema* epiſcopalis urbs ad Viſurgim, *Fabiranum* Ptolemæo dicta, ſita eſt. Ælius Spartianus, in Didii Juliani vitâ, refert, *Chaucos* Albim fluvium accoluiſſe, his verbis: *In Germaniâ legioni præfuit viceſimæ ſecundæ primigeniæ; indè bellicâ* (forſan *Belgicam* legendum) *ſanctè ac diu rexit. Ibi Chaucis Germaniæ populis, qui Albim fluvium accolebant, erumpentibus, reſtitit tumultuariis auxiliis provincialium: ob quæ conſulatum meruit, teſtimonio Imperatoris, Cattos etiam debellavit.* *Chaucorum duæ gentes.*

oram ad utramq; Mœni fluminis ripam occupavit, quam etiam retinet. Hæc, ad diſcrimen *occiduæ Franciæ*, (quæ *Gallia* veteribus) *Francia orientalis*, *Oſtrofrancia*, & novitio vocabulo *Franconia* appellatur. Francorum hiſtoriam diligenter, poſt reliquos, texuit Joannes Trithemius, abbas Spanheymenſis; & nuper multò exactiùs, & eruditâ brevitate, Beatus Rhenanus, in libris rerum Germanicarum.

Chaucos, præter *juſtitiæ paciſq; ſtudium*, nobilitavit etiam *temperantiæ virtus*: aliis enim Germanorum populis vi & injuriâ prædantibus aliena; ipſi nullis raptibus ac latrociniis graſſabantur. De Germanorum raptibus & latrociniis ſuo loco diximus. *Chauci temperantes.*

In latere Chaucorum, Cattorumq;, Cheruſci nimiam ac marcentem diu pacem illaceſſiti nutrierunt, idq; jocundius, quàm tutius fuit, quia inter impotentes & validos, falsò quieſcas: ubi manu agitur, modeſtia ac probitas nomina ſuperioris ſunt. Ita qui olim boni æquiq; Cheruſci, nunc inertes ac ſtulti vocantur. Cattis victoribus fortuna in ſapientiam ceſſit. Tacti ruinâ Cheruſcorum & Foſi, contermina gens,

adverſarum rerum ex æquo ſocii ſunt, cùm in ſecundis minores fuiſſent.

CHERUSCI, Germaniæ populi mediterranei, ſupra Angrivarios; Cattis, Bructeris, Foſis, Hermunduris, Suevisque contermini; Hercynii ſaltus (vulgò *Harto* appellatur) accolæ: ubi nunc Saxoniæ partẽ cisalbinam *Miſni* ac *Toringi* tenent: ubi nunc Jßleben/ Mansfeld/ Stolberg. Fracto nõnihil vocabulo, *Hertici* (die Härtziſchen od Hartzländer) cognominãtur, id tamẽ vocis malo ab Hercyniâ, quá Cheruſcis, deductum. Vibius Sequeſter, & Sulpitius Verulanus, hos *Cervetios* vocant. & exſtat ejus nominis oppidũ, ad Albim fluvium, ſupra *Deſſaviam* 20. millia paſſuum, ubi Moldavũ Miſnenſem confluũ recipit, in ditione *Comitũm Aſcaniorum*, hoc eſt, *Principum ab* Anhalt. vulgus Cerbſt/pro *Cheruſcâ* ſeu *Cervetio*, appellat.

Toringia deſcriptio. *Toringia*, ab plagâ orientali, *Miſniam* habet conterminã; ab ſeptẽtrionali, *Saxoniã*; ab ſolis occaſu, *Heſſiã*; ab auſtro, *Frãciam*. Terra vini frumentiq; ferax; oppidis plurimis ornata, quorũ præcipua ſunt; *Hercynoſordia*, *Ariſtadium*, *Jena*, *Mölhuſium*, *Nordhuſũ*, *Gotha*, (à Gothis, quorũ natio fuerunt Toringi, appellata) *Gottinga*, *Sangerhuſium*, *Iſenachũ*, *Salafeldia*, *VVimaria*, *Neuburgũ*, *Salza*. Amnib. irriguа;

gua: *Viſurgi*, (cujus caput *VVerra* dicit) *Salâ*, *Unſtro*, atque aliis. Latiſſima in eâ *ſylva*, pars Hercynię, ipſius gẽtis, ut aliâs indicavi, vocabulo nũcupata, *Toringica* appellat: Ptolemęo *Semana*. *Miſnia* inferiùs dabit. Divus Julius Cęſar, lib. 6. belli Gallici tradit, *Bacenim* ſylvã Cheruſcos à Suevis, Suevosq; à Cheruſcis, injuriis incurſionibusq; ꝓhibere. *Bacenim* ſylvã vocat, quã Ptolemæus li. 2. *Semanã*; noſtra ætas *Hartonẽ* & *Toringicũ nemus*. Ultra Bacenim *Suevi*, citra *Cheruſci* habitârũt; ab *Iſenacho* Toringię ad *Viſurgim* & *Bremam* usq; deſcendentes. & Claudianus in Panegyrico, Cheruſcos Albis accolas facit, hoc verſu:

—— *Et ingentes Albim liquêre Cheruſci.*

Plinius lib. 4. cap. 14. hiſt. mundi, Herminonum, id eſt, mediterraneorũ, nationem eſſe ſcribit: *Herminones*, inquiẽs, *quorum pars Suevi, Hermunduri, Catti, Cheruſci.* Cornelius lib. 2. *Cheruſcorum regionẽ penetrale* appellat *Germaniæ*: quòd penitior ſit & interior. Ptol. lib. 2. cap. 11. ſupra *Calucones* Albis accolas, ſtatuit *Charuſicos* ac *Camavos*. Hi cum populi Romani exercitu fortiſſimè conflixerunt, duce *Arminio* invicto principe, quem noſtri *Hermãnum*, id eſt, exercitus ducem & virum militiæ aptũ, dicũt; victores ac victi. Hic *Arminius Cheruſcorũ princeps.*

Arminius primò pugnavit cum *Quintilio Varo*, qui legiones tres & unam martiam habuerat; omnesque delevit, in Teutoburgienſi ſaltu trans Rhenum, in Germaniâ veteri, inter Amiſiam & Luppiam amnes: Vellejo Paterculo libro 2. Cor. Tacito libro 1. & Floro libro 4. cap. 12. authoribus, ſicut mox referemus. Deinde, cum *Tiberio Nerone*, eodem Vellejo teſte: & cum fratre ipſius *Druſo*; quem, inter Rhenum & Salam flumina, Germani oppreſſerunt: Straboni libro 7. Poſtremò, cum *Germanico*, Druſi filio: ubi victor Germanicus de Cheruſcis, Cattisq;, & Angrivariis, quæque aliæ nationes usque ad Albim colunt: quemadmodum latè exſequitur Tacitus; oſtendens, eam pugnam ad Viſurgis ripam, in campo Idiſtaviſo æditam, Albi propius quàm Rheno. Ipſe Arminius, quanquam aliquoties è pugnâ ancipiti abſceſſerit, nunquam bello victus eſt; victor ſæpiús. De hoc elegantiſſimum dialogum conſcripſit *Vlrichus Huttenus*, ex Taciti hiſtoriâ.

Germanicus Cheruſcos ſuperavit.

Vlrichi Hutteni dialogus de Arminio.

Sunt qui tradant, *Cheruſcos* poſtmodum eam oram, ad Hercynium ſaltum & Nicrum amnem, tenuiſſe, ubi ſunt *Cocheri* & *Jaguſtæ* oſtia, circa *VVimpinam*, (ubi plurima antiquitatis exſtant veſtigia) *Heylprunnum* &

Gemmingam, oppida; qui tractus *Creychgovia* nunc appellatur, nobilium altrix: quòd mutatis temporibus, & ipſi Cheruſci ſedes mutârint, egreſſi Saxonum finibus, quos pridem poſſederant, ibi, in Creychgoviâ ſubactâ, expulſis Helvetiis, ſedes fixerint. Cujus opinionis fuiſſe videtur Raymundus Marlianus. Et fieri potuit, ut Catti Cheruſcos, cum quibus æternùm diſcordâſſe, libro annalium duodecimo, memorat Tacitus, ſibi ſubjecerint; finibus egredi, novaſque ſedes quærere compulerint.

Inter impotentes.) Impotentes non eos ſignificant, qui nihil poſſunt: ſed qui potentiâ ſuâ in humiliores abutuntur. Sic *Tyranni* ſunt impotentes, qui ſuis neſciunt imperare affectibus. Et Terentius in Andriâ: *Adeón' impotenti eſſe animo*, &c. *Impotentes nimium potentes.*

Fosi, obſcura gens: nec à Plinio, Strabone, Ptolemæo, aut ullo alio, nec veterum nec recentiorum, quod ſciam, celebrata: attamen quia Cheruſcis fuit cõtermina, cogito, num ditionem *Comitum de* Hennebergk / & *Buchoniæ atque Rœni*, aut *Franciæ noſtræ partem ad Mœnum fluvium*, inhabitârit, ac *Ochſenfurdiam* condiderit, aque ſe appellârit; primùm *Foſenfurd*, à trajectu Foſorum, dictam: ſicut *Sueinfordiam*, Suevorum trajectum; mox, ut

ætas mutat ſingula, *Ochſenfordiam* à Germanis nuncupatam. Aut, quod mihi videtur eſſe veriſimilius, *aquilonarem Saxoniæ plagam*, & *Cheruſcorum* latus, *Marſis*, *Cimbris*, *Holſatis*, *Oceanoq́;* finitimum, poſſederunt: unde in Oceani inſulam, quam *Nordvegiam* dicunt, transgreſſi, urbem de ſuo nomine condiderunt; quæ etiamnum Foſen appellatur. Hujus populi vocabulum etiam *Foſſenſe monaſterium* videtur referre.

Eundem Germaniæ ſinum proximi Oceano Cimbri tenent; parva nunc civitas, ſed gloriâ ingens: veterisq́; famæ latè veſtigia manent, utrâq; ripâ caſtra ac ſpatia; quorum ambitu nunc quoque metiaris molem manusq́; gentis, & tam magni exitus fidem. Sexcenteſimum & quadrageſimum annum urbs noſtra agebat, cùm primùm Cimbrorum audita ſunt arma; Cæcilio Metello ac Papirio Carbone COSS. Ex quo ſi ad alterum Imperatoris Trajani conſulatum computemus, ducenti fermè & decem anni colliguntur. tamdiu Germania vincitur!

CIMBRI, authore Plinio, naturalis hiſtoriæ libro

libro 4. capite 14. ac Pomponio Melâ in 3. ſimiliter Ptolemæo libro 2. cap. 11. *Vigevonum* natio, extremi Germaniæ populi, prope Saxones; in littore Oceani Germanici peninſulam, in Boream à Saxonibus procurrentem, quæ ab illis *Cimbrica Cherſoneſus*, inter duo maria, Britannicum occidentale & Germanicum orientale, poſitam, incoluerunt. Juxta quam etiamnum exſtat inſula in *Baltico* mari, oppoſita *Holſatiæ* ac *VVagriæ*, antiquæ gentis nomenclaturam retinens: vulgò ac corruptè *Fimbria*, aliis *Imbria*, pro *Cimbriâ* appellatur. Veterum Cimbrorũ ſedes *Dani*, ex inſulis Germanici Oceani egreſſi, nunc occupãt: & *Cimbrica Cherſoneſus*, poſtmodum *Jutia*, nunc etiã *Danomarchia*, quòd Danis ſubjecta ſit, dicitur: ubi *Albis* fluvius, & *Chaluſus*, (id eſt, *Dravenna*) in mare feruntur; & *Hamburgum* civitas, veteribus *Cimbrica* vocata, juxta Conradum Celtem, ſita eſt. Strabo libro 7. ad Albis exitum quoque ſtatuit Cimbros. In quâ Cimbrorum peninſulâ, præter *Ducatum Holſatiæ* atque *Stormariæ*, quib. & *Nordalbingiæ* nomen, quatuor ſunt epiſcopatus: *Sleſvicenſis*, *Ripenſis*, *Viborgenſis*, & *Archuſienſis*. Urbes: *Aldenborgũ*, (quæ & *Stargardia* & *Braneſia*) *Flensborgum*, *Hadersleuum*, *VVorckheymium*, *Candingum*, *Herda*, *Chilo*.

Cimbri aquilonares Saxonum gentes.

Cimbrorum civitates

Cimbri Germani egrediuntur patriâ.

Ii *Cimbri*, cum Teutonis finitimis, è finibus ſuis egreſſi, facto per Chaucos & Friſios itinere, Rheno transmiſſo, in Galliã tranſierunt, & ad Septentrionalem Oceanum conſederunt. Ibi dum terras eorum inundâſſet mare Gallicum, per Galliam errabundi, ad Rhodanum usque venerunt, ibique ſedes figere conſtituerant. Dum autem vagarentur in Galliâ, conjunxerant ſe illis *Tigurini Ambronesq;*, Gallicæ nationes; & ipſæ regnis ſuis pulſæ, ſedes novas quæritantes. Itaque ferociores facti virium incrementis, quum terram à Romanis tanquã ſtipendium ſibi dari poſtulâſſent, & repellerentur; contra legatos armis inſurrexerunt, Syllanoque & Servilio Cepione ac M. Manlio fugatis, caſtrenſi prædâ, & quidem ingenti, potiti ſunt. Hos poſtea vicit C. Marius, partim in tractu *Cotiarũ alpium*, ad *aquas Sextias*, quæ non longè à *Maſſiliâ* ſunt, Galliç urbe; partim in Italiâ, in *campo Raudino*. Hæc ex Julii Cæſaris ſecundo belli Gallici, Plutarcho in vitâ Marii, Lucio Floro lib. 3. cap. 3. Vellejo Paterculo li. 2. Strabone in 7. Paulo Oroſio lib. 5. cap. 16. trãſcripſimus. Et licèt multa millia fuerint cæſa: non tamen crediderim, univerſam gentem deletam; ſed partem illorum domum rediiſſe, atq; priſtinas ſedes occupâſſe. Teſtis enim

C. Marius vicit Cimbros.

eſt

eſt Strabo, qui ſub Tiberio ſcripſit, libro 7. *Cimbros ſuâ ætate conſuetam prioribus annis regionem inhabitâſſe: Auguſto quoq; Cæſari lebetum, plurimâ ſibi ſanctitate conſecratum, dono miſiſſe, ejus amicitiam poſtulantes; ut injurias, quæ prius ſuberant, oblivione delerent: compoteſq; votorum factos remeâſſe.* De *Cimbricarum mulierum* fortitudine ſuprà quædam annotavimus. Reges Cimbrorũ fuerunt: *Teutobochus, Lucius Bijorix, Ambron, Bolus ſeu Beleus, Claodicus, Ceſorix, Liddamius.* Ex Cimbris *Aduaticos* procreatos, refert Cæſar ſecundo Comment. belli Gallici. *Cimbrorum reges.*

EundemGermaniæ ſinum.) Quod in flu-minibus dicuntur *Cornua*; hoc in mari ſunt *Sinus*: terra videlicet in fretum excurrẽs. Intelligit autẽ *Codanum* ſinũ, prope *Lubicam* civitatẽ; quem Chauci quoq; accoluerũt: nam juncti fuerunt Chauci Cimbrique. *Balteus* enim ſinus eſt ad *Pruſſiæ Livoniæq;* littora. *Duo ſinus Germaniæ.*

Vtráq; ripâ,) hoc eſt, littore Oceani orientalis & occidentalis; inter quæ *Cimbrica Cherſoneſus* longiſſimo tractu in aquilonem protenditur: ad quæ littora fuêre *caſtra atque ſpatia Cimbrorum, quorum ambitu magnitudo gentiſq; potentia,* & tam ingentis emigrationis fides, *metiri poterit.* Plutarchus enim in Caji Marii vitâ in hũc modum ſcribit: *Cùm nuper* *Cimbri magno numero ſuis ſedibus egreſſi.*

nuntiatum eſſet Jugurtham captum: adeò fama ingens exorta eſt de robore & multitudine Teutonorum atq; Cimbrorũ, ut fidem Romani principiò nõ haberent. Paulò poſt minor fama veritate comperta eſt. Nã hominũ arma ferentium 30. myriades domo egreſſæ. Turba verò virorum ac mulierũ, quæ ſedem atq; urbes quærebat, in quibus habitare poſſent, multò amplior erat. Idẽ mox narrat, *tanquam nubes in Galliam, Italiamq; irrupiſſe.* Juſtinus ex Trogo Pomp. lib. 38. refert, *Mithridatem* regem Ponti orantem dixiſſe: *A Germaniâ, Cimbrico bello, immenſa millia ferorum atq; immitium populorum, more procellæ inundâſſe in Italiam.* Vellejus Paterculus his ſubſcribens, poſteriore volumine: *Effuſa*, inquit, *ut prædiximus, immanis vis Germanarum gentium, quib. nomen Cimbris ac Teutonis erat*, &c. Claudianus ad Stiliconem ſuum, canit in eodem loco Cimbros à C. Mario, & Getas à Stilicone ſuperatos, his verſibus:

Cimbri victi, ubi poſtea Getæ.

—— Memorabile buſtum
Barbaricæ: nam ſæpe locis & finibus illis
Plena laceſſito rediit vindicta Quirino.
Illinc Oceani ſtagnis excita ſupremis
Cimbrica tempeſtas, & eiſdem procidit armis.
Hîc Cimbros, forteſq; Getas, Stilicone peremtos.

Et

Et Mario claris ducibus, tegit Itala tellus.
Diſcite veſanæ Romam non tendere gentes!

Sexcenteſimum.) Anno conditæ urbis Romæ DCXL. id eſt, circiter CX. ante Chriſti Jeſu redemtoris noſtri incarnationem, *Cæcilio Metello ac Papirio Carbone conſulibus, primum audita ſunt arma Cimbrorum;* qui proximis annis ab Cajo Mario & à Lutatio Catulo exſtincti ſunt. *Ex quo ſi ad alterum Imperatoris Ulpii Trajani*, natione Hiſpani, *conſulatum* (qui in Germaniâ militans, apud Agrippinam Coloniam, Ubiorum caput, Imperator eſt creatus, anno Romæ DCCCLXXIII. Chriſti verò CXX. qui Romano Imperio præfuit XIX. annis, optimus imperator, & cujus memoriæ tantum fuit delatum, ut omnibus deinde Principibus acclamatum ſit: *Ne ſis felicior Auguſto, melior Trajano.* Sub hoc Imperatore noſter Tacitus, ſenectæ vicinus, ſcripſit) *computemus*, ait Cornelius, *ducenti fermè anni colliguntur: tam diu Germania vincitur*, hoc eſt, à Cimbrico bello ſubigi ac vinci cœpta eſt; magnâ ejus parte ſub Auguſto, & deinde ſub Probo, in provinciæ formam redactâ: quæ tamen ſemper rebellavit, nec unquam tota eſt victa. Unde Florus libro 4. cap. 12. *Quippe Germani*, inquit, *victi magis, quàm*

Quando Cimbricum bellum fuerit.

Germania quãdo vinci cœpta.

domiti erant; moresq́ noſtros magis, quàm arma, ſub imperatore Druſo ſuscipiebant. & Germaniam utinam vincere tanti non putâſſet! (de Auguſto loquitur) *magis turpiter amiſſa eſt, quàm glorioſè acquiſita.* Hoc idem noſter aſſeverat: *Proximis*, inquiens, *temporibus triumphati magis, quàm victi ſunt.*

Medio tam longi ævi ſpatio, multa invicem damna. Non Samnis, non Pœni, non Hiſpaniæ Galliæve; ne Parthi quidem, ſæpius admonuêre. Quippe regno Arſacis acrior eſt Germanorum libertas. Quid enim aliud nobis, quàm cædem Craſſi, amiſſo & ipſe Pacoro, infra Ventidium dejectus Oriens objecerit?

Cornelius, homo Italus, *Germanorum* audaciam fortitudinemque, atque ipſa damna Romanis illata, paucis verbis perſtringit; præferens ipſorum bella acerrimis, atrociſſimis & periculoſiſſimis quibusq; præliis, quæ Romani cum Samnitibus, Pœnis, Hiſpanis, Gallis, Parthisque, ferociſſimis populis, cum quibus perpetua fuit contentio, geſſerunt. ut mirum alicui videri queat, hominem Romanum tantum potuiſſe noſtris tribuere: niſi cogitet, rem ipſam, aut Germaniæ amorem,

amorem, coëgiſſe Tacitum, fateri veritatē; & Romanis haud parvum laudum cumulū accedere, quòd fortiſſimæ genti auſi fuerint inferre bella. *Medio*, inquit, *tam longi ævi ſpatio*, ducentorum & decem annorum, à Cimbrico bello ad Trajani imperium, *multa invicem damna* ſunt accepta & illata.

Non Samnis.) SAMNITES Italiæ populi, inter *Picenum*, *Campaniam* & *Apuliam*, multa gravia bella Romanis intulêre; donec ad extremum à Syllâ Dictatore deleti ſunt: quemadmodum Strabo lib. 5. retulit. Unde Appianus Alexandrinus, in procemio Romanæ hiſtoriæ: *Ultimi Samnites erunt, qui Ionium incolunt; & magno difficiliq; bello per annos octogionta conflictati ſunt.* L. Florus libro 1. cap. 16. *Samnitas quinquaginta annos, per Fabios & Papirios, eorumq; liberos, populum Rom. ſubegiſſe ac domuiſſe* memorat; *& ita ruinas ipſas urbium diruiſſe, ut hodie Samnium in ipſo Samnio requiratur, nec facilè appareat materia quatuor & viginti triumphorum.* De Samnitico bello plura Livius, lib. 7. ab urbe conditâ. *Samniticum bellum.*

Non Pæni.) Bella Punica, primum, ſecundum & tertium, quæ *Carthaginenſes* cum Romanis geſſerunt, (quibus nihil terribili*) *Punica bella.*

domiti erant; moreſq; noſtros magis, quàm arma, ſub imperatore Druſo ſuſcipiebant. & Germaniam utinam vincere tanti non putâſſet! (de Auguſto loquitur) *magis turpiter amiſſa eſt, quàm glorioſè acquiſita.* Hoc idem noſter aſſeverat: *Proximis*, inquiens, *temporibus triumphati magis, quàm victi ſunt.*

Medio tam longi ævi ſpatio, multa invicem damna. Non Samnis, non Pœni, non Hiſpaniæ Galliæve; ne Parthi quidem, ſæpius admonuêre. Quippe regno Arſacis acrior eſt Germanorum libertas. Quid enim aliud nobis, quàm cædem Craſſi, amiſſo & ipſe Pacoro, infra Ventidium dejectus Oriens objecerit?

Cornelius, homo Italus, *Germanorum* audaciam fortitudinemque, atque ipſa damna Romanis illata, paucis verbis perſtringit; præferens ipſorum bella acerrimis, atrociſſimis & periculoſiſſimis quibusq; præliis, quæ Romani cum Samnitibus, Pœnis, Hiſpanis, Gallis, Parthisque, ferociſſimis populis, cum quibus perpetua fuit contentio, geſſerunt. ut mirum alicui videri queat, hominem Romanum tantum potuiſſe noſtris tribuere: niſi cogitet, rem ipſam, aut Germaniæ amorem,

amorem, coëgiſſe Tacitum, fateri veritatē; & Romanis haud parvum laudum cumulū accedere, quòd fortiſſimæ genti auſi fuerint inferre bella. *Medio*, inquit, *tam longi ævi ſpatio*, ducentorum & decem annorum, à Cimbrico bello ad Trajani imperium, *multa invicem damna* ſunt accepta & illata.

Non Samnis.) SAMNITES Italiæ populi, inter *Picenum, Campaniam* & *Apuliam*, multa gravia bella Romanis intulêre; donec ad extremum à Syllâ Dictatore deleti ſunt: quemadmodum Strabo lib. 5. retulit. Unde Appianus Alexandrinus, in procemio Romanæ hiſtoriæ: *Ultimi Samnites erunt, qui Ionium incolunt; & magno difficiliq; bello per annos octoginta conflictati ſunt.* L. Florus libro 1. cap. 16. *Samnitas quinquaginta annos, per Fabios & Papirios, eorumq; liberos, populum Rom. ſubegiſſe ac domuiſſe* memorat; *& ita ruinas ipſas urbium diruiſſe, ut hodie Samnium in ipſo Samnio requiratur, nec facilè appareat materia quatuor & viginti triumphorum.* De Samnitico bello plura Livius, lib. 7. ab urbe conditâ. *Samniticum bellum.*

Non Pæni.) Bella Punica, primum, ſecundum & tertium, quæ *Carthaginenſes* cum Romanis geſſerunt, (quibus nihil terribili*) *Punica bella.*

exſequuntur, Livius tertiâ decadę, Plutarchus in vitâ Fabii, Polybius lib. 1. & 2. belli Punici, Appianus in Libyco, Silius Italicus, Vellejus lib. 2. Juſtinus lib. 18. & 19. Florus libro 2. cap. 2. 6. & 15. Eutropius lib. 2. Oroſius lib. 4.

Hiſpaniarum diviſio.

Hiſpaniæ.) HISPANIA, Græcis *Iberia* dicta, in *ulteriorem* & *citeriorem* à Plinio, naturalis hiſtorię lib. 3. cap. 1. dividitur. Ptolemæus, poſt Melam, lib. 2. cap. 4. in tres regiones diviſam ſcribit: in *Bethicam*, *Luſitaniam*, & *Tarraconenſem*. Poſteriores Romani in ſex provincias ſeparaverunt: *Tarraconenſem*, quę nunc *Arragonia* & *Cathalonia*; *Carthaginenſem*, *Luſitaniam* hodie; *Portugaliam*; *Bethicam*, nunc *Granatam*; *Gallitiam*, & *Tingitanam*. Vellejus Paterculus, volumine poſteriore: *In Hiſpanias*, inquit, *primi omnium duxêre exercitus, Cn. & P. Scipiones, initio ſecundi belli Punici, abhinc annos CCL. Indè variè poſſeſſa, & ſæpè amiſſa partibus. univerſa ductu Auguſti facta eſt ſtipendiaria.* Copioſiùs iſta Lucius Florus libro 2. cap. 17. recitat.

Hiſpanicum bellum.

Gallicum bellū.

Galliave.) Idem Vellejus, eodem libro & loco: *Gallias, primùm Domitio Fabio, nepote Pauli, qui Allobrogicus vocatus eſt, intratas cum exercitu; magnâ mox clade noſtrâ, ſæpe & affe-*

ctavi-

ſtavimus, & amiſimus. Sed fulgentiſſimum C. Cæſaris opus in iis conſpicitur: quippe ejus ductu auſpiciisq́; infracta, penè idem, quod totus terrarum orbis, ignavum conferunt ſtipendium. De bello Gallico, conſulendus eſt Cæſar in Cõmentariis ſuis, Appianus in Celtico, & Florus lib. 1. cap. 13.

Ne Parthi.) PARTHI orientales populi, ferox genus hominum, & ad bella natum; cum Romanis de imperio magnâ gloriâ certaverunt: velut Juſtinus libro 41. & 42. Appianus in Parthico, Florus lib. 4. cap. 9. copioſè prodiderunt. *Parthicum bellum.*

Admonuêre.) Beatus Rhenanus putat, Tacitum uſurpâſſe *admovêre*: ſicut Livius lib. 3. dec. 5. *Si propiùs copias admoviſſet, paratos fore qui proderent urbem.* Ut ſit *admovere* ſimpliciter, pro admovere exercitum ſive copias, admovere caſtra, &c.

Regno Arſacis.) Parthicum imperium Cornelius vocat regnum Arſacis: quod ut erat potentiſſimum; ita Romanis maximè formidandum. Rex hic erat Parthorũ, *Artabani* filius: cujus memoriæ ac beneficẽtiæ hic honor tributus, ut omnes exinde Reges ſuos *Arſaces* nuncupârint: ſicut Romani *Cæſares Auguſtosq́;* cognominaverunt, author Juſtinus libro 42.

Acrior Germanorum libertas.) Graviſſimè quidem Romani cum ferociſſimis Parthis, bonam orbis partem ſibi vendicantibus, pro imperii majeſtate pugnaverunt: multò graviùs tamen cum Germanis. acre fuit orientis imperium, ſeu Arſacis regnum: multùm verò acrior Germanorum libertas. Faciliùs igitur ſuperaverunt Parthos, pro imperio dimicantes; quàm Germanos, libertatem ſuam fortiter tuentes. Hæc enim generoſa indoles, & ingenium ſervitutis impatiens, perpetuò fuit Germanis: ut malint vitam, quàm patriæ libertatem periclitari. Nulla gens unquam tenaciùs coluit libertatem: nemo toties, pro hac aſſerendâ, cum Romanis conflixit, tot bella ſuſtinuit, tot clades accepit aut intulit, toties ſervitutem repulit, jugum excuſſit, & ſe in priſtinam libertatem aſſeruit: caput ſuum devovit, ut etiam ipſorum fœminæ, inclinantibus & labantibus aliquando aciebus, flentes, maritos ad fortiter pugnandum, precum conſtantiâ, liberorum oſtenſione, pectorum objectu, & monſtratâ cominus captivitate, urgerent; ne ſe & ſuos in ſervitutem redigerent, ſed potiùs unà interirent, aut priſtinam libertatem aſſererent. Præterea noſter Tacitus, ab hac virtute *Arminium* ſublimiter commendat: quòd

Libertas veterũ Germanorum.

Arminius Germanorũ Brutus.

quòd cum Romanis, pro ſolâ patriæ liberta-
te certaverit: liberator haud dubiè Germa-
niæ, ſi per fata licuiſſet: libro Annalium ſe-
cundo. Indè eſt, quòd Seneca, libro. 2. de irâ, *Germanos liberas gentes* vocet: Joſephus, *pro li-
bertate pugnaces*, Judaici belli ſecundo, cap. 16. Julianus Imperator (referente Cyrillo, lib. 4. contra Julianum) *libertatis cupidos, & jugi im-
patientes* dixerit. Poſtremò *Libertatis ſtatuam* apud Germanos cultam, Methodius in an-
nalibus ſuis prodidit. Et ſunt Germani et-
iámnum libertatis obſervantiſſimi. Habent liberum Imperium, liberas Civitates, veteris libertatis argumenta: nec patiũtur alienum imperium. Samnites igitur, Pœni, Hiſpani, Galli, ac Parthi, graviter afflixerunt Romanos: multò autem graviùs Germani; velut teſtantur hiſtoriæ.

Libertatis ſtatua apud Germanos.

Cædem Craſſi.) *Marcum Craſſum* Rom. Imperatorem, virum cætera ſanctiſſimum, immunemque voluptatibus; qui tamen neque in pecuniâ, neque in gloriâ concupiſcẽdâ, aut modum nôrat, aut capiebat terminũ; Parthicum in animo molientem bellum, transgreſſum Euphraten, petentemque Seleuciam, circumfuſum immanibus copiis equitum, rex *Orodes*, unà cum parte majore Romani exercitus, interemit. Ita Vellejus

Acrior Germanorum libertas.) Graviſſimè quidem Romani cum ferociſſimis Parthis, bonam orbis partem ſibi vendicantibus, pro imperii majeſtate pugnaverunt: multò graviùs tamen cum Germanis. acre fuit orientis imperium, ſeu Arſacis regnum: multùm verò acrior Germanorum libertas. Faciliùs igitur ſuperaverunt Parthos, pro imperio dimicantes; quàm Germanos, libertatem ſuam fortiter tuentes. Hæc enim generoſa indoles, & ingenium ſervitutis impatiens, perpetuò fuit Germanis: ut malint vitam, quàm patriæ libertatem periclitari. Nulla gens unquam tenaciùs coluit libertatem: nemo toties, pro hac aſſerendâ, cum Romanis conflixit, tot bella ſuſtinuit, tot clades accepit aut intulit, toties ſervitutem repulit, jugum excuſſit, & ſe in priſtinam libertatem aſſeruit: caput ſuum devovit, ut etiam ipſorum fœminæ, inclinantibus & labantibus aliquando aciebus, flentes, maritos ad fortiter pugnandum, precum conſtantiâ, liberorum oſtenſione, pectorum objectu, & monſtratâ cominus captivitate, urgerent; ne ſe & ſuos in ſervitutem redigerent, ſed potiùs unà interirent, aut priſtinam libertatem aſſererent. Præterea noſter Tacitus, ab hac virtute *Arminium* ſublimiter commendat: quòd

Libertas veterũ Germanorum.

Arminius Germanorũ Brutus.

quòd cum Romanis,pro ſolâ patriæ liberta-
te certaverit: liberator haud dubiè Germaniæ,ſi per fata licuiſſet: libro Annalium ſecundo. Indè eſt,quòd Seneca,libro.2,de irâ, *Germanos liberas gentes* vocet: Joſephus, *pro libertate pugnaces*, Judaici belli ſecundo,cap.16. Julianus Imperator(referente Cyrillo,lib.4. contra Julianum) *libertatis cupidos, & jugi impatientes* dixerit. Poſtremò *Libertatis ſtatuam* apud Germanos cultam, Methodius in annalibus ſuis prodidit. Et ſunt Germani etiámnum libertatis obſervantiſſimi. Habent liberum Imperium,liberas Civitates, veteris libertatis argumenta: nec patiũtur alienum imperium. Samnites igitur, Pœni, Hiſpani, Galli,ac Parthi, graviter afflixerunt Romanos: multò autem graviùs Germani; velut teſtantur hiſtoriæ.

Libertatis ſtatua apud Germanos.

Cædem Craſſi.) Marcum Craſſum Rom. Imperatorem, virum cætera ſanctiſſimum, immunemque voluptatibus; qui tamen neque in pecuniâ, neque in gloriâ concupiſcẽdâ,aut modum nôrat,aut capiebat terminũ; Parthicum in animo molientem bellum, transgreſſum Euphraten, petentemque Seleuciam, circumfuſum immanibus copiis equitum, rex *Orodes*, unà cum parte majore Romani exercitus, interemit. Ita Vellejus

lib. 2. Plutarchus in vitâ M. Craſſi, Florus lib. 3. cap. 11. & lib. 4. cap. 9. Verùm hanc cladem Romani, *Pacori*, Orodis regis filii, cæde penſaverunt: quem *P. Ventidius*, M. Antonii legatus, ingenti ſtrage Parthorum in Cyraſticâ delevit: & tantam formidinem Parthis injecit, ut intra Mediæ & Meſopotamiæ fines ſeſe omnes reciperent, neque ultrà auderent pedem efferre; tribus continuis pugnis ſummâ vi ſuperati, & pro M. Craſſo mortuo pœnam abundè paſſi. Plutarchi ſunt in M. Antonii vitâ. Addit Juſtinus lib. 42. Nullo bello Parthos unquam majus vuln' accepiſſe, quá ab *Ventidio*. Si plura cupis, lege Florum lib. 4. cap. 9. Appianum Alexandrinum, in libro qui Parthicus inſcribitur: Cornelium lib. 21. annaliũ. Quid ergo, inquit Tacitus, poſſunt Parthi nobis aliud objicere, quã M. Craſſum cum ſuo exercitu à ſe cæſum? cùm viciſſim ipſi regem ſuum Pacorum, à noſtris proſtratum, amiſerint: totus denique oriens infra Ventidiũ dejectus fuerit. Nos probè acceptam ſtragem, graviore illatâ, ulti ſumus.

Pacorus Rex Parthorum victus à Romanis.

At Germani, Carbone & Caſsio, & Scauro Aurelio, & Servilio Cepione, M. quoq; Manlio, fuſis vel captis, quinq; ſimul conſulareis exercitus Populo Romano; Varum,

rum, treſq́; cum eo legiones, etiam Cæſari abſtulerunt. Nec impunè C. Marius in Italiâ, divus Iulius in Galliâ, Druſus ac Nero & Germanicus in ſuis eos ſedibus perculerunt. Mox ingentes C. Cæſaris minæ in ludibrium verſæ. Indè otium, donec, occaſione diſcordiæ noſtræ, & civilium armorum, expugnatis legionum hybernis, etiam Gallias affectavère: ac rurſus pulſi indè, proximis temporibus triumphati magis, quàm victi ſunt.

Germanorum libertatem acriorē fuiſſe Arſacis imperio, dixerat: hoc nunc quadam exaggeratione exponit, repetens quasdam clades, Romano populo ab Germanis illatas. primùm à *Cimbris*; quam hiſtoriam L. Florus, ex Livii 65. & 67. libris, breviter memorat. *M. Junius Sylvanus*, inquit, *Cos. adversùm Cimbros infœliciter pugnavit. Legatis Cimbrorū ſedem & agros, in quibus conſiderent, poſtulantibus, Senatus negavit. L. Caſſius Cos. à Tigurinis Gallis, pago Helvetiorum, qui à civitate ſeceſſerant, in finibus Allobrogum cum exercitu cæſus eſt: milites, qui ex eâ clade ſuperaverāt, obſidibus datis, & dimidiâ rerum omnium parte, ut incolumes dimitterentur, cum hoſtibus pa-*

lib. 2. Plutarchus in vitâ M. Craſſi, Florus lib. 3. cap. 11. & lib. 4. cap. 9. Verùm hanc cladem Romani, *Pacori*, Orodis regis filii, cæde penſaverunt: quem *P. Ventidius*, M. Antonii legatus, ingenti ſtrage Parthorum in Cyraſticâ delevit: & tantam formidinem Parthis injecit, ut intra Mediæ & Meſopotamiæ fines ſeſe omnes reciperent, neque ultrà auderent pedem efferre; tribus continuis pugnis ſummâ vi ſuperati, & pro M. Craſſo mortuo pœnam abundè paſſi. Plutarchi ſunt in M. Antonii vitâ. Addit Juſtinus lib. 42. Nullo bello Parthos unquam majus vuln⁹ accepiſſe, quã ab *Ventidio*. Si plura cupis, lege Florum lib. 4. cap. 9. Appianum Alexandrinum, in libro qui Parthicus inſcribitur: Cornelium lib. 21. annaliũ. Quid ergo, inquit Tacitus, poſſunt Parthi nobis aliud objicere, quã M. Craſſum cum ſuo exercitu à ſe cæſum? cùm viciſſim ipſi regem ſuum Pacorum, à noſtris proſtratum, amiſerint: totus denique oriens infra Ventidiũ dejectus fuerit. Nos probè acceptam ſtragem, graviore illatâ, ulti ſumus.

Pacorus Rex Parthorum victus à Romanis.

At Germani, Carbone & Caſſio, & Scauro Aurelio, & Servilio Cepione, M. quoq; Manlio, fuſis vel captis, quinq; ſimul conſulareis exercitus Populo Romano; Varum,

rum, treſq́ cum eo legiones, etiam Cæſari abſtulerunt. Nec impunè C. Marius in Italiâ, divus Iulius in Galliâ, Druſus ac Nero & Germanicus in ſuis eos ſedibus perculerunt. Mox ingentes C. Cæſaris minæ in ludibrium verſæ. Indè otium, donec, occaſione diſcordiæ noſtræ, & civilium armorum, expugnatis legionum hybernis, etiam Gallias affectavêre: ac rurſus pulſi indè, proximis temporibus triumphati magis, quàm victi ſunt.

Germanorum libertatem acriorē fuiſſe Arſacis imperio, dixerat: hoc nunc quadam exaggeratione exponit, repetens quasdam clades, Romano populo ab Germanis illatas. primùm à *Cimbris*; quam hiſtoriam L. Florus, ex Livii 65. & 67. libris, breviter memorat. *M. Junius Sylvanus*, inquit, Cos. *adversùm Cimbros infœliciter pugnavit. Legatis Cimbrorū ſedem & agros, in quibus conſiderent, poſtulantibus, Senatus negavit. L. Caſſius* Cos. *à Tigurinis Gallis, pago Helvetiorum, qui à civitate ſeceſſerant, in finibus Allobrogum cum exercitu cæſus eſt: milites, qui ex eâ clade ſuperaverāt, obſidibus datis, & dimidiâ rerum omnium parte, ut incolumes dimitterentur, cum hoſtibus pa-*

Digitized by Google

cti ſunt. Aurelius Scaurus, legatus Conſulis, à Cimbris, fuſo exercitu, captus eſt: & quum in conſilium ab iis evocatus, deterreret eos, ne Alpes transirent Italiam petituri; eò quòd diceret Romanos vinci minimè poſſe, à Bolo Rege, feroci juvene, occiſus eſt. Ab iisdem hoſtibus, C. Manlius, & Q. Servilius Cepio, proconſules, victi prælio, caſtriſq; binis exſuti ſunt: octoginta millia militum occiſa; calonum ac lixarum quadraginta millia. Secundùm Populi Rom. juſſionem, Cepionis, cujus temeritate clades accepta erat, damnati bona publicata ſunt; primoq; poſt regem Tarquinium imperium ei abrogatum. Hactenus Florus: qui etiam lib. 3. geſtorum Romanorum, cap. 3. Cimbricum bellum recitat, his verbis: *Cimbri ac Teutoni ſedes quærebant: excluſiq; ex Galliâ & Hiſpaniâ, cùm in Italiam remigrarent; miſerunt legatos in caſtra Syllani: indè ad Senatum; petentes, ut Martius populus aliquid ſibi terræ daret, quaſi ſtipendium; cæterũ, ut vellet, manibus atq; armis ſuis uteretur. Sed quas daret terras P. R. agrariis legibus intra ſe dimicaturus? Repulſi igitur, quod nequiverant precibus, armis petere conſtituunt. Sed nec primum impetum Barbarorum Syllanus; nec ſecundum Manlius; nec tertium Cepio, ſuſtinere potuerunt. Omnes fugati, exſuti caſtris. actum erat, niſi Marius illo ſeculo contigiſſet.* Vellejus Paterculus, ſecundo libro,

do libro, idem bellum iiſdem penè verbis, quibus hîc Tacitus, repetit.

Varumq;.) QUINTILIUS VARUS, Romanæ militiæ ſub Auguſto Cęſare in Germaniâ princeps, à majoribus noſtris, duce ARMINIO Cheruſco, cum tribus legionibus, totidem alis, & ſex cohortibus, trucidatus eſt. Hiſtoriam L. Florus, lib. 4. cap. 12. in hunc modum deſcribit: *Germani mores noſtros magis, quàm arma, ſub imperatore Druſo ſuſcipiebant. poſtquam ille defunctus eſt, Vari Quintili libidinem ac ſuperbiam, haud ſecùs quàm ſævitiam, odiſſe cœperunt. Auſus ille agere conventum, & in caſtris ſe direxerat: quaſi violentiam Barbarorum, & lictoris virgis, & præconis voce poſſet inhibere. Atilli, qui jam-pridem rubigine oblitos enſes, inerteſq; cernerent equos; ut-primùm togas, & ſæviora armis jura viderunt, duce Arminio arma corripiunt. Cùm interim tanta erat Varo pacis fiducia; ut ne prædictâ quidem & proditâ per Segeſtem, unum ducum, conjuratione commoveretur. Itaque improvidum, & nihil tale metuentem, improvisò adorti, cùm ille (o ſecuritas!) ad tribunal citaret, undiq; invadunt, caſtra rapiunt, tres legiones opprimunt. Varus perditas res eodem, quo (annenſem diem Paulus, & fato eſt & animo ſecutus. Nihil illâ cæde per paludes, perq; ſylvas cruentius: nihil in-*

Quintilii Vari cum Germanis pugna.

ſultatione Barbarorum intolerantius; præcipuè tamen in cauſarum patronos. aliis oculos, aliis manus amputabant: unius os ſutum, reciſâ prius linguâ; quam in manu tenens Barbarus, tandem, inquit, vipera ſibilare deſiſte. Ipſius quoq; Conſulis corpus, quod militum pietas humi abdiderat, effoſſum. Signa & aquilas duas adhuc & Barbari poſſident: tertiam ſignifer, priusquàm in manus hoſtium veniret, evulſit, merſáq; inter baltei ſui latebras gerens, in cruentâ palude ſic latuit. Hac clade factum, ut imperium, quod in littore Oceani non ſteterat, in ripâ Rheni fluminis ſtaret. Hæc Florus. cui Vellejus Paterculus aſtipulatur volumine poſteriore: *Ultimam,* inquiens, *impoſuerat Pannonico ac Dalmatico bello Cæſar manum, cùm intra quinque conſummati tanti operis dies, funeſtæ ex Germaniâ epiſtolæ, cæſi Vari, trucidatarumq; legionum trium, totidémq; alarum, & ſex cohortium, adlatæ ſunt. Varus Quintilius, inluſtri magis, quàm nobili ortus familia: vir ingenio mitis, moribus quietus; ut corpore, & animo immobilior; otio magis caſtrorum, quàm bellicæ aſſuetus militiæ: pecuniæ verò quàm non contemtor, Syria, cui præfuerat, declaravit; quam pauper divitem ingreſſus, dives pauperem reliquit. Is cùm exercitui, qui erat in Germaniâ, præeſſet: concepit eſſe homines, qui nihil præter vocem membráq; haberent hominum; quíque gladiis domari non*

vi non poterant, poſſe jure mulceri. Quo propoſito, mediam ingreſſus Germaniam, velut inter viros pacis gaudentes dulcedine, jurisdictionibus, agendoq; pro tribunali ordine, trahebat æſtiva. At illi, (quod niſi expertus vix crederet) in ſummâ feritate verſutiſſimi, natúmq; mendacio genus, ſimulantes fictas litium ſeries, & nunc provocantes alter alterum injuriâ, nunc agentes gratias, quod ea Romana juſtitia finiret, feritasq; ſua novitate incognitæ diſciplinæ miteſceret, & ſolita armis diſcerni, jure terminarentur: in ſummam ſocordiam perduxere Quintilium; usque eo, ut ſe prætorem urbanum in foro jus dicere, non in mediis Germaniæ finibus exercitui præeſſe crederet. Tum juvenis, genere nobilis, manu fortis, ſenſu celer, ultra Barbarum promtus ingenio, nomine Arminius, Sigimeri Principis gentis ejus filius, ardorem animi vultu oculisq; præferens, adſiduus militiæ noſtræ prioris comes, jure etiam civitatis Romæ jus equeſtris conſequens gradus, ſegnitiâ Ducis in occaſionem ſceleris uſus eſt: haud imprudenter ſpeculatus, neminem celeriùs opprimi, quàm qui nihil timeret; & frequentiſſimum initium eſſe calamitatis, ſecuritatem. Primò igitur paucos, mox plures in ſocietatem conſilii recepit: opprimi poſſe Romanos, & dicit, & perſuadet: decretis facta jungit: tẽpus inſidiis

Invid.

rum conſtituit. Id Varo per virum ejus gentis fidelem, clariq; nominis, Segeſtem, indicatur. Negat ſe credere; ſpemq; de Germanorum in ſe benevolentia ex merito æſtimare profitetur. Nec diutius, poſt primum indicem, ſecundo relictus locus. Ordinem atrociſſimæ calamitatis, quâ nulla, poſt Craſſi in Parthis damnum, in externis gentibus gravior Romanis fuit, juſtis voluminibus, ut alii, ita nos conabimur exponere: nunc ſumma deflenda eſt. Exercitus omnium fortiſſimus, diſciplinâ, manu, experientiâq; bellorum inter Romanos milites princeps, marcore Ducis, perfidiâ hoſtis, iniquitate fortunæ circumventus; cum ne pugnandi quidem egregiè, aut occaſionis in quantum voluerant data eſſet poteſtas immunis: caſtigatis etiã quibusdam gravi pœnâ, quia Romanis & armis & animis uſi fuiſſent: incluſus ſylvis, paludis inſidiis, ab eo hoſte ad internecionem trucidatus eſt, quem ita ſemper more pecudum trucidaverat, ut vitam aut mortem ejus, nunc ira, nunc venia temperaret. Duci plus ad moriendum, quam ad pugnandum animi fuit: quippe paterni avitiq; exempli ſucceſſor, ſe ipſe transfixit. Vari corpus ſemiuſtum, hoſtium laceraverat feritas: caput ejus abſciſſum, latumq; ad Maroboduũ, & ab eo miſſum ad Cæſarem, gentilitii tamen tumuli ſepulturâ honoratũ eſt. Huc-usque Vellejus. Hac clade Romanorũ adeò conſternatum Auguſtum refert

Auguſtus quãtum conſterna-

fert Suetonius Tranquillus in Octavii Auguſti vitâ, cap. 23. ut primùm mori decreverit, ne videret Romam à Germano Arminio capi: excubias preterea totâ urbe indixerit, ne quis tumultus exſiſteret: in portis, ſtationes; extra, præſidia diſpoſuerit, & præſidibus provinciarum ꝓpagaverit imperiũ, ut à peritis & aſſuetis ſocii continerentur: voverit & magnos ludos Jovi OPT. MAX. ſi Rempublicam in meliorem ſtatum vertiſſet: poſtremũ per continuos menſes, barbâ capilloque ſummiſſo, caput interdum foribus illideret, vociferans; *Quintili Vare, legiones redde*: diemque cladis quotannis mœſtum habuerit, ac lugubrẽ. Ubi verò Arminii cum Varo pugna commiſſa ſit, explicatione dignum puto. Recentiores hiſtorici, Ottho Friſingenſis lib. 3. cap. 4. Urſpergenſis chronica, Picus in Stauroſticho, Joannes Naucierus, Heinrich. Bebeli, Jacobus VVimpheling, & Ulrichus Huttenus, apud *Auguſtam Rhatiæ* (*Vindelicorum* appellatã, quòd Vindeliciæ ſit finitima) æditam affirmant, in ejus argumentum, publicum forum & ejus turrim allegant: cives Perlench & Perlachthurn/ à perditâ legione, vocant. De quibus Joannes Fœniſeca, preceptor aliquando meus, hos verſiculos divulgavit:

tus fuerit ex Varianâ clade.

Variana pugna ubi commiſſa.

Cur me Perlegiam dicant, ſi fortè requiris:
Jam tibi reſponſum perbreve, ſiſte, dabo.
Nō unum verbum eſt; duo ſed mea nomina ſunto:
Quòd periit legio hîc, Perlegiam vocitant.

At ea clades, nō in Rhętiâ aut Vindeliciâ, Romanorū provinciis, & quę nondū ad Germaniam pertinebant; ſed in ipsâ veteri Germaniâ facta eſt. Æneas Sylvius putat, eam *Maguntiaci* geſtā: ita enim ſcribit in Germaniâ ſuâ ad Martinū Mayer, cap. 35. *Maguntia urbs vetuſta, Varianâ clade inſignis,* &c. Strabo *in Cheruſcis* ęditā affirmat, lib. 7. his verbis: *Sugambri vicini Rheni amnis accolæ, belli exordia factitârunt: cùm Melonē belli ductorem haberent, & exinde alii aliis regni potentes diſſiderent, & bellum pace ſolverent; ac denuò deſciverint, pditis obſidibus & calcatâ fide. Adversùs illos perfidia magnæ fuit utilitati. Quibus autē fides adhibita fuerat, ii magnas clades intulerunt; ſicut Cheruſci, & eorū ditioni ſubjecti. In quibus tres Romanorū ordines militum, cum Imperatore Quintilio Varo, fœderibus fractis, per inſidias obtruncati ſunt.* Multò autē certiùs pugnę locū tradit noſter Tacit⁹, libro annalium I. oſtendens, inter *Albim & Rhenū*, imò inter *Luppiā & Amiſiā* amnes, in *Tentoburgienſi ſaltu,* (qui haud dubiè in Cattis fuit, no procul à fontib⁹ Amiſię) Varū cum copiis cecidiſſe. verba ejus ſunt: *Ductum indè*

agmen

agmen ad ultimos Bructerorũ, quantumq́ Amiſiam & Luppiã amnes inter, vaſtatũ; haud procul Teutoburgienſi ſaltu, in quo reliquiæ Vari legionumq́ inſepultæ dicebantur: de Germanici Cæſaris, contra Arminium expeditione & prælio, ſcribit. Quantũ igitur ego ex Taciti ſcriptis poſſum colligere, inter *Caſſulã Heſſiæ* urbem, & *Padebornam VVeſtvaliæ*, Romanorum ſtrages facta eſt. Ejus oræ cultores digito monſtrare poterunt ſaltum Teutoburgienſem, & pugnæ locum; vicinas deniq; paludes, quarum ſunt multę in VVeſtvaliâ: ſi Taciti hiſtoriam adhibuerint.

Et certè ſingularũ nationũ eruditi in hoc incumbere deberẽt; ut, quo loco res memorabiles, vel à majorib⁹ noſtris, vel exteris, geſtę fuiſſent, inveſtigarẽt: ita enim & patriã, & hiſtorias illuſtrarent. Principes in hoc doctos alere, inſtigare & adjuvare deberẽt, qui patrias vetuſtates inquirerẽt, & ad poſteritatem tranſmitterent: ut poſtera ætas haberet hiſtoriarũ lucem, &, quales majores habuiſſet, agnoſceret; eorumq; exemplo ad virtutẽ accenderetur. Nec Academiæ hanc operam intermittere deberent: ne tantùm peregrinis hiſtoriis; ſed & patriis, aliquid operę tribuerent. Sed invenias pauciſſimos in Germaniâ, harum rerum ſtudioſos; qui vetuſta mo-

numenta inquirant, ut hiſtoriis lucem adferant: plures autē Sardonio riſu antiquitatis ſtudiū ridentes, inanem operā & ſuperſtitionem vocant. Quaſi ſola ſit ſuperſtitio, inveſtigare hiſtorias patrię; q̄ unicuiq; chara eſſe debet: peregrinis verò annalib⁹ addictū eſſe, ſit propemodum religio! Si nullam dicis ſuperſtitionē, Gręcorum atq; Romanorū hiſtorias tractare: quî quæſo inanem & ſuperſtitioſam operam audes dicere, patrias res inquirere, & eas celebrare? ò iniquitatē! Qui garriunt, ſe Titi Livii, Salluſtii, aliorumque authorū opera, propter Latinę dictionis puritatem, ſolùm legere; hiſtoriâ minimè conſideratâ: nullum neq; judicium, neq; ſenſum habent. ridiculum namque eſt, in oratione nihil aliud ſpectare, quàm verborum ornatum. Velut ſi quis (ut ſacra profanis componam) ſanctam legat Scripturam, aut ſacras audiat conciones, neglecto verborum ſenſu, unde pietas haurienda eſt; dictionis ſplendorem, & differendi artificium ſolùm admiretur ſpectetque, ſtupidus lector & auditor eſt: ita planè vecors eſt, qui in hiſtoriarum lectione, orationis ſuccum & narrationem reſpuat, ad phraſim tantùm attendens.

In ſtupidos oſores hiſtoriarum Germanicarum.

In Germaniâ, maximè inferiore, prçclara facinora Romani geſſerunt: in Batavis, Friſiis,

Chaucis,

Chaucis, Bructeris, Cheruſcis, Cattis, inter Rhenum & Albim. hîc ſi eruditi patrias regiones luſtrarent; fluviorum ripas, veteraq; monumenta inſpicerent; collegiorum atq; cœnobiorum bibliothecas excuterent: invenirent haud dubiè, quibus ornarēt patriam, & hiſtorias illuſtrarent.

Arminius autem, ut ad hiſtoriam redeam, Cheruſcorum princeps, in exercitu ſuo contra Romanos, habuit *Cheruſcos, Angrivarios, Bructeros, Chaucos, Cattos, Semnones, Lãgobardos, Marcomannos.* Ipſum Tacitus in fine ſecundi annalium hoc elogio celebrat: *Cæterùm Arminius, abſcedentibus Romanis, & pulſo Maroboduo, regnum affectans, libertatem popularium adverſam habuit: petitusq; armis, cùm variâ fortunâ certaret, dolo propinquorum cecidit: liberator haud dubiè Germaniæ: & qui nō primordia populi Romani, ſicut alii reges ducesq;, ſed florentiſſimum imperium laceſſierit: præliis ambiguus; bello non victus. Septem & triginta annos vitæ; duodecim potentiæ explevit: caniturq; adhuc barbaras apud gentes; Græcorum annalibus ignotus, qui ſua tantùm mirantur: Romanis haud perinde celebris; dum vetera extollimus, recentium incurioſi.* *Arminii commendatio.*

Nec impunè C. Marius in Italiâ.) *Nec impunè*, id eſt, non fruſtra, non ſinè legitimâ *Cajus Marius Cimbros in Italiâ ſtravit.*

cauſsâ: vel, *nec impunè*, non ſinè pœnâ & damno, maximâ ſuorum clade, *Cajus Marius in Italiâ*, prope *Vercellas* in campo, cui *Raudis* nomẽ fuerat, *Cimbros ſtravit*. nam velut Romani gravia bella damnaque Germanis intulerunt: ita viciſſim ingentes ſtrages receperunt; quas Paulus Oroſius, libro 5: capite 16. percenſet. & addit Eutropius, libro quinto: *timorem Romæ grandem fuiſſe, quantum vix Hannibalis tempore, Punicis bellis; ne iterum Galli Romam venirent.*

Iulius Cæſar cum Arioviſto Germanorum rege conflixit.

Divus Iulius in Galliâ.) Intelligit Julii Cæſaris conflictum cum *Arioviſto* Germanorum Rege: qui regno Galliarum potitus, incredibiles Germanorum copias ſecum invexerat; *Harudes, Marcomãnos, Tribocos, Vangiones, Nemetes, Menapios, Seduſios*, (aut, ut ego legere malo, *Sebuſios*) *Suevos*. tantus tum metus inerat Romanis; ut totis caſtris teſtamenta obſignarentur. *In Sequanis* pugnatum eſt; id eſt, diœceſi Baſilienſi & Sungaviâ: ibiq; victus eſt Arioviſti exercitus. ipſe rex naviculam deligatã ad Rheni ripam nactus, fugâ elapſus eſt. Hæc pugna creditur *ad Divum Apollinarem* geſta: qui locus à Rheno & Baſileâ Rauricorum miliario germanico diſtat. In eâ pugnâ Arioviſtus duas uxores, unam Suevam natione, quam domo ſecum adduxe-

adduxerat; alteram Noricam, regis Voccionis ſororem, quam in Galliâ duxerat à fratre miſſam: & duas harum filias, alterã occiſam, alteram captam, amiſit. Quam rem omnium diligentiſſimè ipſe Cæſar in literas retulit, primo belli Gallici: & deinceps Plutarchus in Cæſaris vitâ, L. Florus in libro 3. cap. 10. Paulus Oroſius libro 6. cap. 7. Poſt hanc pugnam, Cæſar Germanos trans Rhenum, ponte multis diebus, ſummâ difficultate & maximis impenſis fabricato, aggreſſus, nihil memorabile & laude dignum geſſit: tantùm XVIII. dies in Germaniâ trans Rhenum conſumſit: & poſtquam audivit Suevos eſſe congregatos, Romanorum adventum exſpectare, atq; cum his decertare conſtituiſſe; in Galliam ſe recepit, pontem reſcidit, ne fugientẽ Suevi poſſent inſequi. (Ipſius hæc ſunt Cæſaris verba, ex quarto belli Gallici.) Deinde Cæſar, conſcientiâ forſan rerum antea trans Rhenum parùm magnificè geſtarum, iterum pontem fabricat, atque exercitum traducit. Ipſe hujus reddit cauſam eſſe, quòd Germani auxilia cõtra ſe Treveris miſerant: tandem reperit à Suevis auxilia miſſa eſſe. Poſtquam audivit, Suevos omnes in unũ locũ copias cogere, atq; his nationib. quę ſub eorũ ſint imperio, denũtiare,

Iulius Cæſar timuit Suevos.

ut auxilia peditatus equitatusque mittant: rem frumẽtariam prævidet; caſtris idoneum locum deligit: Ubiis imperat, ut pecora deducant, ſuaq; omnia ex agris in oppida conferant: ſperans, Barbaros atque imperitos homines, inopiâ cibariorum adductos, ad iniquam pugnandi conditionem poſſe deduci. At ubi deſperavit, eos inſidiis circumveniri poſſe: reducto exercitu, partem ultimam pontis, quæ ripas Ubiorum contingebat, in longitudinem pedum ducentorum, reſcindit; atq; in extremo ponte, turrim tabulatorum quatuor conſtituit, præſidiumq; cohortium duodecim pontis tuendi ponit, magnisq; eum locum munitionibus firmat. (Cæſaris ſunt, libro 6. commẽtariorum belli Gallici.) Unde Pompejus objicit Cæſari timiditatem & fugam. quam Lucanus libro 2. quoque notat:

—— *Rheni gelidis quia fugit ab undis.*

Eutropius libro 6. *Cæſarem bis in Germaniâ infœliciter pugnâſſe* tradit. Suetonius, in vitâ Auli Vitellii, gladii mentionem facit, quem divus Julius in Germaniâ inferiore perdiderit.

Arioviſti etymum. Porrò *Arioviſtum* Germani ſuâ linguâ Ehrenveſt appellârunt. id vocabuli inclytum, magnificum, paternæ virtutis aut nominis

minis ſervantiſſimum ac ſtrenuum aſſertorem, ſignificat. Siquidem Ehren eſt virtus, nominis fama aut celebritas: Veſt autem firmus, ſtrenuus, conſtans. Romani peregrinam vocem non intelligẽtes, in Arioviſtum detorſerunt. eum noſtri hodie *Erneſtum* pro *Ehrenveſto* dicunt.

Druſus ac Nero.) DRUSUS *Nero*, Cæſaris Auguſti privignus, Liviæ Druſillæ filius, & Tiberii Cæſaris frater; ab Auguſto in Germaniam miſſus, primò domuit *Uſipetes*: indè *Tencatheros* percurrit, & *Cattos*. Nam *Marcomannorum* ſpoliis inſignib. quendam æditum tumulum, in trophęi modum excoluit. Indè validiſſimas nationes, *Cheruſcos*, *Suevos* & *Sicambros*, pariter aggreſſus eſt: qui xx. centurionibus incrematis, hoc velut ſacramento ſumſerant bellum; adeò certâ victoriæ ſpe, ut prædam in anteceſſum pactione diviſerint. *Cheruſci* equos, *Suevi* aurum & argentum, *Sicambri* captivos elegerant. ſed omnia retrorſum. Victor namque Druſus, equos, pecora, torques eorum, ipſosque prædâ diviſit, & vendidit. Præterea, in tutelam provinciæ, præſidia per provincias ubique diſpoſuit. Per *Moſam* flumen, per *Albim*, per *Viſurgim*, per *Rheni* quidem ripam, quinquaginta ampliùs caſtella direxit. *Bon-*

Druſus Nero in Germania ipſos cecidit Germanos.

nam & *Geſoniam* cum pontibus junxit, claſſibusque firmavit: invium atq; inacceſſum in id tempus *Hercynium ſaltum* patefecit. Ea denique in Germaniâ pax erat; ut mutati homines, alia terra, cœlum ipſum mitius molliusq; ſolito videretur. Deniq; non per adulationem, ſed ex meritis, defuncto ibi fortiſſimo juvene, ipſi, quod nunquam alteri, Senatus cognomen ex provinciâ dedit. (accipe *Druſum* appellatum *Germanicum*.) Sed difficilius eſt provincias obtinere, quàm facere: viribus parantur; jure retinentur. Igitur breve id gaudium fuit: quippe Germani victi magis, quàm domiti erant; moresque noſtros magis, quàm arma, ſub Imperatore Druſo ſuſcipiebant. Hactenus L. Florus, de Rom. geſtis lib. 4. cap. 12. Hic *Druſus Germanicus* perculit Germanos in ſuis ſedibus, in Germaniâ ſecundâ, inter *Salam* & *Rhenum*, bello ſuis aſpero: rurſus tamen percuſſus, Germanis pœnam luit. collapſo ſuper crus ejus equo, xxx. deinde die efflavit ſpiritum: corpus ejus Romam Tiberius Cæſar frater vexit, & in C. Julii tumulo condidit, quemadmodum Livius, abbreviatore Floro, lib. 140. recitat. Strabo narrat Druſum in aquâ viciſſe Bructeros, libro 7. *Interſunt*, inquit, *inter Rhenum & Albim amnes*

Druſus in Germaniâ occubuit.

amnes alii navigiis permeabiles, è quibus eſt Amaſia; in quo Druſus Bructeros navali prælio ſuperavit: hi ſimiliter ab auſtro ad aquilonem in Oceanum elabuntur. Idem paulò infrà: *Eſt & Salas fluvius, inter quem & Rhenum cùm Druſus Germanicus belligeraret, domitis hoſtibus victor oppetiit.*

Sunt qui apud *Maguneiacum* ferant Druſum exſtinctum: quod ſuprà retuli. Alii circa *Bingium*, infra Maguneiacum, ad Rheni ripam ſitum. Ego puto in *VVeſtvaliâ*, quam Salas perlabitur, & quondam Bructeri inhabitârunt, occubuiſſe Druſum: aut potiùs in *Heſſiâ*, VVeſtvaliæ conterminâ. Druſi enim nomen referunt, *Dreyſa* oppidum, & *Druſilla* rivus: magno argumento, ibi pugnâſſe atque periiſſe Druſum. Hujus mortem longo carmine deplorat Ovidius, ad Liviam Druſillam, Druſi matrem, ſcribens; & paſſim in libris Triſtium. Suetonius in vitâ Claudii Cæſaris, cap. 1. & alii quos citavimus: Vellejus Paterculus, volumine poſteriore, magnis Druſum ornat laudib. Cura deinde atque onus Germanici belli delegata *Druſo Claudio*, fratri Neronis, adoleſcenti tot tantarumq; virtutũ, quot & quãtas natura mortalis recipit, vel induſtria percipit: cujus ingenium utrùm

Druſus locis reliquit nomina.

bellicis magis operibus, an civilibus ſuffeceſſit artibus, in incerto eſt. Morum certè dulcedo ac ſuavitas, & adversùs amicos æqua ac par ſui æſtimatio, inimitabilis fuiſſe dicitur: nam pulchritudo corporis proxima fraternæ fuit. Sed illum, magnâ ex parte domitorem Germaniæ, plurimo ejus gentis variis in locis profuſo ſanguine, fatorum iniquitas, conſulem agentem annum triceſimum, rapuit.

Moles deinde ejus belli tranſlata in NERONEM eſt, (cujus hîc proximè Tacitus meminit) quod is ſuâ & virtute, & fortunâ adminiſtravit: peragratusque victor omnes partes Germaniæ, ſinè ullo detrimēto commiſſi exercitus, (quod præcipuè huic duci ſemper curæ fuit) ſic perdomuit eam, ut in formam penè ſtipendiarię redigeret provinciæ. Tum alter triumphus, cum altero Conſulatu ei oblatus eſt. De hoc Tiberio NERONE, C. Tiberii Neronis ex Liviâ Druſillâ filio, & Druſi Germanici fratre, Tacitus libro annalium 2. narrat: *quòd Germanico reditum ſuadens ſcripſerit, ſe novies à divo Auguſto in Germaniam miſſum, plura conſilio, quam vi perfeciſſe. Sic Sicambros in deditionem acceptos: ſic Suevos, regemq; Marobodunum pace obſtrictum: poſſe & Cheruſcos cæterasq; rebellium gen-*

Tiberius Nero Germanos vicit.

tes, quando Romana ultioni conſultum eſſet, internis diſcordiis relinqui. Apud eundem Tacitum, libro 2. *jactat Marobodnus, ſe duodecim legionibus petitum duce Tiberio, illibatam Germanorum gloriam ſervaviſſe; mox conditionibus æquis diſceſſum.* Suetonius Tranquillus, in Tiberii vitâ tradit, *Tiberium, poſt Pannonicum, geſſiſſe Germanicum bellum, in quo* XL. *millia deditiiorum trajecerit in Galliam, juxtaq; Rheni ripam ſedibus aſſignatis collocaverit.* Meminit hujus belli etiam Horatius, libro 4. carminum, odâ 14.

Major Neronum, mox grave prælium
Commiſit; immaneſq; Rhætos
Auſpiciis pepulit ſecundis.
Niluſq; & Iſter, te rapidus Tigris,
Te cæde gaudentes Sicambri
Compoſitis venerantur armis.

Germanicus,) GERMANICUS, Druſi Germanici & junioris Antoniæ filius, Auguſti nepos, à Tiberio Nerone patruo adoptatus, in Germaniam miſſus eſt, abolendæ magis infamiæ, ob amiſſum cū Quintilio Varo exercitum; quàm cupidine proferendi imperii. contra *Arminium* Cheruſcorū principem pugnavit, qui in exercitu ſuo *Marſos, Bructeros, Tubantes, Uſipetes, Angrivarios,* *Germanicus Cæſar afflixit Germanos Marte.*

Cattos, Chaucos, Cheruſcos, Semnones, Langobardos, Marcomannosq; habuerat: quantumq; Amiſiam & Luppiam amnes inter, vaſtatum, haud procul Teutoburgienſi ſaltu, in quo reliquiæ Vari legionumque inſepultæ dicebantur: deinde ad *Viſurgis* fluminis ripam, in campo *Idiſtaviſo*, Albi propiùs quàm Rheno, magnâ populi Romani & Germanorum jacturâ: quomodo Cor. Tacitus copioſiſſimè libro 1. & 2. exſequitur. Ita *Germani*, referente Strabone libro 7. *clariſſimum Germanico præbuêre triumphum: in quo illuſtrium virorum ſimul & fœminarum ducta ſunt corpora; Semiguntus, Segeſti filius, Cheruſcorum ductor, & ſoror ejus. Uxor autem Arminii, cujus ductu & auſpiciis in Cheruſcis conflatum eſt bellum, in fœderum fractione contra Quintilium inſtitutâ; qui nunc etiam bellum ipſum continet. Ejus fœmina nomen eſt Thosnelda. Secum erat filius trimus, Tumelicus nomine. Item Seſithacus, Ægimeri filius, Cheruſcorum ductoris: ejusq; uxor Rhamis, Ucromiri filia, Battorum principis; Deutorixq;, Bætoritis filius; Melonis, fratris Sugambri filius. Ægeſtus quoque, ſocer Arminii, ab eo diſſentiens, inchoante bello, obſervato tempore, transfuga ad Romanos transivit. Et traductis in triumpho cognatis patris aderat: honorificè ipſe in ducendo habitus,*

Germanici triumphus.

habitus, in ipſâ pompâ incedebat. Et Libiis, Cattorum ſacerdos, aliiq́ mortales ex direptis gentibus protrahebantur; Cathilci, Ampſani, Bructeri, Vſipetes, Cheruſci, Cattuarii, Catti, Landi, Subattii. Hæc Strabo. Multa de Germanico Tranquillus memorat, in Tiberii, Caligulæ & Claudii vitis.

Porrò *Germanici* nomen primùm Druſus tulit, teſtante Floro libro 4. cap. 12. his verbis: *Druſo, quod nunquam alteri, Senatus cognomen ex provinciâ dedit.* Addit Suetonius in Claudio: *Senatus Germanici cognomen ipſi, poſterisq́ ejus decrevit.* *Trajano* quoque, ut Plinius Panegyriſta ait, cùm Germaniæ præſideret, *Germanici* nomen ex urbe miſſum fuit. *Domitianus* & ipſum Germanici cognomentum uſurpavit. Martialis: *Germanici cognomen qui uſurpaverint.*

Nobilius tribuit domito Germania Rheno.

Vitellius præterea, vini & cibi meridiani plenus, ad milites acceſſit; *Germanicus* dictus eſt: quod cognomen cupidè recepit; teſte Plutarcho in vitâ Galbæ. & poſt illos *Trajanus, Julianus, Galienus* ac *Caracalla*.

Mox ingentes C. Cæſaris minæ in ludibrium verſæ.) Tacitus in vitâ Agricolæ: *Agitâſſe C. Cæſarem de intrandâ Britanniâ, ſatis conſtat; ni velox ingenio mobilis pœnitentiâ, & ingentes adversùs Germanos co-*

natus, fruſtra fuiſſent. Vellejus author eſt: *Germaniam, averſis domitoris ſui oculis, rebellâſſe.*

C. Caligulæ in Germanos expeditio.

Ideò *Caligula* expeditionis Germanicæ impetum cœpit: neque diſtulit; ſed legionibus & auxiliis undique excitis, delectibus undiq; acerbiſſimè actis, contracto & omnis generis comeatu, quantum nunquam antè alter, ingreſſus eſt; confecitque, modò tam feſtinanter, & rapidè, ut prætorianæ cohortes contra morem ſigna jumentis imponere, & ita ſubſequi cogerentur; interdum adeò ſegniter & delicatè, ut octophoro veheretur, atque à propinquarum urbium plebe verri ſibi vias, & conſpergi propter pulverem exigeret. Poſtquàm caſtra attigit; nihil ampliùs, quàm *Admimocino*, Bellini Batavorũ regis filio, qui pulſus à patre cum exiguâ manu trãsfugerat, in deditionem recepto, quaſi universâ traditâ inſulâ, magnificas Romam literas miſit: monitis ſæpe latoribus, ut vehiculo ad forum usque & curiam pertenderent; nec niſi in æde Martis, ac frequente Senatu, coss. traderent. (Suetonii verba refero, quæ in Caligulæ vitâ ſcribit.) *Adversùs Barbaros minaciſſimus fuit. Cùm trans Rhenum, inter anguſtias denſumq; agmen, iter eſſedo faceret; dicente quodam, non mediocrem fore conſternationem, ſicunde hoſtis appareat: equum ilico conſcen-*

conſcendit, ac properè verſus ad pontes, ut eos calonibus, & impedimentis ſtipatos reperit; impatiens moræ, per manus, ac ſuper capita hominum translatus eſt. *Mox etiam auditâ rebellione Germaniæ, fugam, & ſubſidia fugæ claſſes, apparabat: uno ſolatio acquieſcens, transmarinas ſibi ſuperfuturas provincias, ſi victores alpium juga, ut Cimbri; vel etiam urbem, ut Senones quõdam, occuparent.* Hactenus Tranquillus. cui Eutropius ſubſcribens, *Bellum*, inquit, *contra Germanos ſuscepit; & ingreſſus Sueviam ſtrenuè nihil fecit.* Habes, cur Tacitus dixerit, C. Cæſaris minas in ludibrium verſas.

Indè otium.) Indè, ab C. Cæſaris ætate, otium; quies belli, non petiti Romanorum armis, nec ipſi excurſiones fecerunt in provincias Rom. transrhenanas vel transdanubianas; ſed potiùs ſeipſos mutuis bellis attriverunt: *donec noſtræ*, inquit Tacitus, *discordiæ & civilium armorum occaſione, expugnatis legionum hybernis*, quæ in iis provinciis habuerãt Romani, *Gallias affectavêre*: quemadmodum olim, C. Julii Cæſaris ætate & imperio, *Arioviſtus* Galliarum regno potitus fuerat; ac deinceps *Burgundiones*, *Nuithones*, *Langobardi*, mox *Gothi*, *Franci*, *Alemanni* affectârunt Gallias: ut ex hiſtoriis notum eſt, & nos ſuprà admonuimus. *Germani in Gallias.*

Hyberna) ſunt loca, in quibus milites hyberno tempore commorantur. *Hybernacula*, vocamus ipſa tentoria.

Triumphati magis, quàm victi ſunt.) Sentit, Germanos magis triumphatos, quàm victos: hoc eſt, de illis triumphos, & quidem falſos, eſſe actos; nunquam verè victos. Sicut Florus ait libro 4. cap. 12. *Germaniam utinam vincere tanti non putâſſet Auguſtus! magis turpiter amiſſa eſt, quàm glorioſè acquiſita.* Et infra: *Germani victi magis, quàm domiti erant; moresque noſtros magis, quàm arma, ſub imperatore Druſo, ſuſcipiebant.* Qui hiſtorias diligenter excuſſerint; propè intelligent, quoties falsò triumphârint de Germanis Imperatores Romani. *Caligula*, fugaciſſimus imperator, & qui in Sueviâ nihil ſtrenuè egit, de Germanis triumphavit: ut Perſius Satyrâ ſextâ meminit, & Suetonius Tranquillus indicat. Ita *Domitianus* falsò de Germanis triumphavit: quod in Agricolæ vitâ noſter Tacitus, Dion Græcus, & Eutropius innuunt. Sic *Claudius Vitellius, Galienus*, & alii multi arrogâter triumphârunt, Germaniciq́; cognomentum ſibi deſumſerunt. Univerſa tamen Germania nunquam penitus in provinciam redacta, Romanoque imperio ſubjecta fuit:

Germani nunquã verè victi.

Romani Imperatores falsò triumphârunt de Germanis.

quamvis

quamvis Rom. Imperatores quasdam ſecundæ Germaniæ nationes ſubegerint. imò nobis potiùs Rom. imperium, divi Caroli Magni auſpiciis, qui Francus erat natione, ſubjectum eſt: ut ab eo tempore dederimus Imperatores Auguſtos imperio Romano; Romani verò nunquam dederint Germanis. Nos Imperio Auguſto imperavimus; nunquam autem illud nobis: niſi ab eo tempore, quo illud, ad majores noſtros translatum, ultrò recepimus.

Germania nunquam tota Romanis fuit ſubdita.

Nunc de Suevis dicendum eſt; quorum non una, ut Cattorum Tencterorúmve, gẽs: majorem enim Germaniæ partem obtinent, propriis adhuc nationibus nominibusq́; discreti; quanquam in commune Suevi vocentur. Inſigne gentis, obliquare crinem, nodoq́; ſubſtringere. Sic Suevi à cæteris Germanis; ſic Suevorum ingenui à ſervis ſeparantur. Sic in aliis gentibus, ſeu cognatione aliquâ Suevorum, ſeu (quod ſæpè accidit) imitatione, rarum & intra juventæ ſpacium: apud Suevos, usq; ad canitiem horrentem capillũ retrò ſequuntur, ac ſæpè in ipſo ſolo vertice reli-

gant. Principes & ornatiorem habent. Ea cura formæ;ſed innoxia. Neq; enim ut ament amentúrve: in altitudinem quandam & terrorem, adituri bella comti, ut hoſtium oculis,ornantur.

Suevorum veterum ſedes.

SUEVI veteres, *Herminones*, id eſt, mediterranei Germaniæ fuerunt populi, Plinio lib.4.cap.14.authore, ampliſſimi potentiſſimique; Albis fluvii accolæ. id ex probatiſſimis oſtendam authoribus. Lucanus Cordubenſis, libro 2.Pharſaliæ, ultra Albim collocat,hoc verſu:

Fundit ab extremo flavos aquilone Suevos Albis.——

Similiter Strabo libro 7. *Suevorum gens*, inquit, *ampliſſima: è Rheno ſiquidem usque ad Albim pervenit fluvium. eorum portio etiam trans Albim loca depaſcitur; quemadmodum Eumondori & Lancoſargi.* Et infrà: *Auſtralis pars Germaniæ trans Albim fluvium, quæ quidem contigua eſt, à Suevis adhuc tenetur.* Præterea Ptolemæus,libro 2.cap.11. *Sub Sidinis Ruticlii habitant,usq; ad Viſtulã fluvium. Interiores autem, & mediterraneæ gentes maximè ſunt, Suevi Angili. Qui magis orientales ſunt, quàm Langobardi, protenſi ad ſeptentrionem, usque ad medium*

medium Albis fluvii: & verſus Suevos Semnones, qui habitant poſt Albim; à præfatâ parte verſus orientem, usq; ad Suevum fluvium. Vibius Sequeſter: *Albis Germaniæ fluvius Suevos à Cervetiis dividit; mergitur in Oceanum.* Horum teſtimonio fultus, & quia Cimbris & Suevico mari facit proximos Tacitus, affirmo, *Saxoniam* incoluiſſe *Suevos*, ab *Holſatiâ & Danomarchiâ*, Cimbrorum ſedibus, & *Suevico*, hoc eſt, *Pomeranico mari*, ad *Bojohemicum* usque ſaltum: ubi nunc eſt provincia *Brandenburgenſis*, quam *Marchiam* germanico vocabulo appellant, & *Pomerania*: ad *Albim, Suevum, Hortellum, Havelum, Oderam* ac *Zuenum* flumina. *Saxonia* namque multò latiùs patebat olim, quàm nunc. Sicut diligenter Albertus Crantzius, libro primo Saxoniæ, capite primo, deſcribit: *Initium*, inquit, *Saxonicæ nationis eſt trans Albim, ab Holſatiâ: indè tranſiliens Albim, per diœceſim Bremenſem, in VVeſtvalium usq; ad Rhenum ferè pertingit: abindè verò in Heſſiam pervenit, ad Hercyniam ſylvã (qui nunc Hertici montes dicuntur) pertingens ad confinia Thuringiæ; in quâ olim non contemnẽdam partem Saxones, militiæ ſtipendium à Francis, quibus militavêre, ſuſceperant. Indè iterum ſub montibus longo tractu, pervenit in regionem Albi non longinquam, complectens VVittenbergũ,*

Saxoniæ amplitudo.

Digitized by Google

Saxonia ſuperior.

& confinia ejus; quæ nunc ſuperior Saxonia dicitur: duobus principatibus Saxoniæ titulum ſibi vendicantibus. Legitimâ quidem ſucceſſione ad Principes inferioris Saxoniæ omnis regio pertinet: ſed ſuperiorem apprehenderunt Miſnenſes Marchiones, cum dignitate Electuræ, quæ illi inſeritur principatui.

Inferior Saxonia.

Meditullium autem hujus, quam deſcripſimus, provinciæ, totum ex Vandalico, id eſt, Sclavico ſolo, redactum eſt in linguam & mores Saxonum: terra videlicet Brunſuicenſis, Luneburgenſis, Magdenburgenſis, Halberſtadenſis. Ad eandem verò nationem pertinet omnis Marchia Brandenburgenſis, ex eodem ſolo Vandalico capta, ac verſa in linguam Saxonum & mores. Hactenus Saxoniæ deſcriptio ex Crantzio. Ipſos *Suevos* Julius Cęſar, Commentariorum belli Gallici lib. 4. *gentem maximam & bellicoſiſſimam Germanorum omnium* vocat. Seneca in Medeâ, *nobiles*: Plutarchus in Cæſaris vitâ, *præſtantiſſimos Germanorum*. Strabo lib. 4. *potentiâ & hominum frequentiâ reliquos antecellere*; Lib. 7. *gentem ampliſſimam*: Florus lib. 4. *validiſſimam*: Tacitus libro 19. annalium, *gentem fideicommiſſæ patientiorem*: Oroſius, *maximam, ferociſſimam, validiſſimamq; gentem*, libro 6. cap. 9. Adeò ſemper clariſſima fuit Suevorum fama: nec una gens, ſed in plurimas nationes diviſa; ſuis tamen nominibus diſcre-

diſcreta: nempè in *Semnones, Langobardos, Reudignos, Aviones, Anglos, Varinos, Eudoſes, Suardones, Nuithones, Hermunduros, Nariſcos, Marcomannos, Quados, Marſignos, Gothinos, Oſos, Burios, Lygios, Arios, Helvecones, Manimos, Elyſios, Naharvalos, Gothones, Rugios, Lemovios, Suiones, Æſtios, & Sitones:* qui in commune uno nomine *Suevi* nominantur, de quibus ſingulatim in hoc libello. Paulus Oroſius, lib. 1. cap. 2. *omnium gentium Suevorum quinquaginta quatuor eſſe* refert. *Suevorum gentes & nationes.*

Sed quâ fortunâ, quo duce, Suevi è priſtinis ſuis ſedibus, quæ in Saxoniâ ad utrâq; ripam Albis fluvii fuerāt, emigraverint; & in Rhętiā atq; Vindelicię partē, Romanorum ꝑvincias, conceſſerint, ubi nunc habitāt: hiſtorię tacent. Tēpus mutat omnia; nec quicquā eſt in rebus hujus mundi ſtabile atq; perpetuū. Fieri potuit, ut à Saxonibus fortiorib⁹ ſint è priſtinis ſedibus pulſi: aut ſuâ ſponte manſiones ſuas reliquerint, novasq; quæſierint. Strabo reverâ *ad Danubii fontem locat Suevos*, lib. 4. ſub finem. *Primū*, inquit, *eſt horum trans Rhenum, & lacum in orientem vergens, mediocriter ſublime dorſum: quo in loco Iſtri fontes, juxta Suevos & Hercyniam ſylvam ſunt.* Unde colligo, Suevos tempeſtivè in Rhætiā incurſâſſe. ſub Auguſto namq; & Tiberio flo- *Suevi è Saxoniâ ſecedentes, in Rhætiam commigrârunt.*

ruit Strabo: & Tacitus, annalium primo memorat, *ſub Tiberio Rhætiam à Suevis petitã.* Hinc Auſonius Burdegalenſis, qui ſub Valentiniano, & ejus filio Gratiano Imp. Aug. claruit, circa Dominicæ incarnationis annũ CCCLXXX. in Suevis oriri Danubium refert, his verſibus alloquens Valentinianũ & Gratianum:

Danubius penitis caput occultatus in oris,
Totus ſub veſtrâ jam ditione fluo:
Quà gelidum fontem mediis effundo Suevis,
Imperiis gravidas quà ſeco Pannonias.

VVitichindus Saxo, qui ſub Othone Imperatore primo, anno Dominicę incarnationis DCCCCL. claruit, libro primo geſtorum Saxonicorum ſcribit; *Suevos transalbinos, illam quam incolunt regionem, eo tempore invaſiſſe, quo Saxones cum Langobardis Italiam adierint.* Cujus profectionis etiam Albertus Crantzius lib. 1. Saxoniæ meminit.

Sueviæ recentioris ſitus, & limites.

Nos verò hîc, digreſſi Sueviã veteri, noſtræ recentioris deſcriptionem paucis dabimus. Habet hæc, ab ortu ſolis, *Bajoariam*; ab occaſu, *Elſatas Rhenumq́;*: *Alpes* meridionalem plagam claudunt; ſeptentrionalem *Francia* finit. Separata eſt in plurimas regiones, ac tractus ſuis nominibus diſtinctos: in *Algoviam*, *Turgaviam*, oram *Podamici lacus*,

cus, Ergaviam, Hegoviam, Clecgaviam, Briſgaviam, Martianum nemus, Badenſem provinciã, VVirtenbergenſem ducatum, Zabergaviam, Creychgoviam, Brurinum, Albam, Albuchum, Hortfeldum, Ploſſenum, Oſtbergum, Reyſchnaviam, Riſam, Hanecampum, Norgaviam.

Algavia adhæret Alpibus: *Licum, Virdonem,* & *Ilerum,* à quo *Ilergavia* vicina ora nomen habet, effudit. Urbes habet multas: *Abuziacum* (id eſt, Füſſen) *Kauffburnum, Campodunum,* (meo Johanni Serrano, diligenti homini, natale) *Memmingiacum, Iſenum.* Terra eſt paulò ſterilior, nemoroſa; dives tamen pecorum.

Turgavia (à *Turo* amne, quo irrigatur, dicta) habet *Sanctogallum*, *Abbatiscellam, Turegum,* oppidum quondam Suevorum.

Ora Podamici lacus vitifera, habet *Conſtantiam, Uberlingum, Mersburgum.*

Ergavia; Thermas Helveticas, Oberbaden vulgo dictas.

Hegovia; Scheffhuſium, Stüllingam; Cregiam & *Tuelıam* arces.

Clecgavia, vicum Hallow.

Briſigavia habet *Friburgum*, academiâ celebrem; *Briſacum* Rhenanam urbem, unde & Briſigaviæ nomen.

Martianum nemus, Hercyniæ caput, (vul-

gò *Nigram ſylvam* dicunt) habet *Villingum*, *Rotvvilam*: parens eſt *Danubii* atq; *Nicri*. etjam *Baronatum* in Hercynio ſaltu; unde exit *Danubius*. Tacitus *Abnovam* nominat.

Provincia Badenſis, Marchioni ſubdita, urbes habet; *Badenam* Principis ſedem, & ſalubribus thermis claram; *Pforzheymium*, Joannis Reuchlini patriam: ſylvam Hagenſchieſs, *Rhenum* allabentem, *Nagoltam* & *Entium* flumina.

Ioannes Reuchlinus.

VVirtenbergenſis ducatus oppidis abundat; *Studgardia* metropolis, & Principis ſedes. In eo ducatu eſt *VVeyblinga*, & *Alta* Stauffen quæ imperio Romano dederunt Auguſtos, *Friderichum Barbaroſſam*, *Cunrados*, *Heinrichos*, *Philippos*. *Nicer* amnis mediam oram percurrit, & multis fluminib' acceptis (quorum præcipui ſunt, *Nagolta*, *Remiſus*, *Cocherus*, *Jaguſta*) in Rhenum properat: ubiq; fermè vitifer eſt. vinum accolæ Niceranum ſeu Neccarenſe vocant: in univerſam exportatur Sueviam.

Vinum Neccarenſe.

Zabergavia, hujus regionis eſt portio, ab amne *Zabero* appellata: urbibus quoque decorata, *Binicâ* & *Bracanâ*.

Creychgovia ad Nicrum, *Heylprunnum*, & *VVimpinam* habet.

In

In *Brurino*, *Bruchſela*, ac *Bretta*, (Philippi Melanchthonis natale) ſita ſunt. Philippus Melanchthon.

Alba, ad caput *Plavi* fontis, & *Plauburni* oppidi, *Reutlingum* tranſſcendendo, poſita eſt. *Plauburnum* ad pedem montis Albæ, in ipſis faucibus jacet: obſcurum alioqui oppidum; ſed quod nobilitavit ſuâ nativitate feſtiviſſimus vir, *D. Joan. Magenbuchus* medic⁹, pręter ſummam pietatem, incomparabili eruditione ac humanitate præditus. Ioannes Magenbuchus.

Albuchus lucus ſupra *Gemundam* jacet: cui vicinus eſt ſaltus *Hortfeldenſis*, à glebæ duritiâ appellatus, & *Ploſſenus*. *Oſtbergus* (ubi *VVertingum*) Danubium proſpicit.

Ad aquilonē *Riſa*, quæ veteris Rhętiæ nomenclaturam retinet, ſequitur: in quâ ſunt, *Nordlingiacum*, *Bopſingum*, *VVendigum*, & *Oetingenſis comitatus*. Cui hæret *Hanecampus*: in quo mons *Avellanus*; ager *Suanfeldenſis*, cum monaſterio & caſtello *Heydenheymio*; *Gunzenhuſium*, & *Alemannus* fluvius, à quo etiam ora adjacens appellationem habet: vulgò an der Altmühl dicitur.

Indè eſt *Nordgavia*: habens *VVeyſſenburgum* & *Suabachium* urbes. Inſunt etiam agri valleſque, ab præterlabentibus amnibus appellationem recipientes: velut eſt vallis *Cocherana*, *Vulſana*, *Remiſana*, *Bren-*

tiana, Guntiana, & campus *Lyci*, in quo Otho Imperator primus Hungaros proſtravit.

Inſuper tota *Suevia*, partim plana eſt, partim montoſa. Sylvas habet plurimas, (quarum omnium mater eſt *Hercynia*) quæ frequentem præbent venationem: amnes fonteſque limpidiſſimos, qui è montium jugis defluentes, & per valles jucundo murmure ſtrepentes, uberem largiuntur piſcationem. Fluvii veteribus noti, ſunt; *Rhenus*, *Danubius*, *Licus*, *Vardo*, (qui *VVertaha*) *Nicer*, & *Alemannus*: Ignobiliores; *Iler*, *Guntia*, *Mindula*, *Camilachus*, *Plavus*, *Brentzius*, *Ega*, *Zuſum*, *Smutter*, *Egyſſus*, qui in Danubium currunt. *Cocherus*, *Jaguſta*, *Remiſus*, *Vulſus*, *Entius*, *Nagolta*, Rheno cum Nicro confluunt.

Sueviæ flumina.

Ipſam Sueviam *Alemanniam* quoq; appellatam, ſuprà retuli. Paruit olim ſuis regibus ac ducibus, quos in Chronicis ſuis Joannes Nauclerus celebrat: quibus in Cunradino ultimo Suevorum principe exſtinctis, collapſum eſt regnum, & in plures dynaſtias divulſum. Civitatibus liberis & imperialibus potior pars ſubjacet. Eæ ſunt: *Auguſta* & *Ulma* inſigniores, *Hala*, *Heylbrunnum*, *VVimpina*, *VVeyla*, (quæ nobis D. Johannem Brentium primarium Theologum, & D. Johannem Schutzium inſignem medicum, edidit)

Alemannia eſt Suevia.

Civitates Suevorum imperiales.

ędidit) *Reutlingum, Eſſelinga, Gemunda, Giengena, Biberachum, Ravaſpurgũ, Conſtantia, Uberlingũ, Lindavium, Iſenum, Campodunũ, Memmingiacum, Cauffburnum, VVanganum, Luidkirchiũ, VVerdea, Nordlingiacum, Bopfingũ, Ala, Dünckelſpüheliũ, VVeyſſenburgum.* Reliqua portio, aut Auſtrię, vel Palatinis, VVirtẽbergenſi & Badenſi Principibus; aut Auguſtenſi & Cõſtantienſi epiſcopis; & Comitib⁹, Baronibus atque Nobilibus paret: omnes tamen Rom. atq; Germanorũ Imperatorẽ Auguſtum agnoſcunt, & imperantem audiunt.

Hęc recentior Suevia, Rom. & Germanorum regno Imperatores Auguſtos dedit. primùm *Rudolphum* Suevorũ principem, qui in Vorcheymio à Principibus Germanię Rex creatus contra Heinrichũ quartum, & à ſummo pontifice Gregorio diademate regio inſignitus fuit. Deinde *Cunradum tertium*, Friderichi Comitis de Stauffen & Principis Suevorũ filium, Francorum quoq; ducem. Tertiò *Friderichum primum*, Friderichi Monoculi filium, & Cunradi fratruelem, cognomento *Barbaroſſam.* Quartò *Heinrichum ſextum*, Ænobarbi filium. Quintò *Philippum*, Heinrichi fratrem, Barbaroſſæ filium. Sextò *Friderichum ſecundum*, Heinrichi ſexti filium. Septimò *Heinrichum*, Friderichi ſecundi

filium: & mox poſt illum *Cunradum quartum*, Friderichi ſecundi filium. Hos Reges Suevia protulit.

Ad veterem, unde digreſſus ſum, Sueviã redeo. Is qui ante aliquot ſecula Saxonũ Jura conſcripſit, potiſſimãm Saxonię principum & dynaſtarum nobilitatem à Suevis ortam teſtatur, qui videlicet pridem *Saxoniam* & *Albim* fluvium tenebant. *Accipite*, inquit, *genus ſatraparum Saxoniæ, Principes Aſcaniæ, & Brandenburgenſis, Orlemundanus, & Marchio Miſſenenſis, & Comes à Brene*: hi omnes Suevi ſunt. E Baronibus Suevi ſunt: *Baro à* Hackenborn, *Baro à* Geneys/ *Baro à* Möhele. E Judicibus (*Scabinos* vocat) imperialibus Suevi ſunt: *Trebulanus, Ederſtorphius, Heinrichus Judas à* Schneitlingen, *Præfectus Albrechtus à* Spondaw, *Eberhardus & Cũradus à* Schneitlingen: & *Scrapeni filii à* Jerſchleven/ *Anna à* Jerſchendorff: *Hermannus à* Mering/ *Heydolphi filii à* Weiningen/ *& is qui eſt Seedorphii*. Hi omnes Suevi ſunt. Qui ſunt *à Brunſuigo, Lunenburgo, Pabenburgo, Oſterburgo, Aldenhuſio*, Suevi ſunt. Et ii qui *à* Werningenrade, Arnſtein/ Beſenrode/ Armersleven ſunt. Similiter *Burggravii Gibichenſteinenſes, præſes Halberſtadienſis, & à* Suſſelitz/ *& à Liechtenbergo, à* Döben, hi omnes genere Suevi ſunt. Nec

Saxonum Principes & ſatrapæ Suevi fuerunt.

Nec prętereundum mihi hîc eſt,quod Pomponius Mela, lib.3. & Plinius, libro 2.cap.69 ex Cornelio Nepote repetunt: *Qu. Metello Celeri, C. Africani in conſulatu collegæ, tum in Galliis proconſuli, Indos quoſdam à rege Suevorum dono datos; qui ex Indiâ commercii causâ navigantes, tempeſtatibus eſſent ex Indicis æquoribus abrepti, emenſiq́ę quæ intererant; tandem in Germaniæ littora exiiſſe.* Indè enim colligo, Suevos accoluiſſe Oceanum Germanicum; quem mox *Suevicum* appellat Tacitus. quòd etiam in Agricolæ vitâ idem noſter Cornelius tradat; *ipſum æquor navigâſſe Suevos, & ſuos habuiſſe Reges*, quorum in annalibus mentio: *Marobođuum, Tudrum, Vannium, Sydonem, Italicum, Vangionē.* reliquorū mentio exſtat apud Ammianū Marcellinum, & Johannem Nauclerum Chronographum. *Suevi ſuos habuerant Reges.*

Inſigne gentis, obliquare crinem.) Hoc idem Juvenalis Sat. 3. de omnibus Germanis ſcribit:

Cærula quis ſtupuit Germani lumina, flavam
Cæſariem, & madido torquentem cornua cirro.

Martialis initio epigrammatum, de Sicambris:

Cimbris in nodum tortis venêre Sicambri.

Et licèt, inquit Tacit᷑, *aliæ* Germanorū gen-

tes, in calamiſtrando torquēdoq́; capillitio. *ſeu cognatione aliquâ Suevorum; ſeu (quod ſæpe accidit) imitatione,* eundem Suevorum morē imitentur: tamen *rarum* eſt penès illas, *& intra juventa tantùm ſpatium.* at *Suevi, usq; ad caniciem horrentem, retrò ſequuntur capillum, ac ſæpe in ipſo vertice religant.* Quemadmodum Cattorum morem, in ſubmittendâ barba, imitantur etiam alii Germanorū populi. Variat hîc lectio: alii codices habent, *Atq; in ſolo vertice religatur: Et hoſtium oculis armantur.*

Crines torquent calamiſtro.

Vetuſtiſsimos ſe nobiliſsimosq́; Suevorum, Semnones memorant. Fides antiquitatis, religione firmatur. Stato tempore in ſylvam, Auguriis patrum & priſcâ formidine ſacram, omnes ejusdem ſanguinis populi legationibus coëunt, cæſoq́; publicè homine, celebrant barbari ritus horrenda primordia. Eſt & alia luco reverentia. Nemo niſi vinculo ligatus ingreditur; ut minor, & poteſtatem numinis præ ſe ferēs. ſi fortè prolapſus eſt, attolli & inſurgere haud licitum. per humum evolvuntur: eoq́; omnis ſuperſtitio reſpicit, tanquam indè initia gentis; ibi regnator omnium

Deus.

Deus, cætera ſubjecta atq; parentia. Adjicit authoritatem fortuna Semnonũ. centum pagis habitatur; magnoq; corpore efficitur, ut ſe Suevorum caput credant.

Dixit, *Suevos*, non unam, ut Cattorũ Tencterorúmve gentem, majorẽ Germaniæ partem obtinere, ꝓpriis adhuc nationibus nominibusq; diſcretos: quas gentes & nationes ſingulatim explicat. primũ SEMNONES: quos fuiſſe Suevos, etiam aliâs Tacitus oſtendit, lib. 2. hiſtoriæ Auguſtæ, his verbis: *Non modo Cheruſci ſociiq; eorum, vetus Arminii miles, ſumsêre bellum: ſed è regno etiam Marobodui Suevæ gentes, Semnones ac Langobardi, defecêre ad eum.* Vellejus, poſteriore volumine: *A Rheno usq; ad flumen Albim, qui Semnonum Hermundurorumq; fines præterfluit, Romanus cum ſignis perductus exercitus.* His accedit etiam Strabo, lib. 7. de Maroboduo ſcribens: *Reverſus,* inquit, *in patriam, magnum adeptus eſt potentatum, & præter eos, quos antè dixi, populos, etiam Luios, gentem ſanè permagnam, & Zumos, & Butones, & Mugilones, Sibinos, & ipſorum Suevorum nationem ampliſſimam, Semnones, imperio ſuo adjecit.* Poſtremò etiam Ptolemæus Suevos fuiſſe affirmat, & ſedes ipſorum ultra Albim ſtatuit, hoc modo: *Suevi*

Semnones Suevorum natio.

Semnones,*poſt Albim, verſus orientem*, *usque ad Suevum fluvium perveniunt*. Ergo in *Luſatiâ* ac *MarchiâBrandenburgenſi* habitârunt; ab *VVittenbergâ* & *Dorgano* Saxonicis urbibus, *Perolinum* usq;, quam Suevus amnis (accolæ *Sprevum* appellant) perlabitur: ubi nunc ſunt, *Cotvvicus*, *Luca*, *Haganum*, *Lubana*, *Beſica*, *Hertzbergum*, *Paucenum*, *Gubium*, *Croſſenum*, *Calo*, *Camentia*, *Freyberga*. Interjacet namque *Luſatia* media inter *Sileſiam* atque *Miſniam*: utriusque portio *regno Bohemorum* ſubjacet, & partim *Marchioni Brandenburgio*. Habet ab oriente, *Sileſiam*; à meridie, *Bohemiam*; ab occaſu, *Miſniam*; ab ſeptentrione, *Marchiam*. *Suevus* fluvius mediam percurrit. *Niſſa* è Bohemiâ lapſus, eandem rigat, & in Oderam infra Gubium tranſit. *Albis* latus occiduum claudit; *Odera*, orientale. Gens ipſa, partim Germanico idiomate, partim Sclavico utitur. Terra frumenti ferax.

Luſatiæ urbes

Hos *Semnones* arbitrantur in *Galliam Celticam* migrâſſe; & condidiſſe *Brixiam*, *Veronam*, *Ticinum*, *Mediolanum*, *Comum*, *Bergomum*, *Tridentum*, *Vicentiam* atque *Senam*: deinde, Brenno duce, Romam vi cepiſſe, anno trecenteſimo & ſexageſimo, & paulò plùs ab urbe conditâ. quam opinionem firmis rati-

onibus

onibus non poſſum tueri. Puto verò, hujus opinionis aſſertores *Senonũ* cognomine falſos: nam fuerunt hujus appellationis etiam in *Lugdunenſi Galliâ* populi, ad *Padum* fluvium; Livio lib. 5. Straboni in 5. Ptolemæo lib. 2. cap. 8. & alii in *Norico* ſeu *Vindeliciâ*, Floro lib. 4. cap. 12. Itaque quicquid veteres hiſtorici de *Gallis Senonibus* prodiderunt; hi, nimiùm Germaniæ laudum ambitioſi, *Suevis Semnonibus* attribuerunt.

Priſcâ formidine, religione ac veneratione.) ſuprà namq; Tacitus oſtendit, Germanos cõſecrâſſe lucos & nemora, deorũq; nominib⁹ appellâſſe. à quâ ſuperſtitione Seneca quoq; Suevos celebrat, in Medeâ inquiens: *Lucis nobiles Suevi Hercyneis.* Verùm hanc ſylvam monſtrare nõ poſſum; quòd in noſtrorum literis nihil relatum ſit de illâ. & fieri potuit, ut hoc Saxonicum, ſeu potiùs Marchiacum nemus, dudum ſit exciſum: id quod multis aliis accidit.

Sylva auguriis patrum ſacra in Suevis.

Cæſoq; publicè homine.) Sic *Mercurius* apud Germanos humano ſanguine placabatur: quemadmodum antea relatum. huic Suevos Semnones litâſſe, non dubito: niſi malis *Iſidem* intelligere cruentis hoſtiis placatam; quod minùs puto. Velut itaq; Terra arborum ſylvarumque parens eſt: ita *Suevi*

Suevi ſanguine humano litabãt.

Semnones, & reliquæ Suevorum gentes, *Rendigni*, *Aviones*, *Angli*, *Varini*, *Eudoſes*, *Suardones* & *Nuithones*, ſua initia ad terram, communem omnium matrem, & ad lucos diis gentilitiis ſacros, referebant. Hominem mactabant; *lapſi per humum provolvebantur*: quaſi hiſce ſuperſtitioſis ritibus gratitudinem teſtarentur, & Terræ Lucuique acceptam referrent vitam.

Terra omnium cõmunis parens.

Barbari ritus, horrenda primordia.) Hujus cruentæ ſuperſtitionis abominationisq; nullum ſupereſt veſtigiũ: Chriſtiana fides & religio, exſtinxit impium, horrendum ac barbarum cultum. Jeſus Chriſtus, Dei filius, hodie prædicatur ac colitur.

Centum pagis habitatur.) Julius Cæſar, lib. 4. Commentariorum de bello Gallico; *Suevorum*, inquit, *gens eſt longè maxima, & bellicoſiſſima Germanorum omnium. Ii centum pagos habere dicuntur: ex quibus quotannis ſingula millia armatorum, bellandi causâ, ſuis ex finibus educunt. Reliqui, qui domi remanſerint, ſe atq; illos alunt. Hi rurſus invicem anno poſt in armis ſunt; illi domi remanent. Sic neq; agricultura, neq; ratio atq; uſus belli intermittitur.* Eorundem pagorum etiam Eutropius, libro 6. cap. 3. Paulus Oroſius, lib. 6. cap. 9. meminerunt, quorum poſterior refert, multos pdidiſſe,

diſſe, *Suevorum eſſe centum pagos & populos.* De quibus etiam Gotfridus Viterbienſis, in opere ſuo *Pantheon* inſcripto, quod Urbano Tertio Rom. Pont. dedicavit:

Incoluit centum primæva Süevia pagos,
Nec urbes, nec caſtra colens; ſed rura vel agros.

Pagus autem, non tantùm vicum ruſticanum; villarum ac domorum ruſticarũ congeriem, (ein Dorff:) ſed civitatem, agrum, tractum alicujus fontis aut fluvii, hoc eſt, regionem ad rivum ſitam, ſignificat. noſtrate linguâ hodie, ein gew / ein marck / ein ort / ein gebiet appellamus. Sicut Cæſar dictator, in primo belli Gallici, *omnem civitatem Helvetiam in quatuor pagos diviſam*, ſcribit: quorum nunc ſunt tredecim, ab Heinricho Glareano celebrati. Apud eundem, Treviri referebant Cæſari, *centum Suevorum pagos ad Rheni ripam conſediſſe, qui Rhenum tranſire conarentur.* Dicitur verò *pagus*, ἀπὸ τῆς πηγῆς, id eſt, à fonte: quòd circa fontium rivos collocarentur. Minimè enim credibile eſt, Sueviam, latiſſimam Germaniæ oram, tantùm centum vicos habuiſſe: quando nullas etiam urbes habitaverint, nec jũctas ſedes inter ſe paſſi fuerint; ſed diſcreti ac diverſi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit, coluerint: nec vicos

Pagus quid ſignificet.

locârint, ad Romanum morem, connexis & cohærentibus ædificiis; ſuam quisq; domum ſpatio circumdederit, ſive adversùs caſus ignis remedium, ſive inſcitiâ ædificandi. Nimiùm diſtabant à ſe invicem villæ: quemadmodum plerisq; locis etiámnum vetus mos cernitur. Et quomodo ex uno vico potuiſſent mille homines ad bella emitti? Non adeò multæ civitates ſunt in Germaniâ, quæ ſingulis annis millia armatorum, bellandi causâ, ſi ſit longiùs in peregrinis terris militandum, educant. Paucos reperias vicos, mille viros habitantes. Duos ſcio, præ cæteris longiores atque majores: unum in orâ *Muſnenſi*, juxta *Muldam* amnem, inter *Zwiccam* & *Chemnitium* urbes; *Longevvitz* appellatur: alterum *Nab*, prope meam patriam, in ditione civitatis *Vlmēſis*, ſed utriq; nō poſſent, ſingulis annis, in militiam extrudere millia armatorum. Cùm ergo Cæſar dicat, Suevorū pagos ad Rhenum conſediſſe, & flumē transituros: ſatìs indicat, *Pagum* hominum multitudinem, ſocietatem ac civitatem ſignificare; & *Paganos*, interprete Servio, fontium aut fluviorum accolas, qui unum tenēt tractum & diſtrictum.

Pagani.

Sunt, qui Suevorum pagos in γῶ vel γία, græcam voculam, finali terminatione deſiviſſe.

viſſe, memoriæ prodiderint: nos germanicè gew pronuntiamus; quidam craſſiùs, goy & gou. Id nominis agrum & rus ſignificat: multa enim græca vocabula adhuc in idiomate noſtro uſurpamus. bonam horum partem ſuprà cõgeſſimus. Sicut Rheingew vel Ringgew/ad Rhenum pagus, infra *Maguntiacum*, laudatiſſimum proferens vinum: Donagew/ad Danubium pagus, prope *Reginoburgium*: Möngew/ad Mœnum ager, circa *VVirciburgum*: Ilergew/ad Ilerum, juxta Campodunũ: Turgew/ad Turum amnem, cujus terminus eſt *Turregum*: Argew/ad Arulam; ubi quondam *Vindoniſſa* ſita erat, nũc *Habsburgum* arx: Amergew/ad Amerã ſeu Ambrorũ in Vindelicis: Zabergew/in ditione Principis VVirtẽbergenſis, ad Zaberum amnẽ: Muſtelgew/in mõtanis Marchionis Brandenburgẽſis, Principis mei longè optimi, ad rivũ ejuſdẽ nominis. Cujuſmodi pagi exſtãt plures, ad amnes, mõtes, ſylvasq; proteẽſi: ſicut Norckgew (ager Noricorum) Algew/ Augſtgew/ Heylgew/ Breyßgew/ Elccfgew/ Ergew/ Sunggew/ Creychgew/ Hegew/ Waßgew/(à Voſago vocitata) Gützgew/ Soltzgew/ Bachgew. Latinâ formâ pronũtiare poſſum⁹, *Nordgaviã, Algaviã*, &c. ſeu *Hegoviã, Brisgoviã*, &c. Hos Suevorũ pagos fuiſſe, nõ pauci arbitrãtur, quorum

ſententiæ ſubſcripſiſſem, ſi Suevi primitus eas ſedes in Rhætiâ tenuiſſent; quas poſteriùs occupârunt. at quando à Rheno Albim usque, & ultra Albim ad Oceanum accoluerint; veteres Suevorum pagi in *Pomeraniâ, Marchiâ* ac *Saxoniâ* quærendi ſunt, non in Rhætiâ. Scio quoſdam eos Suevorum pagos non in gew/ſed in bach finiiſſe: quemadmodum Erlesbach/Steinbach/Tieffenbach/ Butzbach/ Zeunſpach/ Gengeſpach/ Eſchenbach/ Onolzbach/ Culmbach/ Sultzbach/ Alberſpach/ Schwabach/ & innúmera alia; quòd ad fontium rivos habitare conſueverint, ob multarum rerum commoditatem. Ingens præterea conjectura eſt, ipſum vernaculum vocabulum Bach / à pago derivatum. nam alii bach/alii pag pronuntiant, variante nonnihil germanicâ dialecto: quemadmodum Græci πηγὴ & παγά dicunt, φήμη & φάμα. Studioſi antiquitatis hanc rem inveſtigent.

Contrà Langobardis paucitas, nobilitasq́; quòd plurimis ac valentiſſimis nationibus cincti, non per obſequium; ſed prœliis & periclitando tuti ſunt.

Langobardi, non tam populoſa Suevorum gens fuit, atque Semnones; nobiles tamen:

tamen: *quòd plurimis ac valentiſſimis nationibus* Suevorum, ſcilicet *Cattis, Chaucis & Cheruſcis, cincti*, ab illis *tuti ſunt: non per obſequium*, quòd tribuerint multa, aut indulgentiâ & beneficiis conciliaverint amicitiam pacemque illorum; *ſed prœliis & periclitando*, quòd ſæpe cõcertaverint, vicinorumque hoſtium vim & inſultus fortiter repulerint. Unde etiam Vellejus Paterculus, libro ſecundo, ferociſſimos fuiſſe teſtatur, his verbis: *Fracti Langobardi, gens etiam Germanâ feritate ferocior.* Hos Tacitus *Suevis* attribuit, cùm inquit: *Non modò Cheruſci ſociiq; eorum, vetus Arminii miles, ſumsêre bellum; ſed è regno etiam Maroboduí Suevæ gentes, Semnones ac Langobardi, deficêre ad eum.* Ptolemæus libro 2. cap. 11. ſimiliter Suevis adnumerat: *Tenent*, inquit, *Germaniæ partem, quæ eſt juxta Rhenum fluvium, ab arcto incipientes, Buſactori parvi, ac Sicambri: ſupra quos Suevi Langobardi; deinde Tingeri & Ingriones.* Item: *Suevi Angili orientaliores ſunt Langobardis.* Item: *Inter Chaucos majores & Suevos jacent Angrivarii; poſtea Laccobardi.*

Horum ſedes putant nunc *Miſnenſes* tenere: alii *Pomeranos.* Ego autem exiſtimo, *Saxoniam* ab illis inhabitatam *inferiorem cisalbinam*, agro Luneburgenſi vicinam. Video & conſentire Beatum Rhenanum, in libro *Langobardorum ſedes antiquæ.*

rerum Germanicarum ſecundo, his verbis: *Opinor Bardunvvigum, urbem illam ab Heinrico Leone Saxonum Principe (Heinrici Catuli ſive VVelphi, Ducis Bojoariæ, filius is erat, & Saxonum princeps) everſam, Langobardorum retuliſſe nomen, & ſedes illorum veteres indicâſſe. Nam Auguſti Tiberiiq; principatu illic habitârunt: vel atteſtante Vellejo, qui cis Albim poſitos docet Langobardos, à Rheno venienti, Chaucisq; vicinos facit. Poſtea fortaſſis in inſulas Germanici maris conceſſerunt, pulſi ab aliquâ validiore gente.* De *Bardvvico* multa ſunt in Vandaliâ & Saxoniâ Alberti Crantzii: quemadmodum etiam alteram Saxoniæ urbem, ſupra Magdenburgum, ad ſiniſtram Albis ripam, Comitatu nobilem (*Barby* vulgò appellatur) ab iisdem Langobardis dictam cogito: Similiter pagum Bardegaw. Fieri potuit, ut Germani primores duas ſyllabas, brevitati ſtudentes, amputârint, & de Langobardorum vocabulo *Bardos* & *Bardvvyck* conſervaverint.

Bardevicum urbs, in territorio Luneburgenſi.

Bardenſis comitatus.

Bilibaldus Pirckheymerus, ex Ptolemæo adſtruit, partẽ *Marchiæ* ſive *Marcaniæ comitatus*, & *Montenſem ducatum*, fuiſſe Lãgobardorum regionem; & horum terram tria perlabi flumina, *Luppiam*, *Ruram* in Juliacenſi ducatu, & *Angram*. Et reverâ, ſi Ptolemæum penitiùs

nitiùs intuearis, *Hercyniam* quoque ſylvam, quæ eâ parte occidentalis ſylva (vulgò Weſterwald) dicitur, accoluerunt *Langobardi*.

Hi, primis illis ſuis ſedibus relictis, (incertum quo authore & fortunâ) inſulas Germanici maris occupârunt; *Scandiam, Scoringam, Maringam, Gotlandiam, Rugilandiam*: indè egreſſi, *Pannoniam* invaſerunt: poſtremò non peſſimam *Italiæ* portionem, quę in hũc diem, ab Langobardis cultoribus, *Langobardia*, & corrupto vocabulo *Lombardia*, appellatur, pulſis qui incolebant, habitandam acceperunt; anno ſalutiferi partus DLXXII. in quâ annos CCIII. regnârunt: ab Carolo Magno oppreſſi, ejecto *Deſiderio* Rege, Heyſtulphi filio. regnum Pipino, Caroli Magni ex Hildigarde Suevâ filio, traditum. *Langobardorum* res Paulus Diaconus Forojulienſis conſcripſit, atque alii. Dicti verò *Langobardi*, vernaculo Germanorum ſermone, à promiſſâ barbâ; cui nutriendæ, præ aliis Germanorum gentibus, unicè ſtudebant. Sic Andreas Alciatus annotavit. Ex *Scandaviâ* inſulâ veniſſe, Paulus Diaconus ſcribit. à barbæ longitudine, quòd eam promitterent, dictos exiſtimavit Georgius Merula. Addit, quisquis fuit, Theodat⁹; cùm *VVinuli* dicerentur, cumq; *Erulis* congredi pararent.

Langobardi in maris inſulas.

Langobardor. etymon.

deq; cujuſdam *Godæ* impulſu mutâſſe nomen. quæ omnia fabuloſa ſunt: quandoquidem puri puti Germani fuêre, barbarâ appellatione nuncupati, quæ de Latino idiomate minimè ſit trahenda. Chriſtianos ætate ſuâ fuiſſe, Procopius non uno in loco eſt author: cùm recentiores omnes, in Italiâ ſuscepiſſe fidei rudimenta, perquàm incurioſè ſcripſerint.

Reudigni deinde, & Aviones, & Angli, & Varini, & Eudoſes, & Suardones, & Nuithones, fluminibus aut ſylvis muniuntur. nec quicquam notabile in ſingulis; niſi quòd in commune Herthum, id eſt, Terram matrem colunt: eamq; intervenire rebus hominum, invehi populis arbitrantur. Eſt in inſulâ Oceani Caſtum nemus: dicatum in eo vehiculum veſte contectum, attingere uni ſacerdoti conceſſum. Is adeſſe penetrali deam intelligit; vectamq; bubus fœminis multâ cum veneratione proſequitur. Læti tunc dies, feſta loca, quæcunq; adventu hoſpitioq; dignatur. Non bella ineunt, non arma ſumunt; clauſum omne ferrum; pax & quies

quies tunc tantùm nota, tunc tantùm amata; donec idem ſacerdos, ſatiatam converſatione mortalium deam, templo reddat. mox vehiculum & veſtes, &, ſi credere velis, numē ipſum ſecreto lacu abluitur. Servi miniſtrāt, quos ſtatim idē lacus haurit. Arcan⁹ hinc terror, ſanctaq; ignorantia; quid ſit illud, quod tantùm perituri vident. Et hæc quidem pars Suevorum, in ſecretiora Germaniæ porrigitur.

REUDIGNOS & AVIONES, Suevorum *Vigævones*, aquilonarem & maritimam Saxoniæ plagam poſſediſſe, non dubito, ubi nunc eſt *Mechelburgenſis ducatus*; *Obotritorum* terra, Slavis in eâ imperitātibus, dicta, ad Suevi fluminis oſtia. Emendatiores codices, Beato Rhenano monente, *Vendignos* pro *Reudignis* habent. Unde mihi ſuſpicio ſubiit, *VVendigū* ab illis cognominatum, oppidum id eſt Suevorum, Principibus Bojoariæ audiēs; Leonharto Fuchſio, inſigni medico, patria. nam cùm *Suevi*, quorum *Vendigni* fuēre natio, relictis priſtinis ſedibus, Rhætiam occupârint: fieri potuit, ut Vendigni eâ Rhætię parte hæſerint, ubi ejus nominis oppidum cernitur, veteris populi veſtigium. *Leonhartus Fuchſius.*

Fioniæ inſula Germanici Oceani.

Aviones verò puto ſeceſſiſſe in *Fioniã* inſulã, Holſatię objectam, & ad Danorũ imperiũ pertinentẽ; ſervato vocabulo: (*Funa* vulgò dicitur) de quâ Saxo Grãmaticus, patriâ Sialandicus, lib. 1. hiſtoriæ Danicæ. *Poſt Jutiam*, inquit, *inſula ad orientẽ verſus Fionia reperitur; quã à continenti, anguſti admodũ æquoris interjectus abrumpit. Hæc ſicut ab occaſu Jutiã; ita ab ortu Sialandiam proſpectat, conſpicuã neceſſariarum rerum ubertate laudandã. quæ inſula, amœnitate cunctas noſtræ regionis provincias antecedens, medium Daniæ locum obtinere putatur; ab extimæ remotionis limite, pari ſpatiorum intercapedine diſparata.* Hujus mentio eſt quoque in Saxoniâ Alberti Crantzii, lib. 9. cap. 10.

Angli Suevorum natio.

ANGLOS ſimiliter maritimos exſtitiſſe, videtur Tacitus oſtendere. Ptol. lib. 2. cap. 11. horum ſitum, his verbis prodidit: *Interiores & mediterraneæ gentes maximè ſunt Suevi Angili; qui orientaliores ſunt Longibardis, protenſi ad arcton uſq; ad medium Albis fluvii.* Beda theologus & hiſtoricus Anglorum, qui ſub Leone Imperatore, anno à partu ſalutifero DCCXXX. claruit, in Anglorum hiſtoriâ refert; *Anglos habitâſſe inter provincias Vitarum & Saxonum. Vitas* Saxo Sialandicus, & Albertus Crantzius, *Jutas* appellant; & provinciam eorum *Jutiam*. ipſa eſt *Cherſoneſus Cimbrica*;

Beda Anglus.

brica; nunc parens Danis. Hi *Angli Saxones*, Suevorum natio, poſt *Scotos* atque *Pictos*, duce *Vortegerno*, in *Britanniam* inſulam, veteribus *Albion* dictam, ſupervenerunt; à *Britonibus* evocati, ad tuendam regionem, & ejiciendos Pictos Scotosque, Germanorum gentes. quibus repreſſis atq; ſuperatis, totius Britanniæ imperiũ ſibi vendicârunt: ac priſcum inſulæ nomen, novo patriæ ſuæ vocabulo permutârunt; inquit Saxo Grammaticus. Quemadmodum noſter Tacitus, in Julii Agricolę ſoceri ſui vitâ, *Caledonum* in Britanniâ gentem ab Germanis originem duxiſſe, his verbis indicat: *Rutilæ Caledoniam habitantium comæ, magni artus, Germanicam originem aſſeverant.* *Caledonia* pòſt à Scotis occupata, *Scotia* dicta eſt. Sed age ipſum Bedam audiamus. *Anno*, inquit, *ab incarnatione Domini* CCCCXLIX. *cùm orientis imperium teneret Martianus, & Valentinianus Auguſtus occidenti præeſſet: Anglorum, ſive Saxonum gens, invitata à Rege Britonum Vitigerio, Britanniam tribus longis navibus advehitur; & in orientali parte inſulæ, jubente eodem Rege, locum accepit commanendi, quaſi pro patriâ pugnatura, re autem verâ hanc expugnatura ſuſcepit. Inito ergo certamine cum hoſtibus, qui ab aquilone ad aciem venerant; victoriam ſumsê-*

Angli in Britanniam.

Britannia nunc Anglia,

Britones ex proximis Germaniæ littoribus Anglos conduxerunt.

re Saxones: quod ubi domi nuntiatum eſt, ſimul & inſulæ fertilitas, & ſegnitia Britonum; mittitur confeſtim illò claſſis major armatorum, ferens manum fortiorem, quæ præmiſſæ adjuncta cohorti, inſuperabilem fecit exercitum. Susceperunt ergo, qui advenerant, donantibus Britonibus, locum habitationis inter eos, eâ conditione: ut pro patriæ pace & ſalute in hoſtes militarent; illis militantibus debita Britones ſtipendia ferrent. Advenerant autem de tribus Germaniæ titulis fortioribus, id eſt, de Saxonibus, Anglis, Vitis. De Vitarum origine, ſunt Cantuarii, & Vectuarii; hoc eſt ea gens, quæ Vectam tenet inſulam, & ea, quæ usque hodie occidentalium Saxonum Vitarum natio nominatur, poſita contra inſulam Vectam. De Saxonibus, hoc eſt; eâ regione antiquorum Saxonum, venêre orientales Saxones, meridiani, & occidui. Porrò de Anglis, hoc eſt, de illâ patriâ, quæ Anglia dicitur, & ab eo tempore usque hodie manere deſerta inter provincias Vitarum & Saxonum perhibetur; orientales & mediterranei Angli, pariterq́ue tota Nordhumbrorum progenies, id eſt, earum gentium quæ ad boream fluminis Humbri inhabitant, cæteriq́ue Anglorum populi ſunt orti. Hæc & alia multa Beda Anglicus. Cui Pomponius Lætus in Valentiniano ſubſcribens, ait: *Qui in Britanniâ erant, cùm Scotorum & Pictorum*

Vecta, inſula Britanniæ.

rum rapinas & impetus ferre non poſſent, Anglorum regem Vertigomarum, ad opem ferendam popoſcerunt. ſecus evenit: Angli inſulam ſuæ ditionis fecêre. Sunt etiam ii Saxonum Germanorum populi, feroces atq; pugnaces; qui adhuc cum Scotis interjectis limitibus imperant. Bedæ verbis Albertus Crantzius Hamburgenſis, diligentiſſimus hiſtoriographus, ſub Maximiliano Auguſto vitâ functus, adjicit lib. 1. Saxoniæ, cap. 21. *Angli quidem, teſte etiam Ptolemao, vocati ab olim; ſed ætatis proceſſu, corrupto, ut fit, vocabulo, pro Anglis Angiri dici cœperunt. quorum princeps VVedekindus poſteris ſeculis toti provinciæ dominabatur; illo tempore, quo Magnus Carolus provinciam omnem Saxoniæ ad ſacra Chriſti cogeret: hodieq; Principes Saxoniæ ſe Duces Angriæ & VVeſtphaliæ præferunt in titulis: Colonienſis quoque archiepiſcopus, ex die deſtituti Heinrici Leonis, illum ſibi aſſumſit inſcriptionis inter alios titulum*, &c.

Angirios ſuprà Angrivariorum reliquias expoſui. Puto *Anglos* (die Engeln) pridem dictos; ſicut inſulam ab illis occupatam *Engellandiam* appellamus: & *Engelſtadiū*, Bojoariæ urbem ad Danubium flumen, ab iiſdem Anglis Suevis, cum reliquis Suevis Rhætiam invadētibus, nuncupatam crediderim: quam *Angeloſtadium* Latinâ formâ; in-

eptiſſimè autem *Chryſipolim* & *Auripolim* dicunt. Et quid vetat, Jngelheym/ Caroli Magni patriam, ad eandem referre originem. Similiter Engelsreut/ Engelthal/ Engelburg/ & ſimilia. Ex dictorum authorũ teſtimoniis colligo, inter *Jutas* & *Saxones*, ad mare Germanicum & Albim fluviũ, in *Luneburgenſi* ac *Brunſuicenſi* provinciis, habitâſſe Anglos. Num verò emigratione in Rhætiam atq; Britanniam, aut Sclavis totam Saxoniam depopulantibus, vetus Anglorum nomen in eâ regione interierit; hæreo.

Anglorum nomen in Saxonia extinctum.

VARINOS, EUDOSES, SUARDONES ſive *Suarines*, & NUITHONES; puto *Vandalorum* gentem, ultra Albim, ad ſeptentrionem, per Germanici maris littora orientem versùs, per *Pomeraniam* usque in *Pruſſiam* coluiſſe: ubi nunc *Starigardia, Lubecca, VViſmaria, Roſtochium, Straleſunda. Gripesvvaldia, Sundis, Julinum, Caminum* & *Stetinum* urbes; juxta *Suevi, Odera, Panis* ac *Zueni* oſtia. Nam Plinius Secundus, in hiſtoriâ mundi, libro 4. cap. 14. Varinos inter Vandalos computat. *Genera*, inquit, *Germanorum quinque: Vandali; quorum pars Burgundiones, Varini, Charini, Guttones.* Et Tacitus hos *in ſecretiora Germaniæ porrectos* aſſerit. Strabo quinetiam, lib. 7. plagam illam, quæ trans Albim

Ocea-

Oceanum ſpectat, Græcis prorſus incognitam fuiſſe memorat. Raphael Volaterranus, lib. 7. ad *mare Venedicum*, trans Viſtulam, ſtatuit *Varinos*: *Varnienſem* nimirum, epiſcopalem Pruſſiæ civitatem, ab his denominatam putans. quòd Claudius Ptolemæus lib. 3. cap. 5. *Avarinos* juxta Viſtulæ fluminis caput collocet. Quidam Johannes Garzon Bononienſis, qui, dictante Eraſmo Stellâ, libellum rerum Saxoniæ, Thuringiæ & Miſniæ, conſcripſit; *Eudoſes*, *Varinos*, atque *Suardones*, *Libonotriam* (ita *Miſnenſem* vocat provinciam) tenuiſſe; & poſtmodum in univerſum *Sorabos* (Sclavorum ſunt natio) nuncupatos fingit. Ego malo, *Suerinum* oppidum, & nobilem Saxoniæ inferioris in *Mechelburgenſi* ditione comitatum; ſimiliter & *VVarinum* urbem, ubi Ptolemæus *Marionis* urbem locat, à Suerinis ſive Suardonibus conſervâſſe appellationem; quàm dicere, in Miſniâ conſediſſe Suardones.

Nuithones & Burgundiones, Vandalorum natio.

NUITHONES videntur *Burgundionum* pars fuiſſe; quos Plinius lib. 4. cap. 14. inter Vandalos & ultimos Septentrionis populos refert: cum quib. in *Maximam Sequanorum* tranſſcenderunt, & *Aventicenſi tractui*, qui *Nuitlandia* hodie appellatur (ubi *Berna* & *Friburgum* civitates) nomen impoſuiſſe,

Si majores noſtri ullam literarum cognitionem habuiſſent,& illam illuſtrandæ Germaniæ operam quoque collocâſſent, quam armis: quantam lucem antiquitatis, & germanam Germaniæ notitiam,nobis reliquiſſent! Verùm dum literarum ſecreta, (ut Tacitus inquit) viri pariter ac mulieres ignorant:omnia in profundiſſimam oblivionem & ignorantiam, cujus remedium fuiſſent literæ, collapſa ſunt. Hæc ſubindè repeto, ut Germanis noſtris anſam,ad inveſtigandum vetera, & illuſtrandam patriam, adminiſtrem. Præſtaret autem ad Germaniæ illuſtrationem, ſi ſtudioſi, quiſque ſuæ nationis, vetuſtates inveſtigarent: qui populi quondam patrias ſedes tenuiſſent;quãdo egreſſi, aut pulſi, ſuas habitationes mutaverint. id quod ego de Suevis meis facere cœpi: quas reliquias & antiquitatis indicia in urbibus,pagis, rure, campis, ſylvis, fluviorum ripis, reliquerint. Nam ſi(ut ab orientali plagâ ordiar) *Viſtulanæ* aut *Oderanæ* terræ indigena & cultor, ſuæ regionis quærat veteres habitatores, populos, civitates & mores, ac quoties mutaverit cultores: Si *Sileſius, Moravus, Bojohemus, Bavarus*, meridiem tenens; *Suevus*, Rheni accola; *Gelrëſis, Hollandus*, in occidentem reſpiciens; *Friſii, Holſatæ*, *Mechel-*

Melchelburgenſes, Pomerani, ad aquilonem habitantes; *Heſſi, VVeſtvali, Saxones, Toringi, Miſnii, Franci*, mediterraneæ gentes; ſcrutarentur res patrias, ac ſingulorum amnium accolas: quantam putas lucem, ſplendorem atque gloriam, inventura eſſet Germania? Hîc ſi me audiant Germani, brevi intelligemus, quæ Tacitus tum in hoc libello, tum in annalibus; ſimiliter Plinius, Strabo, Ptolemæus, aliique, de veteribus Germanis prodiderunt. Aliâs enim non video, quomodo veteres hiſtorias intelligamus: niſi eſſet, qui ad exemplũ *Cunradi Celtis* decennio universã perluſtraret Germaniam, & ſingula ſuis oculis aſpiciens adnotaret. Sed volenti quis ſumtus ſuppeditabit? Non mirum ergo, ſi *Nuithonum, Suardonum, Eudoſum, Varinorum*, & omnium penè quæ ſequuntur gentium, ſedes certiùs, velut digito, monſtrare non poſſimus: quando neminem habeamus, qui poſt Tacitum vel uno verbulo illorum faciat mentionem, ſitumque oſtendat; & plaga illorum, longiùs hinc diſſita, non admodum ſit nobis cognita. Unum conſtat, omnes has gentes aquilonem & maris littora tenuiſſe.

Fluminibus aut ſylvis.) Flumina ejus oræ, ab Plinio & Ptolemęo memorata, & cele-

Flumina Germaniæ aquilonaris. briora, ſunt: *Albis, Chaluſus, Suevus, Gutalus, Viadus, Viſtula.* Ab aliis verò, mediæ antiquitatis & recẽtioribus: *Sturia, Eydora, Bagniſus, Dravenna, Varna, VVernovia, Onacrus, Heſa, Havelus, Tullentius, Odera, Panis, Ukere, Zuenus.* *Saltus Saxoniæ.* Sylvas accolæ ſuo & Germanico vocabulo *Heydas* vocant: ut Lunenburger Heyd/ Spondawer Heyd/ Gadebuſch & Rattenawer Heyd/ Gabel Heyd/ Pomeriſch Heyd. ſunt etiam Hercyniæ portiones & brachia.

Notabile,) id eſt inſigne, clarum, vel memorabile. Cujusmodi exempla locutionum adnotavit Rhenanus.

Herthum, terra parens omnium. HERTHUM, Germanorum linguâ *Terram* ſignificare, ſuprà, cùm *Herminonum* ſive *Herivonum* vocabulum interpretarer, admonui. Hanc Germani, aliarum gentium more quoq; pro deâ ſunt venerati. Plato in Timęo ac Plinius lib. 2. cap. 63. *Terram* altricem noſtram, deorum antiquiſſimam tradunt. & Jani uxor *Tithaa*, dicta eſt *Veſta* & *Terra*, ſive *Aretia*: velut Ovidius lib. 6. Faſtorum, & Diodorus Siculus in quarto, teſtantur. Lucretius lib. 2.

Quare magna deûm mater, materq́; ferarum,
Et noſtri genitrix hæc dicta eſt corporis una.

Iunius Brutus terram matrem oſculatus eſt. Hinc Junius Brutus terram matrem oſculatus, primus Romanorum conſul evaſit; Livio

vio in primo,& Valer. Maximo lib. 7. cap. 3. authoribus: quibus etiam Ovidius lib. 2. Faſtorum aſtipulatur:

Brutus erat ſtulti ſapiens imitator, ut eſſet
Tutus ab inſidiis, dire Superbe, tuis.
Ille jacens pronus matri dedit oſcula terræ,
Creditus offenſo procubuiſſe pede.

Opinor *Eresbergum*, arcem & montem ad *Luppiam* fluvium in *VVeſtvaliâ*, ubi Martis idolum (Irmenſeul) Carolus magnus evertit; ſimul ipſam ſtatuam, ab *Hertho* ſeu *Erdâ*, id eſt, tellure, cognominata. Similiter etiam *Hermunduros*.

Eſt in inſulâ Oceani Caſtum nemus.) Non exprimit inſulæ nomen, quarum plurimas ſuprà ſub initium recenſuimus. Indè tamen colligo, has Suevorũ gentes Septentrionalem plagam Oceanumque accoluiſſe.

Quæcunq; advẽtu hoſpitioq; dignatur.) Sic in hujus libri initio dixit: *minimeq; aliarũ gentium adventibus & hoſpitiis mixtos.* Illîc legebatur *quemcunq;*, ſubaudi locum. Cogitandum, an pro *adventu* ſcribendum ſit *advectu*: quâ voce etiam utitur Annaliũ lib. 20. *Hæc*, inquit, *de origine & advectu dei, celeberrima.* Sic enim & illîc legendum, pro *adventu*, quemadmodum nos caſtigavimus.

Adjuvat hîc indubiam conjecturam, quod præcedit: *Invehi populis arbitrantur.* Beati Rhenani ſunt.

Templo reddat.) Lucui caſto, qui erat in Oceani inſulâ, Hertho dicatus: quemadmodum ſoliti erant Germani lucos diis conſecrare.

Propior (ut quomodo paulò antè Rhenum, ſic nunc Danubium ſequar) Hermũdurorum civitas, fida Romanis: eoq́; ſolis Germanorum, non in ripâ commercium; ſed penitus, atque in ſplendidiſſimâ Rhætiæ provinciæ coloniâ, paſſim ſinè cuſtode tranſeunt: & cùm cæteris gentibus arma modò, caſtraq́; noſtra oſtendamus: his domos villasq́; patefecimus non-concupiſcẽtibus. In Hermunduris Albis oritur, flumen inclytum & notum olim: nunc, tantùm auditur.

Aquilonares Germanorum Suevorumque gentes expoſuit: incipit quoque auſtrales cum orientalibus recenſere. *Propior*, inquit, *Hermundurorum civitas.*) HERMUNDURI autem, *Suevorum* gentes, ad *Albim* fluvium, ſub Hercynio jugo, Danubium versùs, è regione Semnonum,

mnonum, habitârunt. nam Vellejus Paterculus lib. 2. *Semnonum Hermundurorumq́; fines Albim præterfluere* tradit. noſter Tacitus, libro annalium 13: *Hermunduros cum Cattis magno prælio, propter flumen gignendo ſale fœcundum & conterminum, concertaſſe* refert. Id *Sala* eſt, Cattos Hermundurosque interluens ac ſeparans: ad cujus ripam, etiámnum ſalinæ in urbe *Halâ* conſpiciuntur; quemadmodũ ſuprà in Cattis indicavimus. Unde conſtat, *Hermunduros* incoluiſſe *Miſnenſium* oram, & ſupernè orientem versùs *Bojohemi portionem*, ubi *Albis* oritur. nam *in Hermunduris Albim* naſci, noſter hic memorat. eam regionẽ *Sclavi*, Scythica gens, nunc occupant; *Zechos* ſe nuncupant: nos, propter veteres cultores, *Bojohemos* appellamus. Puto itaq;, *Hermunduros* habitâſſe in iis locis, ubi nunc ſunt urbes Bojohemi ac Miſniæ, *Cottenbergum*, *Litomeritium*, *Pyrna*, *Dresda* Marchionis Miſnẽſis ſedes, *Miſſena* epiſcopalis urbs, (unde regioni nomen) *Chemnitium*, *Zuicca*, *Plavium*, *Friberga*; vicus *Chœtſpergenſis*, cujus colles ad Albim vitiferi ſunt; *Aldenburgum*, ac *Lipſia*, celeberrima publico gymnaſio: quæ me alumnum quoque habuit, dum iſthîc bonas literas profiterentur Richardus Crocus Anglus, ac Petrus Moſellanus, & multi alii eru- *Richardus Crocus.* *Petrus Moſellanus.*

diti adoleſcentes. *Hermundurorũ* montes, omnis generis metalli admodum fertiles ſunt velut dixi:ager deniq;frumenti feraciſſimus. Amnes præterlabentes; *Albis, Mulda, Elſter, Pliſſina, Sala.* Cum Hermunduris, Marcomãnis ac Quadis, Antoninus Pius bella geſſit, referente Julio Capitolino. De *Vibilio* & *Jubilio*, Hermundurorũ principibus, Tacitus lib. 2. & 12. *Hermundurorum* agros, poſtmodum *Sorabi Sclavi* occupaverunt: quos inter Albim & Salam habitantes, Carolus Magnus oppreſſit. Indè Germani priſtinos agros receperunt. *Miſnii* ſeu *Miſnenſes*, ab epiſcopali urbe, ubi Principis ſedes erat, cognominantur.

Civitatem vocat hominum ſocietatem, q uno agro & tractu habitant, iisdem legibus & inſtitutis utũtur. in quâ ſignificatione etiã à Cæſare, libro ſexto belli Gallici, uſurpatur: *Civitatibus maxima laus eſt, quàm latiſſimè circùm ſe vaſtatis finibus ſolitudines habere.* Et ſuprà Cornelius: *Mos eſt civitatibus, ultrò ac viritim conferre principibus, vel armentorum, vel frugum.* Aliâs *pagum* quoq; vocat. Ab *Hermunduris* ſuſpicio eſt, nunc huc nunc illûc transeuntibus, appellatũ *Termunt*, in Saxonibus locum, & *Dertmund, Helmund*: ſimiliter *Munderchingum* oppidum, haud ita procul à Danubii fonte ſitum.

Pre-

Provincias appellari regiones, longè ab Italiâ bello acquiſitas; neminē fugit: à *porrò* vel *procul vincēdo* dictas. & *in Provinciæ formam redigi* dicebantur, qūum tributorū & vectigaliū initâ ratione, aut Proconſuli ex urbe miſſo, aut Prętori jus dicenti, parebāt. Quædam etiam *Proconſulares* erant; quędam *Prætoriæ* aut *Præſidiales*: *Stipendiariæ* tamē omnes. Germani ſuâ linguâ *Marchiā* vocant; & provincię præſidē, *Marchionem*: quo vocabulo aliæ quoq; provinciæ utuntur. Sic in Germaniâ dicitur, *Marchio Brandenburgenſis*, *Miſnenſis*, *Badenſis*, *Stiriæ*, *Moraviæ*; atque non pridem *Marchia Burgovienſis* in Rhętiâ, cis Danubium: & in Italiâ, *Marchia Terviſina*, *Anconitana*, *Mantuana*, *Ferratenſis*, & ſi quæ ſint aliæ ibi Marchiæ. Et Marggraff/ Germanica dictio, ſignificat præſidem Marchiæ. *Provincia eſt Marchia.*

Rhætiam in provincię formam Auguſtum Cæſarem redegiſſe, per privignos ſuos Tiberium & Druſum, cùm de Rhætiis agerem, docui. Solebant autem Romani Imperatores *Galliâ*, *Rhætiâ*, *Vindeliciâ*, *Norico*, *Pannoniâ*, redactis in provincias, cis Rhenum & Danubium, ad utriusque fluminis ripas, hujus dextram, illius ſiniſtram, perpetuas præſidiorum ſtationes, ceu murum quendam, Germanis opponere: in quorum lo- *Rhætia in provinciam.* *Præſidia Rom. ad ripas fluviorum.*

cum poſteriùs munitiſſima oppida exſtruxerunt; nec permiſerunt, ut quicquam vel ſingulis Germanis cum provincialibus eſſet commercii, niſi in ſolâ Rheni aut Danubii ripâ: idque adhibitis cuſtodibus, ne vagarētur. Solis *Hermunduris*, ob *fidem*, quâ Populo Romano commendabantur, *paſſim* vagari, & *ſinè cuſtode penitiùs, atq; in ſplendidiſſimam Rhætiæ provinciæ coloniam ingredi*, permittebatur.

Auguſta, ſplendidiſſima Rhætiæ colonia. Porrò Rhætiæ coloniam eſſe AUGUSTAM, quæ nunc inter Suevorum urbes principem locum obtinet; univerſa ſcriptorum turba affirmat. nam hæc in Rhætiâ primâ, cis Danubium, provinciâ Romanâ, ad *Licum* & *Virdonem* amnes ſita eſt; & etiámnũ *Auguſta Rhætiæ* appellatur: teſtantibus idem duabus urbis portis: unâ, quæ ab rubore nomen habet; alterâ, quæ Divi Franciſci fano adhæret. quibus hic verſus, ex hymno quodam Divæ Afræ ſacro, quæ ibi ſupplicium ſub Diocletiano paſſa eſt, inſcriptus eſt:

Chriſte tibi gloria, in Auguſtâ Rhætiâ, urbe verè regiâ.

Auguſta Vindelicorum. Hanc urbem etiam *Vindelicorum Auguſtam* appellitant, propter Vindeliciæ vicinitatem. nam ſi *Licum*, qui Ptolemæo Rhętiam à Vindeliciâ diſterminat, & urbis mœnia alluit,

brachio

brachio ejus per urbem deducto, tranſeas; mox Vindelicorum terra calcanda erit. atq; hæc ratio nominis mihi probatur. Neq; placet, quòd quidam fingũt, à *Vindâ* & *Lico*, Vindelicam cognominatam: cùm ſciam, eum amnem, quē illi *Vindã* vocant, veteribus *Virdonem*, non Vindam; patrio verò ſermone *VVertaham* appellari. Hæc urbs, ut eſt clariſſima; ita quoq; vetuſtiſſima. ubiubi tranſieris, Romanę inſcriptiones occurrunt: quarũ plurimam partem *D. Cunradus Pentingerus* Jureconſultus, bonarumque literarum antiſtes integerrimus, in ſuis antiquitatibus evulgavit: bona pars poſtmodũ rerperta atq; eruta eſt. ſicut, dum felicis memoriæ meus avunculus, *D. Joannes Curſenerus*, myſtam illîc agens, novas ædes exſtruere pararet, è fundamento aliquot fragmenta eruta ſunt: quę ille libenter integra ſervâſſet, ut erat amans antiquitatis; ſi fabrorum & fodientium manus integra è fundamento extraxiſſent. In hac urbe, ego prima literarum rudimenta, apud eundem avunculũ meum didici; fuitq; perpetuis ſex annis alumna: nec illi ingratus ero, dum ſpiritus hos reget artus.

Cunradus Pentingerus.

Ioannes Curſtnerus.

Vocat verò *ſplendidiſſimam Rhætiæ provinciæ coloniam*: quòd Auguſtus Cęſar, qui *Rhætiam* Druſi Neronis auſpiciis in provinciam

Rom. redegit, ipſam reſtituerit ac amplificârit, ſuoque nomine conſecrari fecerit; deductis illûc novis habitatoribus atque colonis: ne provinciales denuò ab Romano imperio deficerent. Veruntamen, ſi quis pro ſplendidiſſimâ Rhętiæ provinciæ coloniâ *Reginoburgium* interpretetur; nullus refragabor. Nam hæc urbs in *Rhatiâ ſecundâ*, quæ & *Vindelicia*, ad dextram Danubii ripam ſita eſt; ubi *Nabus* è Nariſcis, & *Regus* è jugis Bohemicis, à quibus non ita procul *Hermunduri* abfuerunt, labentes, in *Iſtrum* manant: vetuſtate ſi non ſuperior, tamen par Auguſtæ.

Albis fluminis curſus.

Albis.) ab Saxone Sialandico, gentis Danorũ hiſtorico, *Albia*; Germanis *Ilba*, (die Elb) appellatur. inclytus eſt amnis, *Germaniam*, Srraboni lib. 1. geographiæ, & Nazario Mamertino ad Maximianum, in duo ſeparans ſpatia: è montibus profluit, *Bohemiam* ab *Moraviâ* diſterminantib⁹, ubi primùm *Hermunduri* conſederunt; nunc *Sclavi*, Scythica gens, adhabitant. initiò cõtra occaſum ruit, & mediam *Bohemiam* percurrit: quâ relictâ, *Miſniam*, *Luſatiam*, *Marchiam Brandenburgẽſem*, ac *Saxoniam* prȩterlabitur: noviſſimè *Hamburgenſi* provinciâ à *Bremenſi* disjunctâ, in *Holſatiâ* ad Cimbricam Cherſoneſum, vaſto ore Oceano advolvitur.

Hunc

Hunc Cornelius *olim notum* dicit: quo ſcilicet tẽpore divus Auguſtus, ſuas in Germaniam copias emiſerat, Germanosq́; (referẽte Tranquillo) ultra Albim fluvium ſubmoverat; & Druſus, in tutelam provinciæ preſidia diſpoſuerat. *Per Moſam flumen, per Albim, per Viſurgim, per Rheni quidem ripam, quinquaginta amplius caſtella direxerat:* (Lucii Flori ſunt verba, libro 4. cap. 12.) *& hunc amnem Rom. imperio terminum dederat*; juxta Strabonem. Cujus verba ſunt libro 7. *Hæc natio, propter ſuſcepta contra Romanos bella, nobilitatem adepta eſt. Poſtea, cùm in deditionem venerit, rurſumq́; deſciverit, habitatasq́; terras reliquerit; nomen aſſequuta eſt. Tametſi fama majoris exſtitiſſet; ſi Cæſar Auguſtus flumen Albim tranſire, & illic rebellantes adoriri, ductoribus ſuis conceſſiſſet. Modò autem faciliorem militandi viam, in eo quod in manibus verſatur, bello ſuſpicatus eſt, ſi ab iis, qui extra flumen Albim quietem agitant, ſeſe contineret, nec eos ad inimicitiarum communionem ultrò laceſſeret.* Deinde *poſt Auguſtum, alii Imperatores trans Rhenum, Amiſiam, Viſurgim, ad Albim usq́; exercitum promoverant. Id quod dolebat Arminio invicto Principi; Germanos inter Albim & Rhenũ, virgas, & ſecures, & togam Romanorũ conſpicere.* teſtis Tacitus annalium primo.

Rom.redegit,ipſam reſtituerit ac amplificâ-rit,ſuoque nomine conſecrari fecerit; deductis illûc novis habitatoribus atque colonis: ne provinciales denuò ab Romano imperio deficerent. Veruntamen,ſi quis pro ſplendidiſſimâ Rhętiæ provinciæ coloniâ *Reginoburgium* interpretetur ; nullus refragabor. Nam hæc urbs in *Rhatiâ ſecundâ*, quæ & *Vindelicia*, ad dextram Danubii ripam ſita eſt; ubi *Nabus* è Nariſcis, & *Regus* è jugis Bohemicis, à quibus non ita procul *Hermunduri* abfuerunt, labentes, in *Iſtrum* manant: vetuſtate ſi non ſuperior, tamen par Auguſtæ.

Albis fluminis curſus. ALBIS.) ab Saxone Sialandico, gentis Danorũ hiſtorico, *Albia*; Germanis *Ilba*, (die Elb) appellatur. inclytus eſt amnis, *Germaniam*, Srraboni lib. 1. geographiæ, & Nazario Mamertino ad Maximianum, in duo ſeparans ſpatia: è montibus profluit, *Bohemiam* ab *Moraviâ* diſterminantib⁹, ubi primùm *Hermunduri* conſederunt; nunc *Sclavi*, Scythica gens, adhabitant. initiò cõtra occaſum ruit, & mediam *Bohemiam* percurrit: quâ relictâ, *Miſniam*, *Luſatiam*, *Marchiam Brandenburgẽſem*, ac *Saxoniam* pręterlabitur: noviſſimè *Hamburgenſi* provinciâ à *Bremenſi* disjunctâ, in *Holſatiâ* ad Cimbricam Cherſoneſum, vaſto ore Oceano advolvitur.

Hunc

Hunc Cornelius *olim notum* dicit: quo ſcilicet tẽpore divus Auguſtus, ſuas in Germaniam copias emiſerat, Germanosq́; (referẽte Tranquillo) ultra Albim fluvium ſubmoverat; & Druſus, in tutelam provinciæ preſidia diſpoſuerat. *Per Moſam flumen, per Albim, per Viſurgim, per Rheni quidem ripam, quinquaginta amplius caſtella direxerat:* (Lucii Flori ſunt verba, libro 4. cap. 12.) *& hunc amnem Rom. imperio terminum dederat;* juxta Strabonem. Cujus verba ſunt libro 7. *Hæc natio, propter ſuſcepta contra Romanos bella, nobilitatem adepta eſt. Poſtea, cùm in deditionem venerit, rurſumq́; deſciverit, habitatasq́; terras reliquerit; nomen aſſequuta eſt. Tametſi famæ majoris exſtitiſſet; ſi Cæſar Auguſtus flumen Albim tranſire, & illic rebellantes adoriri, ductoribus ſuis conceſſiſſet. Modo autem faciliorem militandi viam, in eo quod in manibus verſatur, bello ſuſpicatus eſt, ſi ab iis, qui extra flumen Albim quietem agitant, ſeſe contineret, nec eos ad inimicitiarum communionem ultrò laceſſeret.* Deinde *poſt Auguſtum, alii Imperatores trans Rhenum, Amiſiam, Viſurgim, ad Albim usq́; exercitum promoverant. Id quod dolebat Arminio invicto Principi; Germanos inter Albim & Rhenũ, virgas, & ſecures, & togam Romanorũ conſpicere.* teſtis Tacitus annalium primo.

Poſtremò, ut idem narrat Cornelius lib. 2. *C. Cœlio, L. Pomponio* Coss. *Germanicus Cæſar, ad ſeptimum Kalendas Junias, triumphavit de Cheruſcis, Cattisq́; & Angrivariis, quæq́; alia nationes usque ad Albim colunt.* Annalium 4. *L. Domitius exercitu flumen Albim tranſſcendit, longiùs penetratâ Germaniâ, quàm quisquam priorum.* Tùm Romanis ſatìs cognitus fuit Albis, poſteriùs, ab Tiberii Druſi & Germanici morte, usq; ad Veſpaſiani Trajaniq́ue tempora, quibus Tacitus ſcripſit, *Albis nomen tantùm auditum fuit.*

Ipſum *Albim,* à capite ad oſtia fermè, tenuerunt olim *Suevi:* quemadmodum paulò antè ex Lucano & Strabone oſtendi. *Hermũduri* ac *Bonochamæ,* ad caput ejus habitârunt: mox *Suevi Semnones,* quos à Hermunduris ſeparavit: inferiùs accoluerunt *Calveones* ad utramq; ripam, *Cheruſci,* (ſive *Cervetii,* velut illos Vibius Sequeſter appellat) quos à Suevis ſeparat; *Langobardi, Angli,* ac reliquę Suevorum gentes: poſtremò circa exitum, *Chauci* ac *Cimbri.* Nunc verò adhabitant *Bohemi, Sclavini, Miſnenſes, Luſatii,* (*VVinidæ* & ipſi, Sclavica natio) *Marchiani, Saxones, Diethmarſi, Hadeleri.* Flumina verò præcipua, quibus oneratur, ſunt: *Luſinicius; Multavia,* Pragam metropolim Bohemiæ perfluens; juxta *Mel-*

Flumina Albim onerantia.

Melnigum Albi jungitur: *Egra* ex Pinifero monte lapſus, & à nomine oppidi, quod alluit, dictus; apud *Litomeritium* Albi miſcetur: *Miſa* rivus, (alius à Bohemico, qui Pragæ in Multaviã cadit) juxta episcopalem urbem Miſnenſem, cui nomen tribuit: *Sala* ex eodẽ Pinifero ortus, circa Aken; *Mulda Miſnenſis* prope Deſſaviam Cheruſcorum, limitem; *Hortella, Havelus, Obacrus, Jora.*

Urbes ad Albis ripam nobiliores: *Cottenbergum* in Bohemiâ, ubi dudum argenti minerę exſtitêre; *Neunburgum, Litomeritium*, ad quam Egra confluit: *Auſſig, Pyrna, Dreſda* Principis Saxoniæ ſedes, *Miſena* epiſcopalis urbs, *Belgora, Ilburgum, Dorganum* Principis electoris Saxoniæ habitaculum, *Viteberga*, (nova Hieruſalem & Libanus, omnib[9] ſeculis dehinc celebranda; quòd ſacroſanctam & veram illam Chriſtianorum philoſophiã in Germaniam, & omnem deniq; Europam emiſerit.) Indè eſt *Deſſavia* Principum Aſcanię; *Akena* vetuſta urbs; *Barby* urbs & comitatus, Langobardorũ nomen referens: *Maydenburgũ* imperialis ac epiſcopalis civitas; (*Parthenopolim* & *Dmoydopyrgum* Grçco vocabulo appellant: Guntherus Ligurinus *Virgineam urbem* vocat, libro 1. geſtorum Friderichi primi, ampla eſt nunc civitas, cu- *Urbes ad Albim ſita.*

jus Antiſtes prim' eſt Germaniæ. Arcem habuit, cujus præſidē *Bruggrafium* dixêre.) Sub hac urbe ſita eſt *Tangermunda, VVerbena.* Æneas Sylvius ſtatuit ad Albis ripam, etiā *Stendalium, Soltvvedelum, Gardeslevum, Leovnium, Oſtroburgum, Lunenburgum*: quæ tamen pluſculum diſtant. Infernè, prope Cimbricam Cherſoneſum, ubi quondam ſedes Saxonū, *Hamburga*, potētiſſima civitas, in Stormariâ ac Nordalbingiâ ſita, Ptolemęo *Treva* dicta; & *Stadium* quoq;, adjacent: infra quas in Oceanum, fluviorū parentem, redit. Ab Albi ſunt poſteriùs *Albingi* appellati, utriusq; ripę cultores; ſicut à Salâ *Salingi Franci*: & *Nordalbingi*, transalbiani & aquilonares Albis accolæ, modò *Holſatæ* dicti: & *Nordalbingia* cōplectitur *Holſatiam*, (dat Land von Holſtein) *Thietmarſiam*, & *Stormariam*; in cujus ſolo fundata eſt *Hamburga*, quā Cimbricā, à Cimbricâ Cherſoneſo, quondā vocatam ſcribit Conradus Celtis. Hujus fluminis meminit etiam Plinius, lib. 4. c. 14. hiſt. mundi; Pomponius Mela, lib. 3. Solinus Polyhiſtor, cap. 32. Volaterranus lib. 7. geographiæ; Æneas Sylvius in Bohemicâ hiſtoriâ

Juxta Hermunduros Nariſci, ac deinde Marcomani & Quadi agunt. Præcipua Marcomanorum gloria viresq́; atq; ipſa

etiam

etiam ſedes, pulſis olim Bojis, virtute parta. Nec Nariſci Quadive degenerant. Eáque Germaniæ velut frons eſt, quatenus Danubio pergitur. Marcomanis Quadíſve, uſq; ad noſtram memoriam Reges manſerunt, ex gente ipſorũ; nobile Marobodui & Tudri genus, jam & externos patiuntur. Sed vis & potentia Regibus, ex authoritate Romanâ. rarò armis noſtris; ſæpiùs pecuniâ juvantur.

NARISCI, meridionalem Germaniæ plagam, quę Danubio prætexitur, Hermunduris atq;. Marcomanis ad orientem vergẽtibus cõtermini, ſub *Hercynio.* id eſt, *Bohemico nemore*, eas regiones incoluerunt; quæ hodie *Voytlandia*, hoc eſt, prætoriana terra, *Palatinatus ſuperior*, *Bojoaria porto transdanubiana*, cujus Princeps eſt è Bojoariorum ducum familiâ, (vulgò *Pfaltzgrafius*, id eſt, palatii Imperialis præfectus, dicitur) & *Nordgavia*, (cui à *Nariſcis* nomenclaturam vendicavi; vulgus namque *Narca* pronuntiat) appellantur: Ubi nunc *Pinifer*, (hoc eſt, Fichtelberg) mons à pinuum abundantiâ cognominatus; qui quatuor amnes *Egram*, *Nabum*, *Mœnum*, & *Salam*, in quatuor mundi plagas effundit: & urbes, *Egra*, *VVeyda*, *Naburgum*, *Chamum*, *Calmuntium*,

Amberga, *Neumarca*, *Monachiam ſylveſtre*, & *Gravodunum*, ſitę ſunt. Horum oram *Egra*, *Nabus*, *Vilſus* ac *Regus*, perlambunt: quorũ *Egra*, juxta Litomeritium in Hermunduris, Albi ſociatur; *Nabus*, *Vilſo* ſuſcepto, & *Regus*, Danubio miſcentur, è regione Reginoburgii urbis, ad cujus antiſtitis diœceſim, ſpectat bona Nariſcorum portio. Ipſa ora mineris argenti ac ferri dives eſt: amnes etiã margaritas ferunt. Meminit horum Julius Capitolinus, in vitâ Marci Antonini: *Gentes*, inquiens, *omnes ab Illyrici limine usq; in Galliã conſpiraverant; ut Marcomanni, Nariſci, Hermunduri, & Quadi, Suevi, Sarmatæ, Lacringes, & Buri, Taiphaliq; cum Victophalis, Soſibes, Sicobotes, Roxolani, Baſternæ, Alani, Peucini, Coſtobocæ.* Ptolemæus lib. 2. cap. 11. *Variſtos* ſub Sudetâ monte locat.

Marcomani. Moraviam & Bohemiam tenuerunt.

MARCOMANI, Suevorum gentes, indubiè *Moraviã* tenuerunt; & poſtmodum *Bohemiam*, ejectis indè Bojis. Vellejus Paterculus, altero volumine, in-primis oſtendit, ſic ſcribens: *Nihil erat jam in Germaniâ, quod vinci poſſet, præter gentem Marcomanorum; quæ Maroboduo duce excita ſedibus ſuis, atq; in interiora refugiens, incinctos Hercyniæ ſylvæ campos incolebat.* Unde cognobile eſt, eos ex Moraviâ in Bohemiam, expulſis Bojis, penetrâſſe; vel-

ut

ut ſuprà monſtravi. Idem mox: *Eratq́ etiam eo timendus, quòd cùm Germaniam ad lævam & in fronte, Pannoniam ad dextram, à tergo ſedium ſuarum haberet Noricos; tanquam in omnes ſemper venturus, ab omnibus timebatur.* Et iterum: *Sentio Saturnino mandatum, ut per Cattos exciſis continentibus Hercyniæ ſylvis, legiones Bojohemum, (id regioni, quam incolebat Maroboduus, nomen eſt) ipſe à Carnunto, qui locus Norici regni proximus, ab hac parte erat: exercitum, qui in Illyrico merebat, ducere in Marcomanos orſus eſt.* Ptolemæus libro 2. cap. 11. *Marcomanos ſub Gabretâ ſylvâ* ſtatuit. *Gabreta* verò pars eſt nemoris Bohemici: de quâ ſic Strabo libro 7. *Alia autem & in Suevis illis ſylva, Gabreta nomine, ingens jacet.*

Sunt, qui poſtmodum Marcomanos, ex vocabuli etymo, eam Germaniæ provinciam occupâſſe putent, quæ hodie *Marchia Brandenburgenſis*, ultra Albim versùs Oceanum; vulgò die Marck appellatur, & cultores die Märcker: ut ſint Marcomani, quaſi Marckmänner/id eſt, viri qui Marchiam incolunt. Habet hæc provincia, *Sarmatas* ab oriente; *Sclavos Bohemos* à meridie; *Saxones Teutonesq́* ob occaſu; *Cimbros, Mare, Danos & Scandios, Gothos,* hominesque inſulares & loca paludinoſa inhabitantes, ab ſeptentrione. Urbes: *Marchia Brandenburgenſis ſitus.*

Perolinum, Brandenburgum, Avelburgum, Lebus, Soltvvedelium, Stendalium, Vredelandia, Granzoi, Prinslavia, Tangermunda, Ukermunda, VViſtochium, Priſualchia. Marchiam autem, (quod aliâs quoque ſoleo narrare) Germani provinciam bello partam, & diſtrictum unius ditionis aut villicationis, limitemque vocare ſolent; quomodo eſt *Danomarchia, Styromarchia*, & Feldmarch: & *Marcomanos*, gentem undecunque confluentem in unam ditionem: & *Marchionem*, principem Marchiæ, qui jus dicat. Non deſunt, qui ab equis nomen adeptos *Marcomanos* tradant: ſicut *Marſtallerum* appellamus, equorum ſtabulique magiſtrum; *Marſcalcum*, præfectum equitum; *Marchardum*, equi robore præditum. ſiquidem *Marca*, & Merrhen noſtrate linguâ, equum & equam ſignificat: unde etiam Merrhenland, equarum regio. Tradunt alii, *Marcomanos* Danubium transgreſſos, in Norico, Vindeliciâ & Rhætiâ ſecundâ conſediſſe; & in Bojorum, ab occupatis priùs eorum ſedibus, nomen abiiſſe: id quod ſuprà in Bojis indicavi.

Marchia etymum.

Marchio quis.

Marca, equa.

Moravia ſitus.

Porrò *Moravia* ſeu *Maravania*, ad Orientem habet, partim *Hungariam*, partim *Auſtriam*; ad meridiem, *Auſtriam* tantùm; ad occidentem, *Bohemiam*; ad ſeptentrionem, *Sileſiam*.

ſiam. Recta fuit olim regibus, usque ad *Suatoplucum* juniorem: (Luitprandus Ticinenſis lib. 1. cap. 5. *Zuentebaldum* appellat: *Zuantocopium* alii) ſub quo, quandoquidem à Romanâ eccleſiâ deſciverat, regium nomen Moravis ablatum eſt, & in Bohemos trãslatum. Præfuerunt deinde aliquandiu Moravis *Duces*; tãdem *Marchiones*: quorum ultimus fuit *Jodocus* ille, qui, abrogato ob ignaviã VVenceslao Imperatore, in Romanorum regem deſignatus eſt; & poſt ſex menſes vitâ functus, in *Brünnâ* ſepultus fuit. Poſt hũc paruit *Bohemorũ regibus*; qui etiamnum *Marchiones Moraviæ* ſe ſcribunt. *Marchiones Moraviæ.*

Provincia eſt, ut populoſa; ita & frumenti ferax, piſculenta & nemoroſa. Vinetis quoq; abundat; maximè ubi in orientem vergit. Urbes habet multas; domibus, mœnibus, turribus, & id genus ædificiis claras. Inter quas potiores ſex ſunt, ſoli Principi ſubditæ, & ferè liberæ: *Olomuntium* epiſcopalis ſedes, (*Volagradenſis* priùs dicta; Ptol. *Eburum*) *Brünna*, *Znoyma*, (D. Simoni Schneweiß/ docto homini & mihi amico, natalis locus; qui etiam hanc Moraviæ delineavit chorographiam. in hac Sigiſmundus Imperator deceſſit) *Iglavia*, Radiſch/ & *Nova civitas*. Reliquę ſubſunt cùm Olomũtino Epiſcopo, *Urbes Moraviæ.*

tum cæteris terræ primoribus, (*Barones* vocant) quibus etiam plerunque Sclavica & barbara nomina: ut ſunt, Cremſir/ Wiſchow/ *Proſcus*, Tobitſchow/ Weyßkirchen / Sterenberg/ Tribow / Schlackow / Nauſſerlitz / Niclausburg / Oſterlitz / Auſpitz / Eywantzitz/ Crumnow/ Mezerzitz/ Trebitz/ Gemnitz / Zlabings/ Toltſch / Tazitz / Pfiſtritz / Boherlitz/ Marchionum quondam ſedes. Hæ omnes muris ſunt & foſſis cinctæ, & aliæ pleræque.

Flumina Moravia.

Flumina habet non pauca; quorum quatuor præcipua: *Morava*, ſeu, ut elegantiores vocãt, *Maravaha*, (die Marhe) à quo regioni *Moravia* ſive *Maravania* nomen eſt inditum. Lambit autem mœnia *Olomuntii*, & regiunculam Auſtriæ *Marckfeldenſem*; ubi Rudolphus Habsburgius Rom. Imperator, potentiſſimum Bohemorum regem Primiſlaum, (vulgò *Odacrum*, ab devaſtatis agris, cognominatum) bello vicit & occîdit; haud longè ab arce & oppido Mareck / id eſt, Maravahæ angulo, ubi in Danubium ruit. Conradus Celtis libro 2. Amorum, elegiâ 4.

Hinc Moravinus ager, pluvium converſus in Auſtrum,
Marcomanes pingui ſub regione fovet.
Hic Auguſtinus vates Olomuntius ortus,
Pannonii Regis bellica geſta canit.

Hic

Hic Igla cum Dejo tumidum emittuntur ad Iſtrum,
Et Mora, quæ genti nomina clara dedit.

Secundum flumen *Suartzaba*, Brünnam præterlabens, Theyæ miſcetur. Tertium *Theya*, (Celtis *Dejum*; Huttenus *Theſiam* vocant) Znoymam præterfluit, & limitem Maravaniæ ac Auſtriæ ſtatuit. Quartum *Igla*, à quo *Iglavia* urbs nomen ſortita eſt, dirimit Maravanos à Bohemis; & Maravaham quoque ingreditur. Genti ſermo Sclavonicus ſeu Bohemicus, & Teutonicus mirum in modum commixtus: qualia multa Æneas Sylvius in Europâ, capite 23. & Bohemicâ hiſtoriâ, capite 13. conſcripſit.

Ad *Marcomanos*, priſcos Maravaniæ habitatores, redeo. Plurima illi contra Romanos bella olim fortiter geſſerunt; quorum Tacitus primo annalium, Vellejus libro ſecundo, Florus in 4. capite 12. meminerunt: & poſteriùs cum M. Antonino Philoſopho, Rom. Imp. ſicut ab Julio Capitolino in ejus vitâ narratur. qui inter alia tradit, *tantum timorem Romæ ob Marcomanicum bellum fuiſſe, ut undique ſacerdotes Antoninus acciverit, peregrinos ritus impleverit, Romam omni ludorum genere luſtraverit; ut ſe tutum à Germanis redderet.* Hoc bellum, omnibus Romani **Marcomanicum bellum.**

Imperii viribus geſtum, nihil terroris & laboris minus habuit Punicis illis bellis, quæ inter maxima Romani populi ſolent numerari. Unde fortitudo & potentia *Marcomanorum* cognoſci poterit. De hoc refert etiam Eutropius, libro 8. *Bellum unum ipſe geſſit Marcomanicum: ſed quantum nullâ memoriâ fuit; adeò ut Punicis conferatur. Nam eo gravius eſt factum, quo univerſi exercitus Romani perierant. Sub quo enim tantus caſus peſtilentiæ fuit; ut poſt victoriam Perſicam, Romæ ac per Italiam, provinciasq; maximas, hominum partes, militum ferè omnes copiæ, languore defecerint. Ingenti ergo labore & moderatione, cùm apud Carnuntum jugi triennio perſeverâſſet, bellum Marcomanicum confecit: quod cùm Quadi, Vandali, Sarmatæ, Suevi, atque omnis Barbaria commovit; multa millia hominum interfecit, ac Pannoniis à ſervitio liberatis, Romæ rurſus cum Commodo Antonino filio ſuo, quem jam Cæſarem fecerat, triumphavit. Ad cujus belli ſumtum, cùm ærario exhauſto largitiones, quas militibus impenderet, nullas haberet: ne quis indigeret, neque provincialibus, aut ſenatui aliquid vellet auferre; inſtrumentum regii cultus, factâ in foro divi Trajani ſectione, diſtraxit, vaſa aurea, pocula cryſtallina, & murrhina, uxoriam ac ſuam ſericam & aurea*

ream

ream veſtem, & multa ornamenta gemmarum; ac per continuos duos menſes venditio habita eſt, multumq; auri redactum. Poſt victoriam tamen emtoribus precia reſtituit. &c. Andreas Alciatus putat, hos cum Quadis in Helvetiis poſtmodum, inter Pœninas alpes conſediſſe: *Exſtat enim*, inquit, *adhuc in eis vallis, Marcomana nomine.*

QUADOS, Germaniæ populos, ad Danubium conſediſſe, teſtis eſt Arrianus Nicomedienſis, libro primo geſtorum Alexandri Magni. *Secundùm hanc*, inquit, *pugnam, triduo Alexander ad Danubium fluvium profectus eſt; omnium quidem longè maximum eorum qui in Europâ ſunt, longiſſimo tractu per terras excurrit, gentes bellicoſas præterlabitur, & eas magnâ ex parte Germanas: ex quibus ipſius amnis fontes oriuntur. Earum gentium poſtremi ſunt Quades ac Marcomani; deinde Jazyges, Sarmatarum gens.* Cl. Ptolemæus libro 2. cap. 11. Quadorum ſedes ad Hercyniam ſylvam exſtitiſſe memorat. *Sub Hercynio*, inquit, *nemore Quadi; ſupra quos ferri minera & Luna ſylva.* Julius Capitolinus, *Hermunduris, Marcomanis ac Sarmatis* quoque conjungit; in M. Antonino. Unde non dubium eſt, ſuffragante omnium eruditorum conſenſu, *Maravaniæ Sileſiæq;* partem tenuiſſe: ubi etiamnum ferri

Quadorũ ſedes

mineræ perdurāt: deinde etiam Pannoniam primam, quæ *Auſtria* dicitur. hanc enim, authore Ammiano Marcellino, pridem ſæpiùs incursârunt; veluti vicini, Danubioque flumine tantùm diremti. Verba ejus ſunt libro 16. *Cupiens itaq; auguſtiſſimâ omnium ſede morari diutiùs Imperator,* (de Conſtantio Auguſto, Conſtantini filio, ſcribit) *ut otio puriore frueretur & voluptate; aſſiduis nuntiis terrebatur, & certis, indicantibus Suevos Rhætias incurſare; Quadosq; Valeriam; & Sarmatas, latrocinandi peritiſſimum genus, ſuperiorē Mœſiam, & ſecundam populari Pannoniam.* Idem libro 17. *Auguſto inter hæc quieſcenti per hyemem, apud Syrmium, indicabant nuntii graves & crebri, permixtos Sarmatas & Quados, vicinitate & ſimilitudine morum concordes, Pannonias Mœſiarumq; alterā, cuneis incurſare diſperſis: quibus ad latrocinia magis, quàm aperto haſtilibus Marti, haſtæ ſunt longiores; & loricæ ex cornibus craſſis & levigatis, plumarum ſpecie, linteis indumentis intectæ; equorumq; plurimi ex uſu caſtrati: ne aut fœminarum viſu exagitati cunctentur; aut in ſubſidiis ferocientes prodant hinnitu denſiore vectores. Et per ſpatia diſcurrunt ampliſſima, ſequentes alios; vel ipſi terga vertentes, inſidendo velocibus equis & morigeris: trahentesq; ſingulos interdum & binos, uti permutatio vires foveat*

ſiveat jumentorum, vigorq́; otio integretur alterna. & multa alia, quæ illic narrat Ammianus. Quibus etiam hoc adjiciendum: juxta *Bregetionem*, Pãnoniæ primæ urbem, (nũc Rab/ à confluentibus amnibus, *Narabone* & *Danubio*, dictam) ſedes fixiſſe Quados: & ſuperatos, Conſtantio Aug. eductis mucronibus, quos pro numinib. colebant, juraſſe, ſe permanſuros in fide. Hęc Marcellini teſtimonia ſatis declarant, in *Auſtriâ* habitâſſe Quados: nam etiam Sextus Rufus, Quados de locis *Valeriæ*, quæ ſunt inter Danubium & Dravum, Divi Auguſti auſpiciis pulſos ſcribit. Eutropius lib. 6. *Helvetios* ſuâ ætate *Quados* nuncupatos refert. Hos cum Marcomanis ſub Aureliano in Italiã prorupiſſe, Andreas Alciatus ſuſpicatur, ibique diutulè hæſiſſe: cujus rei, *Marcomana vallis* inter Pœninas alpes, teſtis eſt.

Quadi enſes numinos coluerunt pro numinibus.

Eaq́; Germaniæ velut frons) id eſt, initium & anterior pars eſt Germanię. quomodo Solinus ab Danubio Germaniam incipere tradit, cap. 32.

Quatenus Danubio pergitur.) legendum *prætexitur*, hoc eſt, obtenditur: quâ parte Germania Danubium attingit & proſpicit; qui fluvius Rhætiam, Noricum, & Pannoniã, à Germaniâ diſterminat. Sic ſuprà de

Friſiis: *Utræq; nationes uſque ad Oceanum Rheno prætexuntur.* Vult ſignificare, Germaniam, quæ ad Danubii ripam appoſita eſt, incolere Hermunduros, Nariſcos, Marcomanos & Quados.

Maroboduus, Suevorum, Marcomanorum, Quadorumq; rex, Tiberii Cæſaris temporibus floruit. Hic apud Tacitum 2. annalium fatetur, *ſe duodecim legionibus petitum, duce Tiberio, illibatam Germanorum gloriam ſervaviſſe; mox conditionibus æquis diſcedere compuliſſe.* Vellejus Paterculus, volumine poſteriore, eum his laudibus celebrat: *Maroboduus, genere nobilis, corpore prævalens, animo ferox, natione magis quàm ratione barbarus; non tumultuarium, neque fortuitum, neq; mobilem, & ex voluntate parentum conſtantem, inter ſuos occupavit principatum: ſed certum imperium vimq; regiam complexus animo, ſtatuit, avocatâ procul à Romanis gente ſuâ progredi; ubi, cùm potentiora arma refugiſſet, ſua faceret potentiſſima. Occupatis igitur (quos prædiximus) locis, finitimos omnes, aut bello domuit, aut conditionibus juris ſui ficit. Corpus ſuũ cuſtodiâ, tum imperium perpetuis exercitiis, penè ad Romanæ diſciplinæ formã redactum, brevi in eminens & noſtro quoq; imperio timendũ perduxit faſtigium. Gerebatq; ita ſe adverſus Romanos, ut neq; bello nos laceſſeret; ſed ta-*

men

tamen oſtenderet, ſi laceſſeretur, ſupereſſe ſibi vim ac voluntatem reſiſtendi. Legati, quos mittebat ad Cæſares, interdum ut ſupplicem commendabant; interdum ut pro pari loquebantur. Gentibus hominibusq; à nobis deſciſcentibus, erat apud eum perfugium; totumq; ex malè diſſimulato agebat æmulum; exercitumq;, quem LX. *millium peditum, quatuor equitum, fecerat, aſſiduis adverſùs finitimos bellis exercendo, majori, quàm quod habebat, operi præparabat. Eratq; etiam eo timendus, quòd cùm Germaniam ad lævam & in fronte, Pannoniam ad dextram, à tergo ſedium ſuarum haberet Noricos; tanquam in omnes ſemper venturus, ab omnibus timebatur.* De eodem etiam Strabo, lib. 7. in hunc modum ſcribit: *In hoc Germaniæ tractu ſita eſt Hercynia ſylva, & Suevorum natio; ex quibus nonnulli intra, aliqui extra ſylvam habitant: ſicut & Coldulorum plerique. In quibus & Bubiemum, Marobudi regia. Quem in locum ipſe, cùm alios plures traduceret incolas, ſuos conterraneos Marcomanos adegit. Is ex humiliori gradu, majores ad res conſtitutus fuit, poſtquam è Româ regreſſus fuit. Nam à juvenilibus annis hîc verſabatur, ubi ab Auguſto Cæſare magna beneficia comparavit: reverſus in patriam, magnum adeptus eſt potentatum; & præter eos, quos antè dixi, populos, Luios etiam vendicavit, gentem*

ſanè permagnam, & Zumos, & Butones, & Mugilones, & Sibinos, & ipſorum Suevorum nationem ampliſſimam Semnones. Tradit quoque Suetonius, in Tiberii Cæſaris vitâ; *Tiberium per blanditias atq; promiſſa Romam traxiſſe Marobodium.*

Catvalda Marcomannus conſpirat contra regem Marobodum.

Sed quæ tandem ultima Marobodui fortuna fuerit, noſter Tacitus annalium 2. his verbis oſtẽdit: *Maroboduo undiq; deſerto* (Catvaldâ perſequente) *non aliud ſubſidium, quàm miſericordia Cæſaris fuit. Transgreſſus Danubiũ, quà Noricam provinciam præfluit, ſcripſit Tiberio, non ut profugus aut ſupplex; ſed ex memoriâ prioris fortunæ: nam multis nationibus, clariſſimum quondam regem ad ſe vocantibus, Romanam amicitiam prætuliſſe. Reſponſum à Cæſare; tutam ei honoratamq; ſedem in Italiâ fore, ſi maneret: ſin rebus ſuis aliud conduceret, abiturum fide quâ veniſſet. Cæterùm apud Senatum diſſeruit; non Philippum Athenienſibus, non Pyrrhum aut Antiochum populo Romano perinde metuendos fuiſſe. Exſtat oratio, quâ magnitudinem viri, violentiam ſubjectarum ei gentium, & quàm propinquus Italiæ hoſtis, ſuaq; in deſtruendo eo conſilia extulit. Et Maroboduus quidem Ravennæ habitus; ac ſi quando inſoleſcerent Suevi, quaſi rediturus in regnum oſtentabatur. Sed non exceſſit Italiâ per duodeviginti*

annos:

annos: conſenuitq́, multum imminutâ claritate, ob nimiam vivendi cupidinem. Hactenus Tacitus. Vernaculum hujus Regis nomen, Merbod ſeu Marbod fuiſſe putatur. id vocabuli equinum corpus ſignificat, cujus robur aut magnitudinem retuliſſe videtur: quemadmodum nos *Marchardum* & *Marquardum* dicimus, ab equi robore; ſicut *Leonhardum* & *Bernhardum*, ab leonis & urſi robore. *Marobodi etymum.*

De TUDRO ſeu TRUDO, Marcomanorum Quadorumq; rege, nihil uſpiam (quod ego ſciam) in veteri exſtat hiſtoriâ. Noſter Tacitus in annalibus multos quidem Germanorum reges ac principes celebrat; quorum nomina, quum de regib. agerem, recēſui: hujus autem *Tudri* nuſquam aliâs meminit. *Proximis ſanè ſeculis*, inquit Beatus Rhenanus, *Trutonis & Trutomanni nomen apud majores noſtros auditum eſt: teſtimonio ſunt veteres donationum & contractuum tabellæ.* Hincque heroinarum Germanicarum vocabula, *Adeltrudis* & *Gertrudis*, à ſincero videlicet amore fideq;. Ita ſunt *Rotrudis*, *Himeltrudis*, *Hermintrudis*, *Regnitrudis*, *Giltrudis*, *Engiltrudis*, *VValtrudis*, *Plectrudis*, *Erentrudis*, *Eltrudis*, & alia hujus generis plura. *Tuder Quadorum rex.* *Trudis, id eſt, amabilis.*

Sed vis & potentia regibus.) Sicut *Ita-*

lum, Arminii ex Flavio fratre nepotem, Romæ educatum, Claudius Auguſtus petentibus Cheruſcis regem dedit: author Cornelius annalium 11. qui *Vannium* à Druſo Cæſare Suevis impoſitum, lib. 12. quoque refert.

Nec minùs valent retrò Marſigni, Gothini, Oſi, Burii: tergâ Marcomanorum Quadorumq́ claudunt. è quibus Marſigni, & Burii, ſermone cultuq́ Suevos referunt. Gothinos Gallica, Oſos Pannonica lingua, coarguit non eſſe Germanos; & quòd tributa patiuntur. partem tributorum Sarmatæ, partem Quadi, ut alienigenis, imponunt. Gothini, quò magis pudeat, & ferrum effodiunt. omnesq́ hi populi, pauca campeſtrium; cæterùm ſaltus & vertices montium jugumq́ inſederunt. Dirimit enim ſcinditq́ Sueviam, continuum montium jugum, ultra quod plurimæ gentes agunt: ex quibus latiſſimè patet Lygiorum nomen, in plures civitates diffuſum. Valentiſſimas nominâſſe ſufficiet: Arios, Helveconas, Manimos, Elyſios, Naharvalos. Apud Naharvalos antiqua

antiquæ religionis lucus oſtenditur. Præſidet ſacerdos muliebri ornatu: ſed deos interpretatione Romani Caſtorem Pollucemq́ memorant. Ejus numinis nomen, Alcis. nulla ſimulacra, nullum peregrinæ ſuperſtitionis veſtigium. ut fratres tamen, ut juvenes venerantur. Ceterùm Arii ſuper vires, quibus enumeratos paulò antè populos antecedunt, truces, inſitæ feritati arte ac tempore lenocinantur. nigra ſcuta, tincta corpora, atras ad prælia noctes legunt: ipsâq́ formidine, atq; umbrâ feralis exercitus terrorem inferunt; nullo hoſtium ſuſtinente novum ac velut infernum aſpectum. nam primi in omnibus prœliis oculi vincuntur.

Ab occidentali Germaniæ plagâ primùm orſus, Germanorum populos, Rhenum, qui occiduus fuerat limes, ad Oceanum usque deſcendendo, deſcripſit: indè mare ſequens, quà in orientem vergit, ſeptentrionales Vigevones narravit; mox mediterraneos Herivones: poſtmodum ad auſtrum properans, Danubii, qui meridionalis erat terminus, accolas proſequebatur: nunc poſtremò

orientales Germaniæ cultores, in ipſam *Pannoniam Sarmatiamq́;* porrectos, abſolvit.

MARSIGNOS atq; GOTHINOS, Suevorum gentes, Marcomanis Quadisq́; conterminas, & horũ tergum claudentes, ſimiliter *Maravaniæ* ac *Sileſiæ* regiones incoluiſſe; ex hoc contextu colligitur. Puto Ptolemæum libro 2. cap. 11. *Marſignos* appellare *Marvinges*, ita ſcribens: *Poſtea eſt Gabrita ſylva, & ſub illâ Marvinges, Curiones,* &c. *Hos,* inquit Tacitus, *lingua arguit Suevos fuiſſe.* Porrò, qui fuerit olim Suevorum ſermo, nemo facilè pronuntiabit: nihil enim uſpiam in literis, de Suevico idiomate, à veteribus relatum eſt; literarum ſecreta viris pariter ac mulieribus ignorantibus. nam ſuum idiotiſmum habuiſſe, oſtendit Cornelius, dum ait: *Marſignos & Burios Suevico ſermone habituq́; uſos.* Hunorum, Sclavorumque irruptiones, & crebræ per Germaniam excurſiones, paſſim feruntur corrupiſſe Germaniſmum. Aliter enim nunc loquuntur Suevi; aliter Saxones. quanquam ſit aliqua ratio loquendi communis omnibus fermè Germanorum populis: tamen ſunt ſingulis ſuæ dialecti, & pronuntiandi proprietates. Vitiatam parumper linguam noſtram facilè crediderim: (quod in propriorũ nominum pronun-

Suevorum ſermo eſt Germanicus.

Germanicus ſermo corruptus.

pronuntiatione obſervari poterit; quæ cùm diverſiſſimè, tum confuſiſſimè, vulgus profert) non omnino tamen mutatam, ob gentis Germanicæ virtutem ac fortitudinem, quæ haud leviter aliorum linguam, mores atque tyrannidem recipiebat. petita eſt aliquoties exterorum armis; ſed nunquam tota victa. *Suevicam* igitur linguam eandem & *Germanicam* dixeris. Majorem enim Germaniæ partem Suevi poſſederunt, propriis nationibus ac nominibus diſcreti: quanquã in commune *Suevi* nuncupati fuerint.

Gothinos, tametſi Suevorum tractum incoluerint, tamen *lingua*, quâ utuntur, *coarguit non eſſe Germanos; & quòd tributa patiuntur*: præter Germanorum morem, qui exteris minimè tributa pendebant, aut aliis conditionibus obnoxios teneri ſe patiebantur; avitam libertatem armis vendicabant. *Ferrũ præterea effodiunt*: quod in Germanis pudendum rariſſimumque fuiſſe, declaravi. Apud Quados mineras ferri exſtitiſſe, Ptolemæus lib. 2. tradit. Hinc eorum error confutandus, qui Gallicam & Germanicam linguam unam fuiſſe dicunt. nam licèt plerique Belgarum à Germanis fuerint orti; ut eſt apud Cæſarem: tamen alia fuit Gallorum, alia quoque Germanorum lingua. id quod ex

Gothini, Gallica natio.

Germanorum & Gallorum nõ fuit una lingua.

Julii Cæſaris Commentariorum belli Gallici primo colligi poteſt: ibi enim videtur utraſq; ſeparare linguas, cùm inquit: *Ariouiſtū Germanū longâ conſuetudine ſciētiam Gallicæ linguæ habuiſſe.* Si eadem fuit: ſicut Germanicā, utpote patriam, à puero tenuit; quorſum attinet dicere, alterā longâ conſuetudine paratam? Conſtat igitur, aliam Gallorū linguam fuiſſe, aliam Germanorum. Sed quæ fuerit? inquit alius quispiā. Gallorum, non conſtat. nam linguam, quâ hodie utuntur, certum eſt eſſe novam; à Romanis, qui poſt Julium Cæſarē in illis ꝓvinciis aſſiduè verſati ſunt, plurimis ubiq; deductis coloniis, dubio procul accepta. Unde Gallorū multi, linguā ſuā etjam hodie Romanā vocant: *bon Romain*. Itaque videtur interiiſſe priſca Gallorū lingua. Siquidē Plinius, de quibusdam Gallorū vocabulis loquens, ad antiquā Galliæ deſcriptinem reſpexiſſe videtur; quā tamen jam inhabitare Germani cœperant, ſuā loquentes linguam: aut certè *Celtarum* vocabulum, quod Græcis & Germanum & Gallum ſignificat, Gallis vertendo tribuit, quod Germanorū erat; qui lapſus multis ſanè accidit. Et notū eſt ſatìs, Plinium & Græcorum & Latinorum commentarios exſcripſiſſe. Niſi ſi quis hîc, per *Gallicam linguam*, pronuntiationis modum

Marga, pro medullā apud Plinium lib. 17. cap. 6.

dum

dum intelligere velit: hoc eſt, ipſum Galliſmum, ut ita dicamus. Sed hoc foret coactius. Nemo verò hîc putet, *Gothinos* eſſe eosdē, qui & *Gotones* ac *Gothi*: cùm diverſi fuerint natione, ſitu & nomine. Veriſimile tamē eſt, alteros ex alteris procreatos; & Gothos inſulares, Gotonum Gothinorumque progenitores fuiſſe. *Gothini, Gotones & Gothi, non iidem.*

BURIOS.) Julius Capitolinus, in Marci Antonini vitâ, ubi gentes enumerat, quæ Marcomanico bello, cujus jam meminimus, nomen dederunt, *Buros* vocat. *Suevorum* nationem eſſe, *ſermo cultusq́; Suevicus* probat. Interpretantur Fontani: (Germani enim Burn/Born/ac Brunnen/ fontem appellant) quòd ad fontem habitaverint. Ptolemæus enim lib. 2. cap. II. ad Viſtulę fontem ſtatuit: *Buri*, inquit, *usque ad Viſtulam fluvium*. Horum etiam Dion Caſſius Nicæus, in vitâ Trajani Nervæ meminit; collocans illos juxta Daciam, quę (velut diximus) Germaniæ contermina eſt, his verbis: *Cæterùm cùm in Dacos exercitum Trajanus duceret, antequam caſtris hoſtiū appropinquaret; magnus circumferebatur à Barbaris fungus, latinis inſcriptus literis: erantq́; qui talia vociferarentur; Socias gentes, & Buros præcipuè, monere & hortari Trajanum, ut pace compoſitâ retro domum abiret.*

Nihilo tamen minùs is cum hoſte conflixit, ingenti aditâ cæde. Puto verò *Burios* habitâſſe ea loca, ubi *Teſchmenſis Sileſiæ* ditio hodie eſt, ad caput *Viſtulæ* amnis, prope *Carpatum* montem.

De Osis, Danubii accolis, ſuprà ſcripſimus.

Suevi etiã Moraviam & Sileſiam tenuerunt.

Dirimit enim ſcinditq́ Sueviam.) Vel hic locus oſtendit, *Suevos*, poſt Hermunduros, Quados ac Marcomanos, & Bohemiam, conſediſſe ad orientem; ubi nunc *Moravi* ac *Sileſii* amplam tenent regionem. *Jugum* enim hoc inſeparabiliter cohærens, Sueviamque dirimens, Hercynii nemoris juga, quæ Bohemiam cingunt, *Gabretam*, ingentem (ut Strabo dicit) Suevorum ſylvam, *Aſciburgium montem*, atque *Bohemicos montes* intelligo: quorum pars, per Moraviam Sileſiamque, in Pannoniam atque Sarmatiam protēditur: velut *Carpatus* vaſtiſſimus mons, priſcis *Suevus* vocitatus; quòd ad hunc usq; Suevi adhabitârint antiquitus. De quo Beroſus lib. 5. *Apud Tuiſcones*, inquit, *regnavit Suevus, & apud Celtas Celta; à quo nomina montes illi habuerunt.* De hoc etiam Conradus Celtis, tria juga & montes Germanię deſcribens:

Aſt aliud Carpatus habet, qui ſpectat in Eurum,
Auſpicium noſtris niveo dans vertice terris;

Quem

Quem Suevum in priſcis memini dictum eſſe libellis:
Qui cupro auroq́ſcatens, variisq́ metallis,
Pannoniam largo locupletat munere gentem.

Alius ab hoc eſt *Sevo* mons, apud Plinium lib.4. cap.13. hiſtor. mundi. hic enim ad orientem Germaniæ; *Sevo* autem ad ſeptentrionem eſt poſitus. Plinii verba ſunt: *Incipit deinde* (de Oceano ſeptentrionali ſcribit) *clariore aperiri famâ ab gente Ingævonum, quæ eſt prima: indè Germania. Mons Sevo ibi immenſus, nec Riphæis jugis minor.* Quem locum Solinus Polyhiſtor, cap.32. tranſſcripſit. *Mons,* inquit, *Sevo ipſe ingens, nec Riphæis minor collibus, initium Germaniæ facit. Hunc Ingævones tenent; à quibus primis poſt Scythas nomen Germanicum conſurgit.*

LYGII, Suevorum gentes, poſt Hermũduros, Marcomanos, Quados, & Bohemiam Eurum versùs ad Danubium ſiti, in ipsâ *Sileſiâ* regione ampliſſimâ, Pannoniæ finitimi ſederunt. quomodo etiam ex annalium lib. 12. deprehendi poteſt; ubi Cornelius, pulſi Vannii Suevorum regis hiſtoriam, his verbis narrat: *Per idem tempus Vannius, Suevis à Druſo Cæſare impoſitus, pellitur regno: primâ imperii ætate clarus, acceptusq́ popularibus; mox diuturnitatem in ſuperbiam mutans; & odio acco-*

larum, ſimul domeſticis diſcordiis circumventus. Authores fuêre, Iubillius Hermundurorũ rex, & Vangio ac Sido, ſorore Vannii geniti. Nec Claudius, quanquam ſæpe oratus, arma certantibus Barbaris interpoſuit; tutum Vannio perfugium promittens, ſi pelleretur. ſcripſitq; P. Attilio Hiſtro, qui Pannoniæ præſidebat, legionẽ ipſaq; è provinciâ lecta auxilia, pro ripâ componeret, ſubſidio victis, & terrori adversùs victores: ne fortunâ elati, noſtram quoq; pacem turbarent. Nam vis innumera, Lygii, aliæq; gentes adventabãt, famâ ditis regni; quod Vannius XXX. per annos prædationibus & vectigalibus auxerat. Ipſi manus propria, pedites; eques è Sarmatis Iazygibus erat, impar multitudini hoſtium: eoq; caſtellis ſeſe defenſare, bellumq; ducere ſtatuerat. Sed Iazyges obſidionis impatientes, & proximos per campos vagi, neceſſitudinem pugnæ attulêre: quia Lygius Hermundurusq; illìc ingruebant. Igitur digreſſus caſtellis Vannius, funditur prælio; quanquã rebus adverſis laudatus: quòd & pugnam manu capeſſiit, & corpore adverſo vulnera excepit. Cæterùm ad claſſem in Danubio opperientem perfugit. Secuti mox clientes; & acceptis agris, in Pannoniâ locati ſunt. Raymundus Marlianus hos in *Hungariâ* ponit. Picus Comes Mirandulanus, in Stauroſticho, Danubium canit alluere Lygios, hoc verſu:

Iubillius rex Hermundurorũ.

Et

Et Lygios, tandem raptu tumefactus aquarum. Ubi Pomponius Mela libro 3. tradit, *Indos quoſdam à rege Suevorum dono datos Q. Metello Celeri, Galliæ proconſuli.* Hermolaus Barbarus, Venetorum doctiſſimus, annotavit; in quibusdam Pomponianis codicibus, non *Bojorum*, ut quædam habebant exemplaria, nec *Suevorum*; ſed *Lydorum* legi. Quæ lectio ſuſpicionem dedit, Melam *Lygorum* ſcripſiſſe; & librarios incuriâ aut imperitiâ quadam *Lydorum* pinxiſſe, mutato *g* in *d.* nam *Lygii* quoque *Suevi* fuerunt.

ARII, *Helvecona, Manimi, Elyſii, Naharvali*, Lygiorum Suevorum gentes, Danubii accolæ, *Auſtriæ & Hungariæ partem transdanubianam* incoluerunt, juxta Moraviam & Sileſiam. De illis Franciſcus Picus in Stauroſticho, Danubium paucis deſcribens:

Hinc & Danubius non magnas devehit undas,
Montibus Arbonæ vix fuſus; plurima nondum
Flumina ſurripuit, nondumq́; binomius, ingens
Alluit Elyſios, Arioſq́; & Pæonis oram,
Et Lygios; tandem raptu tumefactus aquarum,
Euxinum ingreditur bis terno gurgite Pontum,
Extremumq́; caput limoſâ perdit in ulvâ.

Horum nomina penitus exoleverunt: ut conjiciam, ipſos ſeſe Gothicis Vandalicisq́; expeditionibus cõjunxiſſe, ac nominis clari-

Elyſii in Sileſiorum nomen conceſſerunt.

tudinem amiſiſſe. De *Elyſiis* cogito, *Sileſios*, quos etiam *Selignos* appellant, nuncupatos. quanquam Conradus Celtis à *Sleſo* amne horum vocabulum deducat, libro Amorum 2. elegiâ 5.

Hic Odera (à priſcis qui nomina Suevus habebat)
Naſcitur, & Codani præcipitatur aquis
Suevus; qui Sleſum ſocium ſibi convocat amnem,
A quo nunc nomen Sleſia terra gerit:
Sleſia, quæ pulchris habet oppida condita muris,
Viſâ caput quorum culta Vratislavia.

Sileſiæ ſitus.

Terminatur verò *Sileſia*, ab oriente, *Hungariâ*; ab aquilone, *Poloniâ*; ab occaſu ſolis, *Miſniâ*; à meridie, *Bohemiâ Moraviâq;*. Ipſa à principio vaſtæ Hercyniæ ſylvæ, quæ Danubium rectâ ſequitur, ad fines Dacorũ usque (referente Cæſare lib. 6. belli Gallici) portio, ut tota plana; ita & nemoroſa fuit: ſed temporis proceſſu ſparſim vicis habitari cœpta eſt. Ubi autem fidem catholicam incolæ amplexi ſunt; conſtitutis oppidis, ad mitiorem cultum eſt redacta. Quam *Odera*, fluvius celebratiſſimus (Plinio lib. 4. cap. 14. *Gutalus*: Ptolemæo in 2. *Viadus* dictus) per medium totam perlabitur; & *Olâ*, *Niſâ*, *Olsâ Liſsâ*, *Baruſio*, *Bobero*, *Katzbacho*, & aliis fluminibus auctus, *Marchiam Brandenburgenſem* permeans, in mare Pomeranicum, juxta *Sundam*,

Sundam, (quæ *Buritium* Ptolemæo: cui ab anguſtâ maris fauce vocabulum;alii à Sũnone quodẽ Franco fingunt illi nomen)undoſus exoneratur.Latitudo ejus trium,ſed longitudo,novẽ dierũ itinere,à limitibus Hungariȩ, usq; in Marchiã Brandenburgenſem extenditur.Urbiũ ampliſſima eſt *Vratislavia*; *Budorgis* Ptolemæo,vulgò Breßlaw dicta; epiſcopalis & metropolis, privatis publicisq; ȩdificiis magnificè exornata,& ab Laurentio Corvinio celebrata: quã hodie ſplendidiorẽ reddũt, D.Joannes Heſſus,& D. Ambroſius Majobanus, clariſſima duo lumina & Evangelii tubȩ. ad Oderam ſita eſt. Hanc claritate ſequitur *Niſſa*, epiſcopalis ſedes;quã cognominis fluvius alluit. indè *Glogovia major*, *Legnitiũ*,*Oppelia*,*Sueynitium* & *Suibiſſa*,(à Suevis, ut multis videtur, cognominatȩ) *Teſchina*, *Olſna*,*Franckenſteyniũ*,*Monſterbergum*,*Saganũ* *Brega*,*Jegerndorfium*,*Ratbornũ*,*Javeriũ*,*Bontzlavia*,*Hirsbergum*,*Goldbergum*,*Gorlitiũ*,*Paucenum*,*Naumburgum* ad ripam Quiſſæ, *Croſſenum*; & plures aliæ ignobiliores. Provincia ipſa *Bohemorum Regi* ſubjecta eſt. Principes habet plures;omnes tamen Regem audiunt. Genti potus,cerevifia. Vino ex Moraviâ aut Hungariâ advecto utuntur: quanquam nõnihil vini in Sileſiâ apud Croſſenum habea-

Sileſiæ urbes.

Laurentius Corvinius.

Ioannes Heſſus.

Ambroſius Majobanus.

tur; quod pro majori parte extra provinciam, per Oderam, in Pruſſiam deportatur. Sermo majori ex parte Teutonicus: quámvis trans Oderam Polonica linguâ prævaleat. Ob quam rem hoc loco Guntherus Ligurinus, lib. 6. de rebus Friderici primi, *Oderam* Germaniæ terminum facit, hoc verſu:

Odera Germanos quæ ſeparat atq; Polonos.

Quámvis idem amnis, in aquilonem currẽs, Germanicas gentes utrâque ripâ alluat. Ex hac provinciâ Caſpar Urſinus Velius, & Franciſcus Faber, eruditione præſtantes, nati ſunt.

Caſpar Urſinus. Franciſcus Faber.

Naharvalos autem, poſſibile eſt à ſeptentrionali fluctu ſic dictos; littoralesque, hoc eſt, VVigevones aliquando fuiſſe, quaſi *Nortvvalos.*

Lucus oſtenditur.) Suprà Cornelius retulit de Germanorum religione: *Cæterùm nec cohibere parietibus deos, neq; in ullam humani oris ſpeciem aſſimilare, ex magnitudine cœleſtium arbitrantur: lucos ac nemora conſecrant, deorumq; nominibus appellant.* Juxta hanc ſuperſtitionem ethnicorum, *Naharvali* lucum *Caſtori ac Polluci* conſecrârunt: minimè tamen Romanâ religione coluerunt; *nec ſimulachra* conficientes, neque thura libantes, *nec* quicquam ejus *peregrinæ ſuperſtitionis* obſervantes.

Lucus Naharvalorum.

vantes. Cultui ac ſacro *praerat Sacerdos* ridiculo *veſtitu, muliebri* ſcilicet. Numen ipſum *Alcin* vocant. Id vocabulum ſi græcam habet originem: (velut multa à Græcis vocabula accepit Germanicus ſermo, quorũ farraginẽ dedimus ſuprà) præſidium & fortitudinem ſignificat. *Dei enim proprium eſt, vel ſervare, vel benefacere*; ut Cicero inquit, & Plinius lib. 2. cap. 7. hiſtoriæ mundi. Si autem Teutonicum eſt: à vetuſtate nomen habet; aut quòd omnium dea, omnia regat. *Alcis Naharvalorum numen*

Inſitæ feritati arte ac tempore lenocinantur.) *Arii*, potentiores atque truculentiores Helveconis, Manimis, Elyſiis, Naharvalisq;, Lygiorum Suevorum gentibus; naturali & innatę ſuę crudelitati, arte atq; tempore adhibitis medicamentis, herbis aut herbarũ radicibus, vel alio quovis pigmento fucoque, pro-ut ratio popoſcerit, medentur ac cõſulunt; aliam perſonam fingunt, pinguntque, (hoc enim aliquando *Lenocinari* ſignificat, exquiſitiorẽ elegantiam adhibere) ut naturalem ſuam aſperitatem *nigris ſcutis, tinctis corporibus*, lectisque *atris adprælia noctibus* prodant, *ipsâq; formidine atque umbrâ feralis exercitus, terrorem inferant; nullo hoſtium ſuſtinente novum ac velut infernum aſpectum*. Quemadmodum noſtrâ ætate militum ma-

Diaboli milites nus in inferiori Germaniâ ſe *Diabolos* appellârũt: ad incutiendũ terrorem iis, adverſùm quos mittebantur. Veſtes erant nigrę, haſtę nigræ; vultus ipſi nihilo candidiores. Et certè multis juxta nomen perniciẽ attulerunt, donec crebris bellis conſumerẽtur. Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. de inſtitutis antiquis, de Spartanis tradit; *quòd, ad diſſimulandum & occultandum vulnerum ſuorum cruorem, puniceis tunicis in prælio uterentur: nõ ut ipſis aſpectus eorum terrorem; ſed ne hoſtibus fiduciæ aliquid afferret*. Reliqui Germanorũ populi, ſcuta lectiſſimis coloribus diſtinguunt; Arii verò nigra ſcuta eligunt, & obſcuras ad prælia noctes. Titanico ac furiali aſpectu terrent hoſtes, ut oculos vincant, *qui omnium primi in* Oculi omnium primi vincuntur *præliis vincuntur. Neq; ullâ ex parte*, inquit Plinius lib. 11. cap. 37. *majora indicia animi cunctis animalibus; ſed maximè homini, id eſt, moderationis, clementiæ, miſericordiæ, odii, amoris, triſtitiæ, lætitiæ. Contuitu quoq; multiformes, truces, torvi, flagrantes, graves, transverſi, limi, ſummiſſi, blandi. Profectò in oculis animus inhabitat. Ardent, incenduntur, humectant, connivent*. ita Plinius.

Trans Lygios, Gothones regnantur: paulò jam addictiùs, quàm cæteræ Germanorum

norum gentes; nondum tamen ſupra libertatem. Protinus deinde ab Oceano Rugii, & Lemovii: omniumq́ harum gentium inſigne; rotunda ſcuta, breves gladii, & erga Reges obſequium.

GOTHONES, authore Plinio, *Vādalorum* fuêre natio, ultra Lygios, id eſt, Sileſios, ad mare Germanicum inclinantes: libro 4. hiſtoriæ mundi, cap. 14. his verbis: *Genera Germanorum quinq́; Vandali, (Vindeli* legunt alii) *quorum pars Burgundiones, Varini, Carni, Guttones*. & lib. 37. cap. 2. de Succino ſcribens: *Pytheas*, inquit, *Guttonibus Germaniæ genti accolis æſtuarium, Mentonomon nomine, ab Oceano ſpatio ſtadiorum ſex millium, tribuit ſuccinum.* Ptolemæus lib. 3. cap. 5. hos attribuit Sarmatiæ, & ad Viſtulam ſtatuit: *Juxta Viſtulam fluvium ſub Venedis Gythones; poſtea Phinni.* Tacitus annalium 2. ſcribit, *Catvaldam Marcomanum, nobilem juvenem, vi regis Marobodui profugum, ad Gothones veniſſe.* Horum tractum videntur nunc *Pomerani* & *Pruſſi* tenere; propter ſuccinum in Gothonibus repertum: quod ſolo Pruthenico littore colligitur. *Gothones extremi Germanorũ.*

Ampliſſima vaſtiſſimaq́; *Pruſſiorum* regio, multos habuit cultores: *Burgundiones, Varinos, Gothones, Fennos, Æſtyos, Ulmigeros*, (à qui- *Pruſſiæ veteres cultores.*

Pruſſia, poſtrema Germaniæ ora, ſitus.

à quibus etiam hodie pars Pruſſiæ ad Viſtulam, *Culmigeria* vocitatur) *Sudinos*. Hæc à *Viſtulâ* amne incipiens, quem ad occidentẽ terminum habet; *ſinuſq; Baltici maris*, qui ſeptẽtrionale latus ejus ambiunt, percurrens: orientalem ſolem ab *Alanis* excipiens; *montibus Hamaxobiis* auſtrale latus ejus obtegentibus, à quibus, continuis ſylvarum jugis, (Hercyniæ pars ſunt) diſterminatur. Frumenti ferax eſt, aquis irrigua, & plena colonis: multa ambitioſa oppida; multi maris ſinuoſi reflexus, amœnam efficiunt: pecorum ingens vis, incæduæ ſylvę, multa venatio, piſcatio dives. Maritimas urbes habet: *Königſpergum*; *latinè Regium montem* dicere potes, ad *Chronum*, id eſt, *Bregelam* amnem, opus prçclarum Odacri Bohemiæ regis: in quo *Magni magiſtri ordinis Teutonicorum* ſedes erat, poſtquam Poloni *Marieburgum* cum magnâ provinciæ parte interceperunt. nunc tenet ALBRECHTUS *Marchio Brandenburgenſis*, ex Onoltzbachio noſtro oriundus; Princeps pietatis Chriſtianę ſincerioris ſtudioſiſſimus, prudentiâ & fortitudine divinâ præditus: qui provinciam à profanis & ethnicis ſuperſtitionibus, quibus gens fuerat dedita, luſtravit; Chriſtianum cultum introduxit, & Verbi Dei præcones ubique inſtituit: è quibus eminent,

minent, *D. Georgius à Polentis* Sambienſis epiſcopus, *Paulus Speratus*, *Joannes Polyander* præceptor quondam meus, *Joannes Briſmannus*, viri pietate & eruditione clari. Princeps ipſe, ductâ regiæ ſtirpis uxore è Holſatiâ Danici regni, & excuſſo habitu, ſupremũ Teutonici ordinis magiſtratum, quo fungebatur, in civilem, Regis Poloniæ ductu, cõmutavit dignitatẽ: *Pruſſiæ dux* ſalutatur. Deinde habet *Elbingum* ad Viſtulę oſtium; & omniũ nunc opulentiſſimam urbem *Dantiſcum*, *Gedanum* (à *Gythonibus* fortaſſe; ita enim Ptolemæus *Gothones* vocat) appellatam, ad alterum Viſtulæ oſtium.

Claſſibus hæc portus, & mœnib⁹ inclyta magnis,
Et minor eſt Venetis, Noriciisq́; prior.

Sunt Eobani è ſuâ Pruſſiâ. Intus in mediterraneâ, in ripâ Viſtulę fluminis, inſignis urbs, *Turræam* & *Turoniam*, vulgò Dorn vocant: ſimiliter *Marieburgum*, *Cholmen*, *Notangen*, *Sambienſis*, (Samland) *Riſenbergum*, *Helſpergum*, *Brunſpergum*, *Pomeſania*, *Varnienſis*, *Graudentium*, (*Sturgum* Ptolemęo, in Pomeraniâ) *Nuenburgum*, *Golubia*, *Stolpenum*. *Pruſſiæ urbes.*

Saltus Hercynius, qui per *Pruſſiam* vagatur, multa ferarum genera gignit: *Alces* (vulgò Ellend vocant) *Onagros*, *Uros*, quos *Bubalos*, Brochſen, & *Biſontes*, Püffel dicunt:

ſicut Julius Cæſar lib. 6. belli Gallici memoriæ prodidit: quorum etiam Plinius Secundus libro 8. capite 15. meminit. *Pauciſſima, inquit, animalia Scythia gignit, inopiâ fructuum: pauca, contermina illi Germania. Inſignia tamen boum ferarum genera, jubatos biſontes, excellentiq; & vi & velocitate uros, quibus imperitum vulgus Bubalorum nomen imponit; cùm id gignat Africa, vituli potiùs cervíve quadam ſimilitudine. Septentrio fert & equorum greges ferorum; ſicut aſinorum Aſia & Africa.* Julius Solinus, in omni ſeptẽtrionali plagâ, *Biſontes* frequentiſſimos, *Uros*, quos imperitum vulgus *Bubalos* vocat, *Alces*, & alia fera animalia eſſe quoque, ſcribit. *Oceanus* præterea *Pruſſios* alluens, & æſtuoſus, *ſuccinum* velut tributum donat: de quo mox. De *Boruſſiæ* antiquitatibus exſtat libellus Eraſmi Stellæ Libonothani.

Gothones, antiqui Pruſſiæ cultores, *trans*, hoc eſt ultra *Lygios* (inquit Cornelius) *regnãt*, ſuum habẽt imperium, ditionẽ, & Principes *Romanis addictiores, quàm cæteræ Germanorum gentes*. forſan quòd à Druſo Germanico oppugnati fuerint: ibi enim claſſibus rem egiſſe, Plinius lib. 37. cap. 3. hiſt. mundi, refert. aut à Domitiano Cæſare, in expeditione contra Sarmatas (cujꝰ meminit Suetonius Tuãquil-lus.

ſius) bello petiti, Romanaq; arma experti, de priſtinâ ferociâ ac rebellione remiſerunt aliquid; de Germanâ & gentilitiâ libertate nihil. Fuerunt autem *Gothones*, inſularium Gothorum parentes aut ſoboles; velut aliâs memini.

RUGII, Septentrionales Germaniæ populi, ad Oceanum ſiti, incoluerunt haud dubiè eam inſulam, quæ etiamnum ab illis *Rugilandia* dicitur; in mari Germanico, ex objectu Pomeraniæ & Suevi fluminis, ubi in mare emittitur, poſita. Terra ferax frugum, animaliū, piſcium; divitem halecum præſtās piſcaturam. Urbs in ea fuit *Arcon*, gentis caput, in arduo ſita promontorio: & altera, *Karentia* vocabulo: quarum excidium Saxo Grammaticus, libro 14. hiſtoriæ Danicæ, narrat. Hi *Rugi* in *Pannoniam* primùm migrârunt: inde ſub Zenone Iſaurico Aug. circiter Dominicæ incarnationis annum CCCCLXXX, duce Odoacro, *Italiam* vaſtârunt; Romam XIIII. annis tenuerunt: *Odoacrum Rugum*, Theodoricus Oſtrogothorum rex interemit. Cujus rei meminit Sidonius Apollinaris, Avernorum Epiſcopus, Zenonis imperio ſcribens:

—— Pugnacem Rugum, comitante Gelono,
Gepida trux ſequitur. ——

Et alibi:

Bellonotus, Rugus, Burgundio, Veſus, Alites.
Hujus *Rugilandiæ* titulum, hodie Principes Marchiæ Brandenburgẽſis, Mechelburgenſes, & Pomeraniæ, ſibi vendicant. Ptolemæus lib. 2. cap. 11. *Rugii* civitatis meminit; quæ *Caminum* cenſetur: epiſcopalis eſt, in *Pomeraniâ*, ad Viadi, id eſt, Oderæ exitũ. De *Rugiis* ſcripſerunt plura, Jornandes, Paulus Diaconus, Abbas Urſpergenſis. Videntur *Rugii* à quiete & quieſcendo, habere nomen: nam Rugen eſt quieſcere; & Rug/quies.

Rugiorum etymum.

LEMOVII, Rugiis finitimi, & Oceani accolæ, *Pomeraniæ* cultores fuiſſe videntur. Eſt autẽ POMERANIA ſeu *Pomeria*, ultra Viadum ſeu Gutalum, id eſt, Oderam, *orientalis Saxoniæ ducatus*: terra frumenti ferax; vini indiga, cereviſiâ affluens: *Oderâ*, (Saxo Sialandicus *Oddoram* vocat) *Pani* vel *Pœno*, *Zuenо* ſeu *Zvvinâ*, (quem *Suevum* appellatum putant) & *Divinoviâ*, fluminibus irrigua: oppidis egregiis exculta, quæ ſunt; *Viſmaria*, *Sunnonia* ſeu *Sundia*, (quæ *Marionis altera* cenſetur, ex Ptolemæi deſcriptione) *Gripavvaldum*, (à Ptolemæo *Viritium*, juxta conjecturam appellata) *Stetinum*, (unde Principibus nomen) *Roſtochium*, (Ptolemæo *Laciburgium*; non procul ab Suevi oſtio, in ducatu

Pomeraniæ deſcriptio.

tu Mechelburgenſi: (in quo liberalium artium florens fuit Academia) *Caminum* pontificalis civitas, *Julinum*, *VVologaſtum*, *Demynum*, *Tributum* (*Cæſaris*, (vulgò *Tribuzes*) *Rebelho*, (id eſt, *Robel*) *Bolgrade*, *Grotzvvina*, *Stolpe*, *Colbergum*, *Lauenburgum*, *Tangermunda*, *Sternibergum*, *Golnavia*, *Stargardia*, *Tanclem*, *Ancgelheym*. Apud *Caminum* inſula eſt, *Criſtoa*. Sunt etiam magni lacus, quos *Panis* & *Suevus* & *Odera* amnes conficiunt. Inſula ibi eſt ad *VVinetam* (urbis nomen fuit) & *Odera* oſtia, quæ tribus alluitur fretis: quorum ajunt unum eſſe viridiſſimæ ſpeciei; alterum, ſubalbidæ; tertium, motu furibundo perpetuis ſæviens tempeſtatibus. Hæc Pomerania nobis peperit inſignem ac ſincerum illum Theologum, *D. Joannem Bugenhagium*, paſſim ęditis in ſacras literas voluminibus cognitum. *Ioannes Bugenhagius.*

Multa *de Pomeranis*, Saxo Grammaticus libro 14. hiſtoriæ Danorum, & Albertus Crantzius ſecundo Vandaliæ, memoriæ prodiderunt. Fieri potuit, ut ab *Lemoviis* progreſſi ſint *Livones* ſeu *Livonii*, poſtremi Germanorũ, ad littus *Venedicũ*, ad parallelũ *Scandinaviæ* inſulæ, quæ *Gothlandia* dicitur, habitantes: quos tamen ab *Eſtuis* mallem derivare. vocabulo vulgari, nonnihil ſuffra-

gante, Eyſtånder vocantur: quorum *Riga*, *Hapſelia*, *Revalia*, epiſcopales & metropolitanæ urbes ſunt. His imperitârunt *Milites ordinis Teutonici*, qui armis acquiſierant *Livoniam*. *Levoniorum* mentio eſt etiam apud Ptolemæum, lib.2.cap.11. Raphaelem Volater.lib.7. De *Scutis* & *Regibus Germanorum*, jam pleraque annotavimus.

Suionum hinc civitates, ipſo in Oceano, præter viros armaq́; claßibus valent. forma navium eo differt, quòd utrinque prora paratam ſemper appulſui frontem agit: nec velis miniſtrantur, nec remos in ordinem lateribus adjungunt. Solutum, ut in quibusdam fluminum, & mutabile, ut res poſcit, hinc vel illinc remigium. Eſt apud illos & opibus honos: eoq́; unus imperitat; nullis jam exceptionibus, non precario jure parendi. nec arma, ut apud cæteros Germanos, in promiſcuo; ſed clauſa ſub cuſtode, & quidem ſervo: quia ſubitos hoſtium incurſus prohibet Oceanus. otioſa porrò armatorum manus facilè laſciviunt. enimverò neq́; nobilem, neq́;

neq; ingenuum, ne libertinum quidem, armis præponere, regia utilitas eſt.

SUIONES ac SITIONES, in Oceano Germanico ſiti, Suevorum gentes quoque fuêre: videri poſſunt, quos noſtra ætas *Suedos* aut *Suecos* vocat; & regio ipſorum *Suecia.* Paruit *Regi Danorum.* habet plures auri atq; argenti, æris, plumbi, cupri ac ferri, mineras. A *Suevis* originem traxiſſe narrantur; qui mare accoluerunt, & inſulas ingreſſi, ſedes in eis collocârunt. Mihi, dum Lipſiæ celebri gymnaſio agerem, non ſemel retulit ejus inſulæ indigena, qui Latinas literas callebat egregiè, & converſabatur familiariter; populares ſuos jactare Suevicam originem. In *Sueciâ* gens eſt armis potens, montes valleſq; inſidens: unde & vocabulum. *Dalekarli* dicuntur compoſitâ voce. *Dale*, vallem ſignificat Germanâ Gothicâque linguâ; quomodo *Coperdalia*, id eſt, cupri vallis: *Karlel* viros qui præſenti animi vigore præſtant. Unde etiam *Carolorum* nomen. Eginhartus, qui Caroli Magni vitam conſcripſit, *Sueones* recentiori vocabulo *Nortmannos* oſtendit appellari, quum ait: *Sinus quidam ab Oceano orientem verſus porrigitur, longitudinis quidem incompertæ; latitudinis verò, quæ nuſquam centum*

Diaboli milites nus in inferiori Germaniâ ſe *Diabolos* appellârūt: ad incutiendū terrorem iis, adversùm quos mittebantur. Veſtes erant nigrę, haſtę nigræ; vultus ipſi nihilo candidiores. Et certè multis juxta nomen perniciē attulerunt, donec crebris bellis conſumerētur. Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. de inſtitutis antiquis, de Spartanis tradit; *quòd, ad diſſimulandum & occultandum vulnerum ſuorum cruorem, puniceis tunicis in prælio uterentur: nō ut ipſis aſpectus ea, rum terrorem; ſed ne hoſtibus fiduciæ aliquid afferret*. Reliqui Germanorū populi, ſcuta lectiſſimis coloribus diſtinguunt; Arii verò nigra ſcuta eligunt, & obſcuras ad prælia noctes. Titanico ac furiali aſpectu terrent hoſtes, ut oculos vincant, *qui omnium primi in præliis vincuntur*. *Neq; ullâ ex parte*, inquit Plinius lib. 11. cap. 37. *majora indicia animi cunctis animalibus; ſed maximè homini, id eſt, moderationis, clementiæ, miſericordiæ, odii, amoris, triſtitiæ, lætitiæ. Contuitu quoq; multiformes, truces, torvi, flagrantes, graves, transverſi, limi, ſummiſſi, blandi. Profectò in oculis animus inhabitat. Ardent, incenduntur, humectant, connivent.* ita Plinius.

Oculi omnium primi vincuntur

Trans Lygios, Gothones regnantur: paulò jam addictiùs, quàm cæteræ Germanorum

norum gentes; nondum tamen ſupra libertatem. Protinus deinde ab Oceano Rugii,& Lemovii: omniumq́; harum gentium inſigne; rotunda ſcuta, breves gladii, & erga Reges obſequium.

GOTHONES, authore Plinio, *Vādalorum* fuêre natio, ultra Lygios, id eſt, Sileſios, ad mare Germanicum inclinantes: libro 4. hiſtoriæ mundi, cap. 14. his verbis: *Genera Germanorum quinq́; Vandali,* (*Vindeli* legunt alii) *quorum pars Burgundiones, Varini, Carni, Guttones.* & lib. 37. cap. 2. de Succino ſcribens: *Pytheas,* inquit, *Guttonibus Germaniæ genti accolis æſtuarium, Mentonomon nomine, ab Oceano ſpatio ſtadiorum ſex millium, tribuit ſuccinum.* Ptolemæus lib. 3. cap. 5. hos attribuit Sarmatiæ, & ad Viſtulam ſtatuit: *Juxta Viſtulam fluvium ſub Venedis Gythones; poſtea Phinni.* Tacitus annalium 2. ſcribit, *Catvaldam Marcomanum, nobilem juvenem, vi regis Marobodui profugum, ad Gothones veniſſe.* Horum tractum videntur nunc *Pomerani* & *Pruſſi* tenere; propter ſuccinum in Gothonibus repertum: quod ſolo Pruthenico littore colligitur. *Gothones extremi Germanorũ.*

Ampliſſima vaſtiſſimaq́; *Pruſſiorum* regio, multos habuit cultores: *Burgundiones, Varinos, Gothones, Fennos, Æſtyos, Ulmigeros,* (à qui- *Pruſſiæ veteres cultores.*

Pruſſia, poſtrema Germaniæ ora, ſitus.

à quibus etiam hodie pars Pruſſiæ ad Viſtulam, *Culmigeria* vocitatur) *Sudinos*. Hæc à *Viſtulá* amne incipiens, quem ad occidentẽ terminum habet; *ſinuſq; Baltici maris*, qui ſeptẽtrionale latus ejus ambiunt, percurrens: orientalem ſolem ab *Alanis* excipiens; *montibus Hamaxobiis* auſtrale latus ejus obtegentibus, à quibus, continuis ſylvarum jugis, (Hercyniæ pars ſunt) diſterminatur. Frumenti ferax eſt, aquis irrigua, & plena colonis: multa ambitioſa oppida; multi maris ſinuoſi reflexus, amœnam efficiunt: pecorum ingens vis, incæduæ ſylvę, multa venatio, piſcatio dives. Maritimas urbes habet: *Königſpergum*; *latinè Regum montem* dicere potes, ad *Chronum*, id eſt, *Bregelam* amnem, opus preclarum Odacri Bohemiæ regis: in quo *Magni magiſtri ordinis Teutonicorum* ſedes erat, poſtquam Poloni *Marieburgum* cum magnâ provinciæ parte interceperunt. nunc tenet ALBRECHTUS *Marchio Brandenburgenſis*, ex Onoltzbachio noſtro oriundus; Princeps pietatis Chriſtianę ſincerioris ſtudioſiſſimus, prudentiâ & fortitudine divinâ præditus: qui provinciam à profanis & ethnicis ſuperſtitionibus, quibus gens fuerat dedita, luſtravit; Chriſtianum cultum introduxit, & Verbi Dei præcones ubique inſtituit: è quibus eminent,

minent, *D. Georgius à Polentis* Sambienſis epiſcopus, *Paulus Speratus*, *Ioannes Polyander* præceptor quondam meus, *Ioannes Briſmannus*, viri pietate & eruditione clari. Princeps ipſe, ductâ regiæ ſtirpis uxore è Holſatiâ Danici regni, & excuſſo habitu, ſupremũ Teutonici ordinis magiſtratum, quo fungebatur, in civilem, Regis Poloniæ ductu, cõmutavit dignitatẽ: *Pruſſiæ dux* ſalutatur. Deinde habet *Elbingum* ad Viſtulę oſtium; & omniũ nunc opulentiſſimam urbem *Dantiſcum*, *Gedanum* (à *Gythonibus* fortaſſe; ita enim Ptolemæus *Gothones* vocat) appellatam, ad alterum Viſtulæ oſtium.

Claſſibus hæc portus, & mœnib⁹ inclyta magnis,
Et minor eſt Venetis, Noriciisq; prior.

Sunt Eobani è ſuâ Pruſſiâ. Intus in mediterraneâ, in ripâ Viſtulę fluminis, inſignis urbs, *Turraam* & *Turoniam*, vulgò Dorn vocant: ſimiliter *Marieburgum*, *Cholmen*, *Notangen*, *Sambienſis*, (Samland) *Riſenbergum*, *Helſpergum*, *Brunſpergum*, *Pomeſania*, *Varnienſis*, *Graudentium*, (*Sturgum* Ptolemęo, in Pomeraniâ) *Nuenburgum*, *Golubia*, *Stolpenum*. *Pruſſiæ urbes.*

Saltus Hercynius, qui per *Pruſſiam* vagatur, multa ferarum genera gignit: *Alces* (vulgò Ellend vocant) *Onagros*, *Vros*, quos *Bubalos*, Brochſen, & *Biſontes*, Püffel dicunt:

ſicut Julius Cæſar lib. 6. belli Gallici memoriæ prodidit: quorum etiam Plinius Secundus libro 8. capite 15. meminit. *Pauciſſima*, inquit, *animalia Scythia gignit, inopiâ fructuum: pauca, contermina illi Germania. Inſignia tamen boum ferarum genera, jubatos biſontes, excellentiq; & vi & velocitate uros, quibus imperitum vulgus Bubalorum nomen imponit; cùm id gignat Africa, vituli potiùs cervíve quadam ſimilitudine. Septentrio fert & equorum greges ferorum; ſicut aſinorum Aſia & Africa.* Julius Solinus, in omni ſeptẽtrionali plagâ, *Biſontes* frequentiſſimos, *Uros*, quos imperitum vulgus *Bubalos* vocat, *Alces*, & alia fera animalia eſſe quoque, ſcribit. *Oceanus* præterea *Pruſſios* allúens, & æſtuoſus, *ſuccinum* velut tributum donat: de quo mox. De *Boruſſiæ* antiquitatibus exſtat libellus Eraſmi Stellæ Libonothani.

Gothones, antiqui Pruſſiæ cultores, *trans*, hoc eſt ultra *Lygios* (inquit Cornelius) *regnãt*, ſuum habẽt imperium, ditionẽ, & Principes *Romanis addictiores, quàm cætera Germanorum gentes*. forſan quòd à Druſo Germanico oppugnati fuerint: ibi enim claſſibus rem egiſſe, Plinius lib. 37. cap. 3. hiſt. mundi, refert. aut à Domitiano Cæſare, in expeditione contra Sarmatas (cujus meminit Suetonius Tuãquillus.

ſius) bello petiti, Romanaq; arma experti, de priſtinâ ferociâ ac rebellione remiſerunt aliquid; de Germanâ & gentilitiâ libertate nihil. Fuerunt autem *Gothones*, inſularium Gothorum parentes aut ſoboles; velut aliâs memini.

RUGII, Septentrionales Germaniæ populi, ad Oceanum ſiti, incoluerunt haud dubiè eam inſulam, quæ etiamnum ab illis *Rugilandia* dicitur; in mari Germanico, ex objectu Pomeraniæ & Suevi fluminis, ubi in mare emittitur, poſita. Terra ferax frugum, animaliũ, piſcium; divitem halecum præſtãs piſcaturam. Urbs in ea fuit *Arcon*, gentis caput, in arduo ſita promontorio: & altera, *Karentiæ* vocabulo: quarum excidium Saxo Grammaticus, libro 14. hiſtoriæ Danicæ, narrat. Hi *Rugi* in *Pannoniam* primùm migrârunt: indè ſub Zenone Iſaurico Aug. circiter Dominicæ incarnationis annum CCCCLXXX. duce Odoacro, *Italiam* vaſtârunt; Romam XIIII. annis tenuerunt: *Odoacrum Rugum*, Theodoricus Oſtrogothorum rex interemit. Cujus rei meminit Sidonius Apollinaris, Avernorum Epiſcopus, Zenonis imperio ſcribens:

—— Pugnacem Rugum, comitante Gelono,
Gepida trux ſequitur. ——

Et alibi:

Bellonotus, Rugus, Burgundio, Veſus, Alites.

Hujus *Rugilandiæ* titulum, hodie Principes Marchiæ Brandenburgẽſis, Mechelburgenſes, & Pomeraniæ, ſibi vendicant. Ptolemæus lib. 2. cap. 11. *Rugii* civitatis meminit; quæ *Caminum* cenſetur: epiſcopalis eſt, in *Pomeraniâ*, ad Viadi, id eſt, Oderæ exitũ. De *Rugiis* ſcripſerunt plura, Jornandes, Paulus Diaconus, Abbas Urſpergenſis. Videntur *Rugii* à quiete & quieſcendo, habere nomen: nam Rugen eſt quieſcere; & Rug/quies.

Rugiorum etymum.

LEMOVII, Rugiis finitimi, & Oceani accolæ, *Pomeraniæ* cultores fuiſſe videntur. Eſt autẽ POMERANIA ſeu *Pomeria*, ultra Viadum ſeu Gutalum, id eſt, Oderam, *orientalis Saxoniæ ducatus*: terra frumenti ferax; vini indiga, cereviſiâ affluens: *Oderâ*, (Saxo Sialandicus *Oddoram* vocat) *Pani* vel *Pœno*, *Zueno* ſeu *Zvvinâ*, (quem *Suevum* appellatum putant) & *Divinoviâ*, fluminibus irrigua: oppidis egregiis exculta, quæ ſunt; *Viſmaria*, *Sunnonia* ſeu *Sundis*, (quæ *Marionis altera* cenſetur, ex Ptolemæi deſcriptione) *Gripeſvvaldum*, (à Ptolemæo *Viritium*, juxta conjecturam appellata) *Stetinum*, (unde Principibus nomen) *Roſtochium*, (Ptolemæo *Laciburgium*; non procul ab Suevi oſtio, in ducatu

Pomeraniæ deſcriptio.

tu Mechelburgenſi: (in quo liberalium artium florens fuit Academia) *Caminum* pontificalis civitas, *Julinum*, *VVologaſtum*, *Demynum*, *Tributum Cæſaris*, (vulgò *Tribuzes*) *Rebelho*, (id eſt, *Robel*) *Bolgrade*, *Grotzvvina*, *Stolpe*, *Colbergum*, *Lauenburgum*, *Tangermunda*, *Sternibergum*, *Golnavia*, *Stargardia*, *Tanclem*, *Ancgelheym*. Apud *Caminum* inſula eſt, *Criſtoa*. Sunt etiam magni lacus, quos *Panis* & *Suevus* & *Odera* amnes conficiunt. Inſula ibi eſt ad *VVinetam* (urbis nomen fuit) & *Oderæ* oſtia, quæ tribus alluitur fretis: quorum ajunt unum eſſe viridiſſimæ ſpeciei; alterum, ſubalbidæ; tertium, motu furibundo perpetuis ſæviens tempeſtatibus. Hæc Pomerania nobis peperit inſignem ac ſincerum illum Theologum, *D. Joannem Bugenhagium*, paſſim ęditis in ſacras literas voluminibus cognitum. *Ioannes Bugenhagius.*

Multa *de Pomeranis*, Saxo Grammaticus libro 14. hiſtoriæ Danorum, & Albertus Crantzius ſecundo Vandaliæ, memoriæ prodiderunt. Fieri potuit, ut ab *Lemoviis* progreſſi ſint *Livones* ſeu *Livonii*, poſtremi Germanorũ, ad littus *Venedicũ*, ad parallelũ *Scandinaviæ* inſulæ, quæ *Gothlandia* dicitur, habitantes: quos tamen ab *Eſtuis* mallem derivare. vocabulo vulgari, nonnihil ſuffra-

neq; ingenuum, ne libertinum quidem, armis præponere, regia utilitas eſt.

SUIONES ac SITIONES, in Oceano Germanico ſiti, Suevorum gentes quoque fuêre: videri poſſunt, quos noſtra ætas *Suedos* aut *Suecos* vocat; & regio ipſorum *Suecia.* Paruit *Regi Danorum.* habet plures auri atq; argenti, æris, plumbi, cupri ac ferri, mineras. A *Suevis* originem traxiſſe narrantur; qui mare accoluerunt, & inſulas ingreſſi, ſedes in eis collocârunt. Mihi, dum Lipſiæ celebri gymnaſio agerem, non ſemel retulit ejus inſulæ indigena, qui Latinas literas callebat egregiè, & converſabatur familiariter; populares ſuos jactare Suevicam originem. In *Sueciâ* gens eſt armis potens, montes valleſq; inſidens: unde & vocabulum. *Dalekarli* dicuntur compoſitâ voce. *Dale,* vallem ſignificat Germanâ Gothicâque linguâ; quomodo *Coperdalia,* id eſt, cupri vallis: *Karle* viros qui præſenti animi vigore præſtant. Unde etiam *Carolorum* nomen. Eginhartus, qui Caroli Magni vitam conſcripſit, *Sueones* recentiori vocabulo *Nortmannos* oſtendit appellari, quum ait: *Sinus quidam ab Oceano orientem verſus porrigitur, longitudinis quidem incompertæ; latitudinis verò, quæ nuſquam centum*

millia paſſuum excedat, cùm in multis locis contractior inveniatur. Hunc multæ circumſident nationes: Dani ſiquidem & Sueones, quos Nortmannos vocamus, & ſeptentrionale littus, & omnes in eo inſulas tenent. Subſcribit Helmodus Lubicenſis, qui ſub Friderícho Primo, Sclavorum Teutonicorum res conſcripſit, his verbis: *Hoc mare multi circumſedent gentes atq; nationes: Dani ſiquidẽ & Sueones, quos Nortmannos vocamus, ſeptentrionale littus, & omnes in eo cõtinent inſulas.* Multa de illis Saxo Grammaticus, in hiſtoriâ Danorum; & qui nuper ſcripſit, Jacobus Ziegler Landavus. *Nortmãni* namq; *Danorum* pars fuêre, Oceani accolæ, Cimbricæq; Cherſoneſi habitatores: ſic appellati, quòd ſeptentrionales homines eſſent. Nam Nort linguâ germanicâ ſeptentrionẽ ſignificat; & Mañ virum. Septentrionalem enim cardinem ſpectantes gentes ac trãsalbiani, in univerſum *Nortmanni* eâ tempeſtate vocitati videntur: à quàmplurimis *Scythæ* nuncupati. Non deſunt, qui *Nortvegios*, qui & ipſi ſub imperio ſunt Danorum, *Nortmannos* dictos referant. Ii deinceps Galliam ultra Sequanam occupârunt, & ei regioni *Nortmaniæ* nomen indiderunt.

Nortmanni fuerunt Dani.

Nortmania in Galliâ.

Quum ſub initium Oceani inſulas deſcriberemus, etiam *Sueciæ* ac *Norvegiæ* meminimus.

nimus. Hæ maris inſulæ, quarū *Scandia* præcipua eſt, admodum fœcundæ populorum parentes fuêre: in Germaniam innumeras emiſerunt gentes; *Vandalos, Gepidas, Getas, Gothos*, (ex quib. *Gothinos* & *Gothones* prognatos ſuſpicor) *Langobardos, Hunos, Herulos, Rugios*, aliasque; quas Sidonius Apollinaris his verſibus comprehendit:

Scandia inſinitas gentes extruſit.

Bellonotus, Neurus, Hunus, Geta, Dacus, Alanus,
Biſulta, Oſtrogothus, Procruſtes, Veſus, Alites.

Abbas Urſpergenſis in ſuo Chronico, in Gothorū hiſtoriâ, ita prodidit: *Ex hac*, inquit, *Scanziâ inſulâ, quam alii Scandinaviam dicunt, quaſi officinâ gentium, aut certè velut è vaginâ nationum, diverſæ nationes egreſſæ ſunt: Dani, Daci, Heruli, Rugi, Turcilingi, VVandali, VVinili, qui & Longobardi, & hi qui poſtea Burgundiones dicti ſunt, & aliæ multæ barbaræ nationes.* Idem paulò pòſt, in hiſtoriâ Langobardorum: *Septentrionalis plaga, quantò longiùs eſt ab ardore ſolis, & frigida de aſſiduis nivibus; tantò ſeniores homines ſemper habet, & eò aptior eſt ad multiplicandas gentes. Unde fit, ut tanta multitudo populorum in eâ parte naſcatur, quæ ibi vivere non poſſit; ſed in partem meridianam alii precio vendantur, alii*

ſponte egrediantur. Quâ de re, ut in hiſtoria Gothorum dictum eſt, multæ gentes ex eiſdem partibus exierunt: Gothi, Gepidæ, Rugi, Vandali, Heruli, Turcilingi, Huni, qui & Avares; ſimiliter & VVinili, qui & Langobardi, &c. Poteris itaque per *Suionum* civitates, ipſas inſulas in Germanico Oceano ſitas, intelligere: *Danomarchiam, Sueciam, Norvegiam, Gothiam*, ac reliquas, quarum vocabula jam antea dedimus; quæ longiſſimo terrarum tractu, ab ortu in occaſum excurrunt.

Claſſibus valent.) Plinius lib. 16. cap. 40. hiſtoriæ mundi, tradit; *Germaniæ prædones ſingulis arboribus cavatis navigare, quarum quædam & triginta homines ferant. Gronlandiæ* cultores hodie ſcorteis & ſubtilibus navigiis utuntur, tutis à quaſſatione maris & ſcopulorum. *Lapones* navigiis utuntur, nullis clavis; ſed nervis & viminibus compaginatis.

Non precario jure.) *Precarium jus* dicitur, quod precibus obtinetur. ſicut apud Juriſconſultos titulus eſt *de precario*, ubi ſic inquit Ulpianus: *Precarium eſt, quod precibus petenti utendum conceditur, tamdiu quàm is, qui conceſſit, patitur.* Et apud Quintum Curtium Alexander ait: *Mori præſtat, quàm Imperatorem precariò eſſe.* Livius libro 9. decade 4. *Apud Achæos precaria libertas; apud Romanos*

manos etiam imperium eſt. Tacitus Annalium 20, *Precarium ſeni imperiũ, & brevi trãſiturum.*

Trans Suionas aliud mare, pigrum, ac propè immotum; quo cingi claudiq́ue terrarum orbem, hinc fides: quòd extremus cadentis jam ſolis fulgor in ortus edurat, adeò clarus, ut ſydera hebetet. Sonum inſuper emergentis audiri; formasq́ue deorum, & radios capitis aſpici, perſuaſio adjicit. Illuc usq́ue, & fama vera, tantùm natura.

Exigit præſens locus, ut de *Oceano* noſtro paucula repetamus: qui generali vocabulo *Germanicus*, à vicinâ, quam alluit, Germaniâ, appellatur. Hic ab *occidentali Oceano*, qui *Gallicus & Britanicus* Plinio, libro 4. cap. 19. appellatur, in orientem, Sarmatiam usque porrigitur; & à novis accolis nomenclaturam invenit. *Septentrionale*, *arctoum* Ptolemæo libro 2. *aquilonare*, *boreale mare*, à ſeptentrionali plagâ, in quâ poſitum eſt, nuncupatur. A Cimbris, vetuſtis accolis, Cimbricæ Cherſoneſi habitatoribus, *Cimbricum*, Claudiano in Stilicone: *Oceani Germanici appellationes.*

——Nec Cimbrica Tethis
Diviſum bifido conſumit ſæpe meatu.

Cui Conradus Celtis ſubſcribit, in generali deſcriptione Germaniæ, de Albi canens:

Tandem & Cimbriacum vagus exoneratur in
æquor,
A Cimbris quod nomen habet; ubi proxima
Dacis
Cherſoneſus adeſt, rigidum porrecta ſub axem.

A Baltiâ peninſulâ, quę tria continet aquilonis regna, Daniam, Suetiam ac Norvegiam, (cujus apud Plinium libro 4. cap. 13. exſtat memoria) *Balticum* mare. Conradus Celtis in Odis, lib. 3. à latratu illi nomen vendicat; quòd fluctuum & æſtuum colliſio latratum ædat; his verbis:

Baltheus dictus ſinus à latratu,
Clauſerat noſtrum glacialis orbem.

Hujus motus cauſam Aulus Gellius, noctium Atticarum libro 2. cap. ult. oſtendit. *quòd cauſa*, inquit, *motus eſt: venti ſeptentrionis, ex altiore cœli parte in mare decidentes, deorſum in aquarum profunda quaſi præcipites deferuntur, undasq; faciunt non prorſus impulſas, ſed vi intus commotas; quæ tantiſper erutæ volvuntur, dum illius infuſi deſuper ſpiritus & vis manet.* A ſinu Codano, cujus tum apud Pomp. Melam, tum apud Plinium lib. 4. cap. 13. mentio, *Codoneum*. Conradus Celtis:

Sed

Sed mare Codoneum, Germano & nomine dictus
Oceanus, fines poſuit natura ſub Arcton;
Quos ultra tria regna manent, gelidusq́; Britannus.

Idem Celtis, à Gothis *Codoneum* mare, & *Gedonum* urbem, quæ nunc *Dantiſcum* cognominata, canit libro 1. elegiâ 15.

Sed quondam Gedonum, Gothorum à nomine dictum;
Hincq́; ſinus Codanus nomina clarus habet.

A Suevis, *Suevicum* mox Tacitus vocat: qui etiam in Julii Agricolæ vitâ *Suevos mare navigáſſe* refert. *Vandalicum*, à Vandalis; *Scythicum*, à Scythis; *Sarmaticum*, à Sarmatis: à Barbaris populis, (ita Romani peregrinos dixêre) *Barbarum: Sueticum*, à Suedis inſularibus: *Rigenſe*, à Rugiis; *Pomeranicum*, à Pomeranis. Vernaculâ appellatione Das Teutſch meer / Die Oſterſee; Die Nordſee/ ab ſeptentrione; vel ſimpliciter die See/ quod nominis ſtagnũ ſignificat: (unde maritimæ ſeu ſtagnales urbes, die Seeſtätt appellãtur) d Balt/ Otteſũnd/ Orſund/ Gronſund/ Nordſund/ Streleſund/ (à faucibus nomina hęc) Oſterſalt/ (i.e. ſin⁹ oriẽtalis) Jobſtmeer/ im Strãd. De hoc Oceano Pomponi⁹ Mela

libro 3. in hunc modum ſcripſit: *Super Albim Codanus, ingens ſinus, magnis parvisq; inſulis refertus eſt: acre mare, quod gremio littorum accipitur; nusquam late patet, nec usquam mari ſimile: verùm aquis paſſim interfluentibus, ac ſæpe transgreſſis, vagum atque diffuſum, facie amnium ſpargitur: quà littora attingit, ripis contentum inſularum, non longè diſtantibus, & ubique penè tantundem, ut anguſtum & par freto, curvansq; ſubindè ſe longo ſupercilio inflexum eſt. In eo ſunt Cimbri & Teutoni; ultrà ultimi Germaniæ Hermiones.* Hic Codanus ſinus nobis *Haleces* largitur: ideo quidam hunc den Heringſee cognominaverunt.

Trans Suiones, inquit Cornelius, id eſt, poſt Norvegiam, *aliud mare, pigrum*, hoc eſt, glaciale. de quo Plinius in hunc modum ſcripſit, libro 4. capite 13. hiſt. mundi: *Septentrionalis Oceanus, Amalchium eum Hecatæus appellat, à Paropaniſo amne, quà Scythiam alluit: quod nomen ejus gentis linguâ ſignificat, congelatum. Philemon Morimaruſam à Cimbris vocari, hoc eſt, mortuum mare: indè usq; ad promontorium Rubeas. Ultrà deinde, Cronium.* Aulus Gell. lib. 17. cap. 8. noct. attic. *Scythicum mare gelu ſtringi & cōſiſtere*, narrat. Græci ſcriptores hunc Oceanum, qui in extimo ſeptentrione, ob immēſum ejus cœli gelu, perpetuâ glacie

obductus

obductus videbatur, *Cronium*, id eſt, *Saturnium*, & *frigidum* appellârunt. Ipſum *pigram ac propè immotum*, Tacitus vocat. Huc facit, quod idem Tacitus, in Julii Agricolæ vitâ, Britaniam deſcribens, memorat; *Hanc oram*, inquit, *noviſſimi maris, tunc primum Romana claſſis circumvecta, inſulam eſſe Britaniam affirmavit, ac ſimul incognitas ad id tempus inſulas, quas Orcadas vocant, invenit domuitq;. Diſpecta eſt & Thyle, quam hactenus nix & hyems abdebat. Sed mare pigrum & grave remigantibus perhibent; ne ventis quidem proinde attolli: credo quòd rariores terræ monteſq;, cauſa ac materia tempeſtatum, & profunda moles continui maris, tardiùs impellitur. Naturam Oceani atque æſtus, neq; quærere hujus operis eſt; ac multi retulêre. Unum addiderim; nuſquam latiùs dominari mare; multum fluminum huc atq; illuc ferre; nec littore tenus accreſcere aut reſorberi; ſed influere penitus atq; ambire, etiam jugis atq; montib. inſert velut in ſuo.* Mox: *Dierum ſpatia ultra noſtri orbis menſuram, & nox clara, & extremâ Britanniæ parte brevis: ut finem atq; initium lucis exiguo diſcrimine internoſcas. Quòd ſi nubes non officiat, aſpici per noctem ſolis fulgorem; nec occidere & exſurgere, ſed tranſire affirmant: ſcilicet extrema & plana terrarum humili umbrâ non erigunt tenebras, infráque cœlum & ſydera nox cadit.*

Solinus Polyhiſtor ſubſcribit, cap. 35. *Multæ aliæ circa Britanniam inſulæ, è quibus Thyle ultima: in quâ æſtivo ſolſtitio, ſole de Cancri ſydere faciente tranſitum, nox penè nulla: brumali ſolſtitio, dies adeò conductus, ut ortus juncti ſint & occaſus. Ultra Thylen accepimus pigrum eſſe & concretum mare.* Hanc inſulam hodie *Islandiam*, id eſt, glacialem terram dicunt. ſita eſt inter *Danomarchiam* & *Nortvegiam*. Poſſidonius quoque, referente Strabone libro 3. vulgò dici tradidit: *Solem in finitimis Oceani littoribus multò majorem occidere, ingenti cum ſtrepitu; perinde ac eo in profundum incidente, in illo reſtinguendo pelagus efferveſcat.* Abbas Urſpergenſis, in chronico ſuo opere, Gothorum hiſtoriam recitans, *In Scanziâ inſulâ*, inquit, *multæ & diverſæ manent nationes: quarum ſeptem commemorat Ptolemæus. ex quibus una dicta Adogit, in arctoâ parte ejusdem inſulæ conſiſtit: quæ in mediâ æſtate quadraginta diebus & noctibus lucem continuam fertur habere; itemq; brumali tempore, eodem dierum noctiumq; numero, alternato mœrore cum gaudio, claram lucem neſcire. Et hoc indè venit, quia prolixioribus diebus, per axis marginem ſolem vident redeuntem ad orientem: brevioribus verò non ſic apud illos conſpicitur, ut Auſtrales conſpicere cenſuerunt. Nobis enim videtur ſol*

ab

ab imo ſurgere; illis verò, marginem circuire. Nec hoc alicui incredibile videatur: quia Plinius, ſecularium eruditiſſimus literarum, libro 2. capite 77. & libro 4. capite decimoſexto, eodem modo fieri in inſulâ Thyle teſtatur, circa ſolſtitium æſtivale, & brumale, aliquibus tantùm diebus. Quod & venerabilis Beda comprobat; dicens, ſibi dictum fuiſſe à quibusdam clericis, qui in eâdem inſulâ fuerunt, à Kalend. Februar. usque ad Kal. Aug. quòd in diebus circa æſtivale ſolſtitium, in veſpertinâ horâ abſcondat ſe ſol occidens, quaſi poſt parvulum tumulum, ita, ut in minimo illo ſpatio nihil fiat tenebrarum; ſed quicquid homo operari voluerit, tanquam in præſentiâ ſolis poſſit: & ſi in altitudine montium ejusdem terræ fuiſſent, forſitan ſol nunquam eis latuiſſet. In medio autem ſpatio illius minimi temporis, media nox fit in medio terrarum orbis. Claudius Niger Mathematicus teſtatur, ad Septentrionalem *Norvegiæ* partem, juxta promontorium Yſenecf / diem vigintiquatuor horis lucere. Jacobus Ziegler Landavus, eadem prodit in Schondiâ ſuâ.

Formasq; deorum.) Cornelius Tacitus libro 2. annalium refert; *Germanici Cæſaris milites, Germanico pelago deviâſſe, & varia rerũ miracula in mari vidiſſe: vim ſcilicet turbinũ, & inauditas volucres, mõſtra maris, ambiguas hominũ* *Mira maris Germanici.*

& belluarum formas. Picus quinetiam Mirandulanus, lib. 4. de ſuperſtitioſâ prænotione, capite 8. *In Norvegiâ inſulâ, ad Oceanum Germanicum, umbras hominibus ſæpe occurſare* ſcripſit, *& ſigno crucis inde effugere.* Quod etiam Claudianus lib. 1. ad Ruffinum innuit:

Eſt locus, extremum pandit quà Gallia littus,
Oceani prætentus aquis, quò fertur Ulyſſes
Sanguine libato populum moviſſe ſilentum.
Illic umbrarum tenui ſtridore volantum
Flebilis auditur queſtus; ſimulacra coloni
Pallida, defunctasq; vident migrare figuras.

Claudiano ſubſcribit noſter Conradus Celtis, poëta Germanus; qui decem annis luſtravit totam Germaniam, & has terras ſimul adiit, lib. 4. Amorum, eleg. 14.

Eſt locus, arctoo quo ſe Germania tractu
Claudit, & in rigidis Thyle ubi ſurgit aquis;
Quam juxta infames ſcopuli, & petroſa vorago
Aſperat undiſonis ſaxa pudenda vadis.
Orcades hos memorant dictos à nomine Græco,
Atq; has perjuris exilia eſſe deis:
Accola mutato quos dicit nomine Drollos,
Aëre quòd craſſo corpora habere ſolent.
Nec mihi vana fides: variis errare figuris
Idola ad hos ſcopulos vidimus horriſonos.

Illa

Illa miniſteriis hominum ſe jungere gaudent,
Officiisq́, ſuis tecta marina petunt:
Sedpoſtquam verbis factisve injuria læſit,
Aufugiunt, homini & ſæpe nocere ſolent:
Nunc adimunt remos, mergunt nunc æquore naves,
Anchora humi fixa eſt ſæpe ſoluta mari:
Tempeſtaśq́, ferox his ſæpe atrociter orta eſt,
Egit & in ſcopulos & fera ſaxa maris.

Ergo jam dextro Suevici maris littore Aeſtyorum gentes alluuntur; quibus ritus habitusq́, Suevorum; lingua Britannicæ propior. Matrem deûm venerantur. inſigne ſuperſtitionis, formas Aprorum geſtant. Id pro armis omniumq́, tutelâ; ſecurum deæ cultorem etiam inter hoſtes præſtat. Rarus ferri; frequens fuſtium uſus. Frumenta cæterosq́, fructus patientiùs, quàm pro ſolitâ Germanorum inertiâ, laborant. Sed & mare ſcrutantur: ac ſoli omnium ſuccinum, quod ipſi Gleſum vocant, inter vada atq; in ipſo littore legunt. Nec quæ natura, quæve ratio gignat, ut Barbaris, quæſitum compertúmve. diu quinetiam inter cætera ejectamenta ma-

& belluarum formas. Picus quinetiam Mirandulanus, lib. 4. de ſuperſtitioſâ prænotione, capite 8. *In Norvegiâ inſulâ, ad Oceanum Germanicum, umbras hominibus ſæpe occurſare* ſcripſit, *& ſigno crucis indè effugere.* Quod etiam Claudianus lib. 1. ad Ruffinum innuit:

Eſt locus, extremum pandit quà Gallia littus,
Oceani prætentus aquis, quò fertur Ulyſſes
Sanguine libato populum moviſſe ſilentum:
Illic umbrarum tenui ſtridore volantum
Flebilis auditur queſtus; ſimulacra coloni
Pallida, defunctaſq; vident migrare figuras.

Claudiano ſubſcribit noſter Conradus Celtis, poëta Germanus, qui decem annis luſtravit totam Germaniam, & has terras ſimul adiit, lib. 4. Amorum, eleg. 14.

Eſt locus, arctoo quo ſe Germania tractu
Claudit, & in rigidis Thyle ubi ſurgit aquis;
Quam juxta infames ſcopuli, & petroſa vorago
Aſperat undiſonis ſaxa pudenda vadis.
Orcades hos memorant dictos à nomine Græco,
Atq; has perjuris exilia eſſe deis:
Accola mutato quos dicit nomine Drollos,
Aëre quòd craſſo corpora habere ſolent.
Nec mihi vana fides: variis errare figuris
Idola ad hos ſcopulos vidimus horriſonos.

Illa

Illa miniſteriis hominum ſe jungere gaudent,
Officiisq́, ſuis tecta marina petunt:
Sed poſtquam verbis factisve injuria læſit,
Aufugiunt, homini & ſæpe nocere ſolent:
Nunc adimunt remos, mergunt nunc æquore naves,
Anchora humi fixa eſt ſæpe ſoluta mari:
Tempeſtasq́, ferox his ſæpe atrociter orta eſt,
Egit & in ſcopulos & fera ſaxa maris.

Ergo jam dextro Suevici maris littore Aeſtyorum gentes alluuntur: quibus ritus habitusq́, Suevorum; lingua Britannicæ propior. Matrem deûm venerantur. inſigne ſuperſtitionis, formas Aprorum geſtant. Id pro armis omniumq́, tutelâ; ſecurum deæ cultorem etiam inter hoſtes præſtat. Rarus ferri; frequens fuſtium uſus. Frumenta cæterosq́, fructus patientiùs, quàm pro ſolitâ Germanorum inertiâ, laborant. Sed & mare ſcrutantur: ac ſoli omnium ſuccinum, quod ipſi Gleſum vocant, inter vada atq; in ipſo littore legunt. Nec quæ natura, quæve ratio gignat, ut Barbaris, quæſitum compertúmve. diu quinetiam inter cætera ejectamenta ma-

ris jacebat; donec luxuria noſtra dedit nomen. ipſis in nullo uſu, rude legitur; informe perfertur, preciumq́; mirantes accipiunt. Succum tamē arborum eſſe intelligas: quia terrena quædam, atq; etiam volucria animalia plerumq; interlucent; quæ implicata humore, mox dureſcente materiâ, cluduntur. Fæcundiora igitur nemora lucosq́;, ſicut Orientis ſecretis, ubi thura balſamaq́; ſudantur; ita Occidentis inſulis terrisq́; ineſſe crediderim, quæ vicini ſolis radiis expreſſa atq; liquentia, in proximū mare labuntur, ac vi tempeſtatum in adverſa littora exundant. Si naturam ſuccini admoto igne tentes, in modum tedæ accenditur, alitq́; flāmam pinguem & olentem: mox ut in picem reſinámve lenteſcit. Suionibus Sitonum gentes continuantur. Cætera ſimiles, uno differunt; quòd fœmina dominatur: in tantum non modò à libertate; ſed etiam à ſervitute degenerant. Hic Sueviæ finis.

Oceanus Germanicus, eâ parte quâ Pomeraniam atque Pruſſiam alluit, *Suevicum mare* fuit

fuit appellatus, à Suevis veteribus accolis, nam & *hic Suevia finem* ſtatuit Cornelius.

ÆSTYORUM autem tractum indubiè *Pruſſi* incolunt: argumento *ſuccini*, quod ſoli omnium Prutheni colligunt; velut in Gothonibus quoque memini: & Conradus Celtis, oculatus teſtis, indicat his carminibus:

Viſtula, Sarmaticis qui famoſiſſimus oris,
In Codanum trifidis effundens faucibus ora,
Hic ubi Pruthenoclara eſt Germania portu,
Et capit innumeras Codonea per æquora naves;
Quæ Gleſum ejiciunt, quod Succinus ore latino
Dicitur, & noſtris tantùm reperitur in oris.

Idem aliâs:

Quale ſub arctoo reperitur littore Gleſum,
Quod Codanus toto ſolus in orbe vomit.

Puto Eginhartum, in Caroli Magni vitâ, hos *Aiſtos* appellare, ſic ſcribentẽ: *Sinus quidam ab Oceano orientem versùs porrigitur, longitudinis quidem incompertæ; latitudinis verò quæ nuſquam centum millia paſſuum excedat, cùm in multis locis contractior inveniatur. Hunc multi circumſedent nationes, Dani ſiqidem & Sueones, quos Nortmannos vocamus, & ſeptentrionale littus, & omnes in eo inſulas tenent. At littus auſtrale Sclavi, & Aiſti, & aliæ diverſæ incolunt nationes.* Corruptam hîc Taciti lectionẽ Beatus Rhenanus reſtituit: *Repoſuimus*, inquiens, *Æſty-*

orum gentes. Apparet enim, in archetypo fuiſſe, Æſtuorum, pro Æſtyorum: ex quo alius fecerit, Eſtuorum. nam u pro y veteres librarii ponebant. hactenus ille. Si verò archetypus habuit *Eſtuos*; auſim iurare, *Eyſlandios* ab illis nuncupatos, vocabulo paululum variato. nam quantam cladem atque jacturam, ſuperioribus ſeculis in Germanicis vocabulis acceperit Germania, nemo facilè explicaverit. Hi populi etiam *Sudini* dicuntur; & eorum regiuncula *Sudinia*, Pruſſiæ cohærens, in quâ Soldaw oppidum: forſan à meridionali vento, qui linguâ Germanicâ Sud appellatur, quòd ad latus dextrum Suevici maris auſtrum versùs poſita ſit, cognominata. Ptol. lib. 3. cap. 5. *Sudinos* in Sarmatiâ ad Venedicos montes collocat.

Æſtyis, ait noſter, *ritus habitusq; Suevorũ: lingua Britannicæ propior*: propterea quòd ultra mare, & in ipſo quoque mari, *Britannia* ſita ſit; authore eodem Tacito, in vitâ Julii Agricolæ, ubi ait: *Britannia, inſularum, quas Romana notitia complectitur, maximo ſpatio ac cælo, in orientem Germaniæ; in occidentem Hiſpaniæ obtenditur: Gallis in meridiem etiam inſpicitur: Septentrionalia ejus, nullis contrà terris, vaſto atq; aperto mari pulſantur. Habitus corporum varii: atq; ex eo argumenta. namq; rutilæ Caledoniam*

doniam habitantium coma, magni artus, Germanicam originem aſſeverant. Sermo haud multùm diverſus à Gallorum.

Matrem deûm.) Id eſt, *Cybelem*, vel *Terram* omnium parentem; quemadmodum in Hertho explicavimus.

Formas aprorum.) Plutarchus, in Marii vitâ, de Cimbris ſcribit; *quòd equites ipſorum galeas, ornatas horrendis hiantium animaliũ formis, ſecum in prælium tulerint.* Et Tacitus annalium 20. *Inde depromtæ ſylvis jugiſq; ferarũ imagines, ut cuique genti mire prælium mos eſt.*

Pro ſolitâ Germanorum inertiâ.) Nam ſuprà dixit: *Nec arare terram, aut exſpectare annum, tam facilè perſuaſeris; quàm vocare hoſtes, & vulnera mereri. pigrum quinimò & iners videtur, ſudore acquirere, quod poſſis ſanguine parare.* Et mox: *Ipſi habent miram diverſitatem naturæ: cùm iidem homines ſic ament inertiam, & oderint quietem.*

Soli omnium ſuccinum.) *Electrum*, quod & *Succinum*, veteres Germani *Gleſum* ob nitorem, quòd inſtar vitri pelluceat, dixêre. quam vocem vernaculus Germanorum ſermo etiámnum retinet: vitrum enim Glas & Gleſer appellamus; & *Gleſtum* atque Glaſier omnem materiam, quæ igne colliquata,

nitorem levoremq; fictilibus ſuperinducit quomodo ein glaſierten Topff oder Hafen/ ein glaſierten Krug dicimus, id eſt, ollam aut amphoram in hunc modum figulinâ arte coctam. Ipſum *Succinum* Æſtyi, hoc eſt, Pruſſi, in littore Suevici maris colligunt, juxta *Dantiſcũ*, an dem Strand, (ſic Oceani littus dicunt) am Jobſtmeer, & eum locum qui Germaw vocatur. Pruſſii Bornſtein, quòd accenſum ardeat: nos mediterranei Augſtein nũcupamus, id eſt, ocularem lapidem; quòd oculis proſit plurimùm. Quæ verò de Succino Plinius atque alii prodiderunt, non pigebit adnotare: nam hæc Succini naturam & Tacitum explicabunt. Plinius lib. 4. cap. 13. inſulas Oceani memorans: *Inſulæ complures,* inquit, *ſine nominibus eo ſitu traduntur: ex quibus ante Scythiam, quæ appellatur Phinnonia,* (alius legit *Pannonia*) *unam abeſſe à Scythiâ diei curſu, in quam veris temperie fluctibus electrum ejiciatur, Timæus prodidit.* Et mox: *Earum nobiliſſima: Byrchana, Fabaria à noſtris dicta, à frugis ſimilitudine ſponte provenientis: item Gleſſaria, à ſuccino militia appellata, à Barbaris Auſtrania, præterq; Actania.* Idem mox cap. 16. *Ab adverſo in Germanicum mare ſparſæ Gleſſariæ: quas Electridas Græci recentiores appellavêre, quòd ibi*

Succinum ubi reperiatur.

ubi electrum naſceretur. Idem libro 37. cap. 2. *Pytheas tribuit Guttonibus, Germaniæ genti accolis, æſtuarium, Mentonomon nomine, ab Oceano ſpatio ſtadiorum ſex millium: ab hoc diei navigatione inſulam abeſſe Abalum: illò verò fluctibus advehi, & eſſe concreti maris purgamentum. Incolas pro ligno ad ignem uti eo, proximisq; Teutonis vendere. Huic & Timæus credidit; ſed inſulam Baſiliam vocavit: quam Xenophon Lampſacenus Baltiam. Philemon negavit, flammam ab electro reddi. Nicias ſolis radiorum ſuccum intelligi voluit. Hos circa occaſum credit vehementiores in terram actos, pinguem ſudorem in eâ parte Oceani relinquere: deinde æſtatibus in Germanorum littora ejici. Mithridates, in Germaniæ littoribus eſſe inſulam, vocariq; eam Cedron,* (ſive, ut alia habet lectio, *Oſeriĉtam*) *cedri genere ſylvoſam: indè defluere in petras*. Idem capite 3. libro 37. *Certum eſt, gigni in inſulis Septentrionalis Oceani, & à Germanis appellari Gleſſum: itaque & à noſtris unam inſularum ob id Gleſſariam appellatam, Germanico Cæſare omnes Germaniæ oras ſcrutante, & ibi claſſibus rem gerente: Auſtraniam à Barbaris dictam. Naſcitur autem, defluente medullâ pinei generis arboribus; ut gummi in ceraſis, reſina pineis: erumpit humoris abundantiâ; denſatur rigore vel tepore autumnali,* Succinum quomodo naſcatur.

Cùm intumeſcens æſtus rapuit ex inſulis, certè a littora expellitur; ita volubile, ut pendêre videatur, atq; conſidere in vado. Quod arboris ſuccum eſſe priſci noſtri credidêre: ob id Succinum appellantes. Pineæ autem arboris eſſe, indicio eſt pineus in attritu odor; & quòd accenſum tedæ modo ac nidore flagret. Affertur à Germanis in Pannoniam maximè provinciam. Indè Veneti primùm, quos Græci Henetos vocant, rei famam fecêre, proximi Pannoniæ; id accipiẽtes circa mare Hadriaticum. Centum ferè millia paſſuum abeſt à Carnunto littus Pannoniæ, quo id à Germaniâ invehitur, percognitum nuper. Vidit enim eques Romanus, miſſus ad id comparandum à Juliano, curante gladiatorium munus Neronis Principis, qui hæc commercia & littora peragravit: tantâ copiâ invectâ, ut retia, arcendis feris podium protegentia, ſuccinis nodarentur; arma verò & libitina, totuſq; unius diei apparatus eſſet è ſuccino. Maximum pondus is glebæ attulit XIII. librarum. Liquidum primò deſtillare, argumento ſunt quædam intus tranſlucentia; ut formicæ aut culices, lacertæq;, quas adhæſiſſe muſteo, non eſt dubium, & incluſas indureſcenti. Genera ejus plura. candida odoris præſtantiſſimi. Sed nec his, nec tetris precium. Fulvis major authoritas. Ex his etiámnum amplior trãſlucentibus; præterquam ſi nimio ardore flagrent: imaginemq; igneam ineſſe, non ignem, placet. Summa

ma laus Phalernis, à vini colore dictis, molli fulgore perſpicuis. Sunt & in quibus decocti mellis lenitas placeat. Verùm hoc quoq; notum fieri oportet, quocunq; modo tingi libeat, hœdorum ſevo & anchuſæ radice: quippe etiam conchylio inficiuntur. Cæterùm attritu digitorum acceptâ vi caloris, attrahunt in ſe paleas & folia arida; ut magnes lapis ferrum. Ramenta quoq; ſuccini oleo addito flagrant dilucidiùs diutiusq;, quàm lini medulla. Taxatio in deliciis tanta, ut hominis quàmvis parva effigies, vivorum hominum vigētiumq; precia ſuperet; prorſus ut caſtigatio una non ſit ſatis. In ſuccinis deliciarum tantùm conſcientia. Domitius Nero in cæteris vitæ ſuæ portentis, capillos quoque conjugis ſuæ Poppeæ in hoc nomen adoptaverat, quodam etiam carmine ſuccinos appellando. Et quoniam nullis vitiis deſunt precioſa nomina, ex eo tertius hic quidem colos cœpit expeti à matronis. Uſus tamen ſuccinorum invenitur aliquis in medicinâ: ſed non ob hoc fœminis placent. Infantibus alligari, ámuleti ratione prodeſt. Calliſtratus & cuicunq; ætati contra lymphationes prodeſſe tradit: & urinæ difficultatibus, potum alligatumq;. Hic & differentiam novam attulit, appellando Chryſolectrum, quaſi coloris aurei, & matutino gratiſſimi aſpectus. Rapaciſſimum ignium, & ſi juxtà fuerint celerrimè ardeſcens. Hoc collo alligatum, mederi febribus & morbis: tritum cum

Succini uſus in medicinâ.

melle ac roſaceo, aurium vitiis: & ſi cum melle Attico cōteratur, oculorum quoq; obſcuritatibus: Stomachi etiam vitiis, vel per ſe farina ejus ſumta, vel cum maſtice ex aquâ pota. Succina etiam gemmis quæ ſunt translucidæ, adulterandis magnum habent locum; maximè amethyſtis: cùm omni, ut diximus, colore tingantur. Idem Plinius cap. 4. lib. 37. *Metrodorus Scepſius, in eâdem Germaniâ, in Baltiâ inſulâ naſci ſuccinum, quod equidem legerim, ſolus dicit; & præfert Arabicis.* Solinus Polyhiſtor eadem fermè ad verbum tranſcripſit, cap. 33. Et Divus Ambroſius, lib. 3. hexameron, cap. 15. *Quid tibi referam, quòd electrum lacryma virgulti ſit, & in tanta materiæ ſoliditate lacryma dureſcat? Nec levibus id adſeritur teſtimoniis: quando folia, aut ſurculorum minutiſſimæ portiones, aut exigua quædam animantium genera, in electro ſæpe reperiuntur; quæ videntur, cùm adhuc gutta eſſent, molliora accepiſſe, & ſolidata tenuiſſe.* Apud Martialem lib. 6. exſtat tetraſtichon, de formicâ electro incluſâ:

Dum Phaëtontæâ formica vagatur in umbrâ,
Implicuit tenuem ſuccina gutta feram.
Sic modò quæ fuerat vitâ contemta manente,
Funeribus facta eſt nunc precioſa ſuis.

Inter vada, atq; in ipſo littore legunt.) *Pruſſi*, quicquid mare ejecerit, in littore colligũt: nonnunquã hamo, velut piſciculos, capiunt:

Pruſſi colligunt ſuccina.

piunt: bifurcato baculo rete ſuffigunt, & piſcátur, quicquid fortuna ingeſſerit. Alienos, ſi idem tentârint, in crucem, tanquam fures, agunt.

Sicut orientis ſecretis.) Pomp. Mela lib. 3 *Arabia, cognomento Eudæmon, anguſta; verùm cinami & thuris, aliorumq́; odorũ maximè ferax.* Balſamũ uni terrarũ Judçæ conceſſum, ſcribit Plini⁹ lib. 12. c. 25. & lib. 16. c. 33. Strabo lib. 16. Cornelius Tacitus lib. 21. annaliũ, de Judæis agens; *Terra*, inquit, *fineśq;, quà ad Orientẽ vergunt, Arabiâ terminantur; à meridie, Ægyptus objacet; ab occaſu, Phœnices & mare; Septentrionẽ à latere Syriæ longè proſpectãt. Corpora hominũ ſalubria, & ferentia laborũ: rari imbres, uber ſolum. Exuberant fruges, noſtrum ad morem: præterq́; eas, Balſamum & Palmæ: palmetis proceritas & decor. Balſamum modica arbor: ut quiſq; ramus intumuit, ſi vim ferri adhibeas, pavent; venæ fragmine lapidis, aut teſtâ aperiuntur: humor in uſu medentium eſt.* De Balſamo hęc tradit Strabo, lib. 16. *Arbor eſt*, inquit, *aromatica & fruticoſa, cythiſo & terminthoperſimilis. ejus corticem ſcindentes, ſuccum in vaſis ſuſcipiunt, tenaci lacti perſimilem: ſuſceptus autem in conchis, coagulatur. Is capitis dolores, & ſuffuſiones oculorum incipientes, & hebetudinem mirificè ſolvit: quare precioſus eſt; eo præſertim, quòd hic ſolum na-* *Balſamum Syria profert.*

melle ac roſaceo, aurium vitiis: & ſi cum melle A- tico cõteratur, oculorum quoq; obſcuritatibus: S machi etiam vitiis, vel per ſe farina ejus ſumta, cum maſtice ex aquâ pota. Succina etiam gemi quæ ſunt translucidæ, adulterandis magnum l bent locum; maximè amethyſtis cùm omni, ut ximus, colore tingantur. Idem Plinius cap. 4. l 37. *Metrodorus Scepſius, in eâdem Germaniâ, Baltiâ inſulâ naſci ſuccinum, quod equidem leg rim, ſolus dicit; & præfert Arabicis.* Solinus Pol hiſtor eadem fermè ad verbum tranſſcripſ cap. 33. Et Divus Ambroſius, lib. 3. hexam ron, cap. 15. *Quid tibi referam, quòd electrum l cryma virgulti ſit, & in tanta materia ſoliditate l cryma dureſcat? Nec levibus id adſeritur teſti moniis: quando folia, aut ſurculorum minutiſſim portiones, aut exigua quædam animantium gen ra, in electro ſæpe reperiuntur; quæ videntur, cù adhuc gutta eſſent, molliora accepiſſe, & ſolidata t nuiſſe.* Apud Martialem lib. 6. exſtat tetr ſtichon, de formicâ electro incluſâ:

Dum Phaëtontæâ formica vagatur in umbr
Implicuit tenuem ſuccina gutta feram.
Sic modò quæ fuerat vitâ contemta mànente,
Funeribus facta eſt nunc precioſa ſuis.

Inter vada, atq; in ipſo littore legunt Pruſſii collìgunt ſuccina. *Pruſſii*, quicquid mare ejecerit, in littore co ligũt: nonnunquã hamo, velut piſciculos, c

piun

ſpiunt: bifurcato baculo rete ſuffigunt, & piſcátur, quicquid fortuna ingeſſerit. Alienos, ſi idem tentârint, in crucem, tanquam fures, agunt.

Sicut orientis ſecretis.) Pomp. Mela lib. 3 *Arabia, cognomento Eudæmon, anguſta; verùm cinami & thuris, aliorumq́; odorū maximè ferax.* Balſamū uni terrarū Judææ conceſſum, ſcribit Plini⁹ lib. 12. c. 25. & lib. 16. c. 33. Strabo lib. 16. Cornelius Tacitus lib. 21. annaliū, de Judæis agens; *Terra,* inquit, *fineſq́, quà ad Orientē vergunt, Arabiâ terminantur; à meridie, Ægyptus objacet; ab occaſu, Phœnices & mare; Septentrionē à latere Syriæ longè proſpectāt. Corpora hominū ſalubria, & ferentia laborū: rari imbres, uber ſolum. Exuberant fruges, noſtrum ad morem: prætereq́; eas, Balſamum & Palmæ: palmetis proceritas & decor. Balſamum modica arbor: ut quiſq́; ramus intumuit, ſi vim ferri adhibeas, pavent: venæ fragmine lapidis, aut teſtâ aperiuntur: humor in uſu medentium eſt.* De Balſamo hęc tradit Strabo, lib. 16. *Arbor eſt,* inquit, *aromatica & fruticoſa, cythiſo & termintho perſimilis. ejus corticem ſcindentes, ſuccum in vaſis ſuſcipiunt, tenaci lacti perſimilem: ſuſceptus autem in conchis, coagulatur. Is capitis dolores, & ſuffuſiones oculorum incipientes, & hebetudinem mirificè ſolvit: quare precioſus eſt; eo præſertim, quòd hic ſolùm na-*

Balſamum Syria profert.

ſcitur. Idem mox de thuriferis arboribus: *In inſulis ante Euphratem, arbores thus redolentes, innaſci, quarum radices fractæ ſuccum effundant.* Putat igitur Tacitus, Succinum quoque ex arboribus, ſicut Balſamum, thus, reſinam, picem, gummi, ſtillare. Sunt, qui maris ſpumam tradant: alicubi etiam effoſſum terrâ; quod alterius generis crediderim. Ab ſuccini ubertate, Germaniam etiam Philippus Beroaldus commendat:

O Germania muneris repertrix,
Quo nil utilius dedit vetuſtas!
Libros ſcribere quæ doces premendo:
Felix frugibus, inclyta & metallis;
Et dives pecoris; ferâxq; gemmæ,
Quod gleſſum vocitant tui parentes,
Electrum Attica, Succinum Latini:
Pollens Principibus, potens virorum,
Qui glaucis oculis, comâq; flavâ,
Grandes corpore, ſpiritu feroces;
Septi robore, prodigiq; vitæ,
Hoſtes aggrediuntur & laceſſunt.

Sitones, Suevorum gentes, in Oceano Suevico, *Suionibus* juncti, *Scandiæ* inſularum maximæ fuerunt cultores. *Ganipotos* hos vocant. *Suetiam* aut *Sialandiam*, Saxonis Grammatici, docti admodum hiſtorici, patriam, incoluiſſe, non ambigo. Frequentes ſunt in eo O-

eo Oceano inſulæ; unde populorum examina in Germaniam, Pannoniam, Italiam, ac Galliam prodierunt. Ii *Sitones* in reliquis *Suionibus ſimiles* exſtiterunt; *uno differunt, quòd fœmina imperitat: in tantum non modò à libertate, ſed etiam à ſervitute* reliquorum Germanorum *degenerant*. In omni enimverò Teutonicâ natione, viri rempublicam adminiſtraverunt, & imperium in ſubjectas gentes tenuerunt: ſoli Sitones hoc mulieribus ceſſerunt: alieniſſimi & à libertate, & ſervitute Germanorum; quos aſſerendę libertatis avidiſſimos, & ſervitutis impatientiſſimos, jam multis argumentis oſtendimus. Si enim hos ſuperatos in ſervitutem coëgiſſent victores inimici, viris, non mulieribus ſerviebant. Sitones iſtud fœminis permiſerunt imperium, ut rempub. ipſæ gubernarent. Et per Herculem metuo, ne hæc dominandi libido totam Germanarum mulierum gentē invaſerit: paſſim enim nunc fœminas regnare cernimus; quæ, juxta ſacrum oraculum, maritis ſubditæ eſſe deberent. Natura enim in hoc finxit mulierem; non ut imperet, ſed ut pareat: quod vel hic græcus verſiculus teſtatur: *Apud Sitones fœmina dominantur.*

Γυναιϰὶ δ᾽ ἄρχειν οὐ δίδωσιν ἡ φύσις. Id eſt: *Natura non dedit imperare fœminis.*

At ipſæ, excuſſo jugo, maritis dominantur; nationibus imperant, jubent, cogunt; omnia ſuo agunt arbitrio: nemo eſt, quem ſua uxor non regat. Tam imperioſum animal eſt fœmina: ut mulierum dominandi cupîdo, proverbio locum fecerit. Ne tamẽ putes, ſolis Sitonibus imperâſſe fœminas: tradunt hiſtoriæ, *Semiramim* Aſſyriis, *Didonem* Carthaginenſibus, *Theutam* Liburnis, Scythis ſuas *reginas*, Mœrœnis in Æthiopiâ *fœminas* prefuiſſe: ut de *Amazonibus* & *Sclavinis Bohemis* taceam. Nec Plato in totum mulieres ab adminiſtrandâ Repub. excludit; ſi quæ reperiantur idoneæ: quemadmodum Lactant. Firmianus, libro 3. cap. 22. refert, & nos annotavimus.

Fœminarum imperium.

Hîc Sueviæ finis.) Hactenus Suevorum gentes, moresq; explicuit Cornelius: quibus quinquaginta quatuor populos attribuit Paulus Oroſius, libro 1. capite 2. Latè enim per Germaniam imperitabant; maximam ejus poſſidentes partem: vix angulum relinquentes in totâ Europâ, quem non penetraverint. *Albim* ab ortu usque ad exitum; & *Rhenum* quoque, adde etiam *Danubii fontem*, tenuerunt. In *Sarmatiam* ac *Pannoniam* colonias deduxerunt: nam illîc fuerunt antiquæ Suevorum ſedes. deinde *Rhatias* occupa-

Suevi totam Europam penetraverunt.

cupaverunt; quas etiámnum tenent, ſicut dudum retuli.

Peucinorum, Venedorumq́ue, & Fennorum nationes, Germanis an Sarmatis adſcribam, dubito: quanquam Peucini, quos quidam Baſtarnas vocant, ſermone, cultu, ſede, ac domiciliis, ut Germani agunt. ſordes omnium ac torpor, Procerum connubiis mixtis, nonnihil in Sarmatarum habitum fœdantur. Venedi multum ex moribus traxerunt. Nam quicquid inter Peucinos Fennosq́ue ſylvarum ac montium erigitur, latrociniis pererrant. Hi tamen inter Germanos potiùs referuntur: quia & domos fingunt, & ſcuta geſtant, & peditum uſu ac pernicitate gaudent. quæ omnia diverſa Sarmatis ſunt, in plauſtro equoq́ue viventibus. Fennis mira feritas: fœda paupertas. non arma, non equi, non penates: victui herba, veſtitui pelles, cubile humus: ſola in ſagittis ſpes, quas inopiâ ferri oſſibus aſperāt: idemq́ue venatus viros pariter ac fœminas alit. Paſſim enim comitantur, partemq́ue prædæ petunt. Nec aliud infanti-

bus ferarum imbriumq́ ſuffugium, quàm ut in aliquo ramorum nexu contegantur: huc redeūt juvenes; hoc ſenum receptaculum. Id beatius arbitrantur, quàm ingemere agris, illaborare domibus, ſuas alienasq́ fortunas ſpe metuq́ verſare. Securi adversùs homines, ſecuri adversùs deos rem difficilimam aſſecuti ſunt; ut illis ne voto quidem opus ſit.

PEUCINI, qui iidem & BASTARNÆ ac GALATÆ Plutarcho Chæronæo, *Germanorum* populi; ad ortum ſolis, juxta Danubii oſtia, *Dacis* contermini fuerunt. De quibus hæc prodiderunt authores. Plinius Secundus lib. 4. cap. 12. hiſtoriæ mundi: *Superiora inter Danubium & Hercynium ſaltum, usq́ ad Pannonica hyberna; Carnuntii; Germanorúmque ibi confinium: Campos & plana Jazyges Sarmatæ; montes & ſaltus, pulſi ab his Daci; ad Pathiſſum amnem. Amorois ſive Duria eſt, à Suevis regnóq́ Vanniano dirimens eos: Ex adverſo Baſtarnæ tenent, Haliq́; inde Germani.* Idem infrà capite 14. *Quinta pars* Germanorum, *Peucini, Baſtarnæ, ſupradictis contermini Dacis.* Strabo lib. 7. *Eruptioni Iſtri fluminis magna* *Peuce inſula.* *propinqua eſt inſula, Peuce nomine: eam Baſtarnæ:*

na cùm occupâſſent, Peucini ſunt appellati. Mox infrà: *Poſt Tyrrhegetas Sarmatæ, cognomento Jazyges, & qui Baſilei dicuntur, & Urgi, è quibus pars maxima Nomadibus, id eſt, paſtoribus conſtat; pauci agrorum colendorum ſtudio tenentur. Hos utramq; Iſtri ripam incolere, ſæpe traditur. Intra terram ſunt Baſtarnæ Tyrrhegetis vicini, & Germanis; & ipſi ferè ex Germanis originem ducentes: & ipſi plures in vicos nationesq; diviſi. Nam Atmoni quidam dicuntur, atque Sydones: qui verò Peucen Iſtri inſulam habitant, Peucini: Roxani verò, magis ad aquilonem ſpectantes, inter Tanain & Boryſthenem campeſtria paſcuntur.* Plutarchus in Pauli Æmylii vitâ docet, *Baſtarnas circa Iſtrum incolentes, gentem fuiſſe pugnacem, & equitatu maximè valentem; Galatas quoque nominatos: viros ſtipendia facere conſuetos, quibus nec agrum colendi, nec navigandi, nec paſcendi pecoris fuerit; ſed unum opus artemq; unam duntaxat noviſſe, pugnare ſcilicet ac vincere.* Ptolemæus libro 3. cap. 5. *Supra Daciam Peucini & Baſtarnæ.* Idem: *Peucini ac Baſtarnæ usq; ad totam Mæotida habitant.* Appianus in libro, qui Illyricus: *Baſtarnæ ultra Iſtrum incolunt, qui fluvius his in locis Danubius dicitur.* De Baſtarnis Pompejum triumphâſſe, author eſt Plinius libro 7. cap. 26. Sunt ergo *VValachi*, aut *Poloniæ* populi; quos ætas hæc *Huſ-*

Galatæ ſunt Baſtarnæ.

ſernos appellat, aut *Septemcaſtrenſes*. Hos *Pencinos* fuiſſe *Germanos*, inquit Tacitus, *linguas, cultus, ſedes ac domicilia* arguunt: ultra enim Danubium, qui tùm Germaniæ limes erat, in ripâ ſiniſtrâ agunt. *Sordes, torporem*, & *connubiorum impuritatem* à Sarmatis, in quorum finibus habitant, contraxerunt. Germanorum matrimonia ſevera, & à moribus commendabilia fuerunt; Sarmatarum non item: *mixta* enim & impura.

Sarmatarū connubia impura.

Pro, *procerum connubiis mixtis*, forſan legendum eſt; *Ceterùm connubiis mixtis nonnihil in Sarmatarum habitum fœdantur.*

VENEDI autem, in extremis Germaniæ finibus, ad *Viſtulam ſinumq́; Venedicum* habitârunt; Plinio ac Ptolemæo teſtantibus. Ille enim, libro 4. hiſtoriæ mundi, capite 13. de inſulis Germanici Oceani ſcribens; *Quidam hæc*, inquit, *habitari ad Viſtulam usque fluvium, à Sarmatis, Venedis, Scyris, Hyrris, tradunt.* Hic libro 3. cap. 5. *Habitant Sarmatiam gentes maximæ Venedæ, ad totum Venedicum ſinum. Juxta Viſtulam fluvium, ſub Venedis, Gythones; deinde Phinni.* Unde puto, *Pruſſiam* circa *Königsbergum* incoluiſſe *Venedos*, aut prope *Lithvaniam*: & *Venedicum ſinum* & *Venedicos montes* ab his nomina inveniſſe. Venedos quidam *Pomeranos* interpretantur: & Vene-

& Venedicum ſinum, *mare Pomeranicum*; qui Pomeranos & Pruſſios alluit. *Oderanos* alii exponunt, id eſt, Oderæ accolas: qui fluvius è Sileſiâ elapſus, per Pomeraniam vagatur, & Venedicum ſinum petit. Hi ſermone Sclavico uſi, nativis ac veteribus ſedibus ſuis relictis, totam fermè Germaniam turbaverunt: vulgò *VVendi* & *VVilci* appellantur; ſordidum genus hominum: adhuc hærent in *Toringiâ, Saxoniâ, Marchiâ, Moraviâ, Bohemiâ*, atque *Luſatiâ*; maximè ad *Albis* ac *Suevi* fluminum ripas, & circa *Cotvicum* Luſatiæ: poſteriùs *Sorabi* nominati. Viculi ſylveſtres circùm nos; Windiſch Schneybach/ Brotswind/ Meynhertswind/ Bernhartswind/ Eglotswind/ Dautẽwind/ Ratzenwind/ Wolfartswind/ Geyſelwind; & *VVilciburgum* ſupra VVeiſſiburgũ Nordgaviæ: arguunt, etiã hîc aliquando tranſiſſe VVinidas ac VVilcos. Ipſi, trajecto deinceps Danubio, in *Pannonias, Noricum, Liburniam, Dalmatiamq;* irruperunt; *Illyricos* usq; ſinus penetraverunt; longè lateq; omnia occupaverunt, & potentiſſima condiderunt regna. vulgò namq; Wendenland/ id eſt, Venedorum terra, & *Sclavonia* nuncupatur; ad auſtrum Pannoniæ ſita, quæ priùs *Dalmatia Iſtriaq;* dicebatur.

Vandali non ſunt Venedi.

Nemo verò eosdem putet *Vandalos* ac *Venedos*, (ut quidam perperam ſcripſerũt) moribus ac linguâ planè diverſos. *Vandali* enim Germanos habitu ac linguâ retulerunt: *Venedi*, Sclavicâ linguâ, Sarmaticis fœdisq; moribus uſi ſunt. Sarmatica, ſeu potiùs Scythica natio: unde egreſſi, derelictam Vandalorum terram occupaverunt; & indè in univerſam, ut dixi, Europam excurrerunt. quorum res à Jornande & Procopio ſunt memoriæ proditæ.

Venedi, inquit Tacitus, *multum ex moribus*, Sarmatarum ſcilicet, *traxerunt: nam quicquid inter Peucinos Fennosq; ſylvarum ac montium erigitur, latrociniis pererrant. Hi tamen inter Germanos potiùs referuntur; quia & domos fingunt, & ſcuta geſtant, & peditum uſu ac pernicitate gaudent. quæ omnia diverſa Sarmatis ſunt, in plauſtro equoq; viventibus.* De Germanorum latrociniis ſuprà. De *Sarmatis*, Pomponius Mela libro 3. in hunc modum ſcripſit: *Gens habitu armisq; Parthicæ proxima: verùm ut cœli aſperioris; ita ingenii. non ſe urbibus tenet; & ne ſtatis quidem ſedibus. ut invitavêre pabula, ut cedens & ſequens hoſtis exigit: ita res opesq; ſecum trahens caſtra habitat, bellatrix, libera, indomita, & usq; eò immanis atq; atrox, ut fœminæ etiam cum viris bella ineant.* &c. Sarmatæ in hoc

Sarmatarum mores.

verè

verè à Germanis differũt: quòd boves & pecora imitantur, nec certis domibus includuntur. unde à Græcis *Nomades*, hoc eſt, paſtores dicuntur; quòd è pecoribus lacteque, & caſeo præſertim equino degunt: & *Hamaxobii*, quaſi in plauſtris, ædium vice, viventes. Require Pomponium Melam libro 2. Strabonem lib. 7. Ammianum Marcell. lib. 22. De *Scythis* ſcribit Juſtinus lib. 2. *Hominibus inter ſe fines nulli: neq; enim agrum exercent; nec domus illis ulla, aut tectum, aut ſedes eſt: armenta & pecora ſemper paſcentibus, & per incultas ſolitudines errare ſolitis. uxores liberosq; ſecum in plauſtris vehunt: quibus, coriis imbrium hyemisq; causâ tectis, pro domibus utuntur.* *Scytharum mores.*

Scuta geſtant.) Sarmatæ non uſi fuerunt ſcutis. hæc tamen Germanos geſtâſſe, etiam ſuprà Tacitus retulit.

Fennis mira feritas.) FENNOS Cl. Ptolemæus, libro 3. cap. 5. *Sarmatiæ gentes* dicit, ad ſinum Venedicum inter Viſtulam & Cronum amnes ſub Venedis habitantes. *Juxta Viſtulam*, inquit, *fluvium ſub Venedis Gythones; deinde Phinni.* Unde Raphael Volaterranus libro 7. *Primùm ex his plures in Germaniâ diximus, ut Fennos; quos mirâ feritate populos Tacitus dicit: nunc Pruthenos aut Litvanos putaverim.* Jornandes *Finnos inter mitiores Scanziæ*

cultores enumerat. Paulus Diaconus, in exordio hiſtoriæ Langobardicæ, *Scritofinnos* inſulæ Scandinaviæ vicinos facit, his verbis: *Huic loco Scritofinni (ſic enim gens illa nominatur) vicini ſunt: qui etiam æſtatis tempore nivibus non carent: nec aliud, utpote feris ipſis ratione non diſpares, quàm crudis animantium carnibus veſcuntur; de quorum etiam hirtis pellibus ſibi indumenta coaptant. Hi à ſaliendo, juxta linguam barbaram, etymologiam ducunt, ſaltibus enim utentes, arte quadam, ligno incurvo, ad arcus ſimilitudinem, feras aſſequuntur.* Scritofinnis à faciendo paſſu nomen inditum: nam Schritten / Germanis eſt paſſum facere.

Scritofinni unde dicti.

De *Finnis* Tacito ſubſcribit Saxo Grammaticus Sialandicus hiſtoricus, libro 1. hiſtoriæ Danorum. *Sunt*, inquit, *Finni ultimi ſeptentrionis populi; vix quidem habitabilem orbis terrarum partem culturâ ac manſione complexi. Acer iisdem telorum eſt uſus. Non alia gens promtiore jaculandi peritiâ fruitur. Grandibus & latis ſagittis dimicant: incantationum ſtudiis incumbunt; venationibus callent. Incerta illis habitatio eſt, vagaq; domus; ubicunque feram occupaverint, locantibus ſedes. Pandis trabibus vecti, conferta nivibus juga percurrunt.* De Scritofinnis idem Saxo, in præfatione hiſtoriæ

Finnorum deſcriptio.

notiæ Danicæ: *Harum, Suetia & Norvagia ortivas partes Skricfinni incolunt: quæ gens inuſitata, aſſueta vehiculis, montium inacceſſa venationis ardore ſectatur, locorumq; complacitas ſedes diſpẽdio lubricæ flexionis aſſequitur. Neq; enim ulla adeò rupes prominet, quin ad ejus faſtigium callidâ curſus ambage perveniat. Primò ſiquidẽ vallium profunda relinquẽs, ſcopulorum radices tortuosâ girατione perlabitur; ſicq; meatum crebra declinationis obliquitate perflectit, donec per ſinuoſos callium anfractus deſtinatum loci cacumen exſuperet.*

A Finnis *Finnonicum* ſinũ, qui Ptolemæo *Venedicus* à Venedis, appellatum tradunt: hic in *Suetiam* porrigitur: & *Stocholmia*, regia urbs Suetiæ, ad Finnonicum ſinum ſita eſt. A Finnis & *Finlandiam*, id eſt, Finnorum regionem, vel pulchram terram; & *Finnoniam*, Scandiæ Gothiæque inſulas dictas puto, quarum ſitum tabulæ chorographicæ Jacobi Ziegleri demonſtrant: qui etiam corruptam Plinii lectionem, ubi pro *Phinnonia*, *Pannonia* legebatur, emendavit. Plinii verba ſunt libro 4. capite 13. *Inſulæ quamplures ſine nominibus eo ſitu traduntur; ex quibus ante Scythiam, quæ appellatur Phinnonia.* Proxima eſt *Eningia*; cujus idem Plinius meminit. *Finnonicus ſinus.*

Sola in ſagittis ſpes.) Sagittis maximè uſi *Sagittis uſi Germani.*

fuerunt Germani, Julius Capitolinus in Maximino, *Germanos ſagittandi peritos* refert.

Aſperant,) id eſt, acuunt & exaſperant. Tacitus annalium 15. *Aſperari ſaxo, & mucronem ardeſcere juſſit.*

Ingemere agris.) Suprà Tac. *Nec arare terram, aut exſpectare annum tam facilè perſuaſeris; quàm vocare hoſtes, & vulnera mereri.* Idem mox: *Delegata agrorum cura fœminis, & infirmiſſimo cuique ex familiâ.*

Securi adversùs homines.) Dum enim inopes ſunt, nec domos, nec alias ſubſtantias poſſident; tuti ſunt à raptoribus furibusque, qui nihil inveniunt quod prædentur: & dum agriculturæ non ſtudent; ſecuri etiam ſunt adversùs cœli injuriam ac grandinem, qui ſegetes frugesque deſtruat.

Cætera jam fabuloſa. Helluſios & Oxionas, ora hominum vultusque; corpora atque artus ferarum gerere. quod ego, ut incompertum, in medium relinquam.

Helluſii littus Gothiæ tenent.

HELLUSII inſulares ſunt populi in *Gothiâ*, maris Germanici inſulâ, poſt Codonem montem, & ultra Pruſſiam. Hos è Scandiâ emigrâſſe, & ad Viſtulam conſediſſe, refert

fert

fert Hieronymus. Ob id Bernholm inſulam, in ſinu Gothano, ex objectu Pruſſię, æſtimare licet inhabitâſſe *Helluſios*; ſeu, ut legunt quidam, *Hellevioros*: eritque id vocabulo magis aptum. Puto hos à Plinio *Hilleviones* appellatos, libro 4. cap. 13. ſic ſcribente: *Sinus Codanus refertus inſulis: quarum clariſſima Scandinavia, eſt incompertæ magnitudinis: portionem tantùm ejus, quod ſit notum, Hillevionum gente quingentis incolente pagis: quæ alterum orbem terrarum eam appellat.* *Nec eſt minor opinione Eningia.* *Hilinones*, qui *Mechelburgenſem ditionem in comitatu Suerineo* (vulgò die Schilffe appellatur) inhabitârunt, Hillevionum reliquias manſiſſe, non abſurdum fuerit credere: cum quibus atque *Smeldingis*, Carolus Magnus, quia ad Godefridum Danorum regem defecerant, bellum geſſit; &, ut Eginhartus memorat, Hilinonicum bellum mirâ celeritate perfecit.

OXIONAS.) Videtur Plinius libro 4. cap. 13. & Pomponius Mela libro 3. *Oonas* vocare. Ad mare Baltheum, & inſulam Oceani Sueciæ adjacentem, cui *Oxilia* inſula adhæret, habitant. ab ovis avium marinarum, quibus veſcuntur, nomen habent: hoc eſt, ἀπὸ τῶν ὤων, id eſt, ab ovis. cujus nominis ratio etiam hoc tempore manet: eſt enim in *Oxiona ſeu Oona in Sueciâ.*

his innumera copia avium; incolæque proximi littoris menſe Majo adnavigant, dum aves incubant, ova prędantur, ſale condiunt, & ſervant in multum tempus ad cibum. Simili ratione *Hippopodes* dicti, ab equinis pedibus; aliâs humanâ formâ. Et Solinus Polyhiſtor, cap. 30. ubi de inſulis Scythicis & ſeptentrionali Oceano loquitur: *Nec longè,* inquit, *Oonas ſeparari; quas qui habitant, vivunt ovis avium marinarum, & avenis vulgò naſcentibus, perinde alias propè conſtitutas æquè inſulas: quarum Hippopodes indigenæ, humanâ uſque ad veſtigium formâ, in equinos pedes deſinunt. Eſſe Inſulas & Faneſiorum gentem,* (Pomponius Mela in 3. *Satmalos* appellat) *quorum aures in effuſam adeò magnitudinem dilatentur, ut reliqua viſcerum illis contegant; nec amiculum aliud ſit, quàm ut membra membranis aurium veſtiant.* Julius Cæſar, libro 4. belli Gallici, de Rheni oſtiis ſcribens: *Ubi Oceano,* inquit, *appropinquavit, in plures diffluit partes, multis ingentibusq; inſulis effectis; quarum pars magna à feris, barbarisq; nationibus incolitur. Ex quibus ſunt, qui piſcibus atq; ovis avium vivere exiſtimantur.* Apud Tacitum libro 2. Germanici milites narrant, *ſe inauditas volucres, monſtra maris, ambiguas hominum & belluarum formas, in Oceano noſtro vidiſſe.* Æneas Sylvius, cap. 28.

Google

Europæ: *Occidentale littus Balthei maris Norvegi occupat. apud Septentrionem ſemiferos homines eſſe tradunt, cum quibus nullum lingua commercium navigantes habent; ſignis tantum & nutibus commutare merces feruntur.* De his cecinit Conradus Celtis in hunc modum:

Norvegos, Dacosq; regens, Suedósq; bibaces,
Ultima concreti qui cernunt ſydera cœli;
Æſtatis verisq; inopes, hyemémq; perennem,
Perpetuásq; nives cœlo patiuntur inerti:
Inter quos memorant Lappones nomine dictos,
Qui vitam ſpecubus ducunt ſylvisq; nivoſis,
Venantes madros, & molles pelle ſabellos,
Et noſtri fugiunt rigidi commercia mundi,
Congreſsúsq; hominum, nec habentes ore loquelas,
Horrida barbaries rigido damnata ſub axe
Atq; feris ſimiles: quorum cognoſcere mores
Et ritus qui fortè velit, petat ille libellos,
Quos de Germanis nuper conſcripſimus oris.

Horum regio *Laponia*, extrema eſt *Scandiæ*, poſt Sueciam versùs aquilonem; ab inhabitatoribus ita appellata. Germani enim ſimplices, fatuos, ineptos, parumq; idoneos, *Lapones* vocant. Strictâ hi veſte utuntur, totiq; corpori aptatâ; ne quid impedimenti faciat operi. Hyeme utūtur veſte, pellibus integris *Laponia Scandia inſula.*

phocarum ſive urſorũ artificioſè laboratis: eas nodo adſtringunt ſupra caput, ſoliq; oculi patẽt; reliquo corpore toti cõtecti ſunt, quaſi in culeũ inſuti: niſi quòd hæc expreſſa per membra omnia, ad cõmoditatem, non ad pœnã laborata eſt. Hinc creditum, quòd ſint mõſtroſi, ac hirſuto corpore inſtar brutorũ; & Wildlappẽ à ſylveſtri habitu cognominati. Domos nõ habent, ſed tabernacula quaſi caſtrẽſia: manſiones ſæpe transferunt: hamaxobii ſunt; venationib. plurimum ſtudent. Ferarũ quoq; tanta copia eſt, ut paſſim cædantur; & pelles in vicinas regiones emittant. Agrum nõ colunt: terra ſerpẽtem non fert. Piſces plurimâ copiâ capiũt, hocq; proventu vivunt, *Ichthyophagorum Æthiopũ* more: atq; ut hi fervore nimio; ſic illi frigore, excoquũt piſces, & edomant in farinã. Tantum deniq; ſupereſt capturę, ut ejus plurimã condant in cetariis, & exportẽt in vicinas terras, *Nordbothniã* & *Ruſſiã albam.* Cõmercia permutatione & pecuniâ agunt; mutuo cõſenſu tantùm, & nullo ſermone cõmunicato: atq; iſtud non propter ingenii inopiam, & mores brutos; ſed quòd linguam peculiarem, & vicinis ignotã habent. Gens eſt validiſſima, & diu libera fuit: arma Nordvegiæ Sueciæque ſuſtinuit; donec tandem ſub imperium conceſſit,

ceſſit, & tributum pendit, precioſas ferarum pelles. Multò plura de illis Jacobus Ziegler in ſuâ Schōdiâ; quę Tacito, Romanis ac Gręcis, incognita & fabuloſa fuerũt. Placuit namq; Græcis fabulandi licentiam in remotiſſima queq; retorquere. Longinquitas enim nō facilè redargui poteſt; ut Strabo lib. 11. ſcripſit.

Hæc ſunt, Germane Lector, quæ iterum in hunc Taciti libellum, ad Germaniæ illuſtrationem atq; laudem, annotavi, tibiq; cōmunico. nam ſex anni ſunt, quãdo primùm ſcholia in hunc Cornelii libellũ extruſi: quæ adeò corruptè, inemendatè ac mendoſè imperitus librarius excuderat; ut nihil æquè puduerit, atq; emiſſorũ ſcholiorum, & ſi ulla meâ operâ potuiſſem, actutùm perdidiſſem, ne ſub ulli⁹ eruditi conſpectũ veniſſent. Quę potiſſimùm cauſa fuit, cur ad nova atq; prolixiora cōmentaria manum admoverim; ut priora ſcholia penitus ſupprimerem. Acceſſit ſingularis quidam patriæ amor, genius atque zelus rerũ Germanicarum; qui ſeſe ab eo tempore, quo bonarum literarum dulcedinem deguſtatam ſenſi, exſeruit: quod noverunt ii, qui ante decem & ſeptem annos mea ſtudia inſpexerunt. Urgente igitur me vetere Germanię deſiderio, rurſum ad hiſtoriarũ lectionem digredior; quantum per magna *Epilogus ad Lectorem.*

quibus aliâs diſtineor, negotia, eccleſiaſtico miniſterio addictus, permittebatur: hoc maximè nomine, ut chariſſimam multoque jucundiſſimam patriam illuſtrarem, antiquitates producerem, veteres illius habitatores explicarem, Germanorum inſignia facta atque virtutem oſtẽderem, poſterosq; ad imitandum invitarem. Simul ut his commentariis excitarem ſtudioſos, & anſam præberem aliis ſimilia audendi: & ſicubi ego lapſus ab ſcopo aberravi, ut haud dubiè multa me fugerunt, ipſi explicent, addant, noſtra caſtigent; &, ſi dignentur, quoq; illuſtrent. Non enim totam peragravi Germaniam: id quod admodum huic operi profuiſſet: ſed tantùm authores, quos habere potui, quosq; paſſim citavi, excuſſi; & quæ videbãtur noſtro inſtituto accõmoda, obſervavi, atq; huc contuli. Quæ loca ipſe perluſtravi, diligentiùs enarravi; ut antiquitati lucẽ adferrem. Commendo igitur mea Commentaria peritis Germaniæ; ut gratâ mente excipiant, meque in hoc ſtadio currentem ſequantur, aut adjuvent: quisq; ſuę patriæ vetuſtates, priſca monumẽta, veteres cultores, & memorabilia facta exploret: eruta in lucem proferat, meo & aliorum quorundam exemplo; aut ſaltem iis, quibus hoc ſtudium curæ eſt, communicet.

Invitantur eruditi ad celebrandam Germaniã.

Navann

Navant, n. eandẽ operã, ut hiſtoriis Germanicis & antiquitati lucẽ adferãt, q adhuc ſupſtites ſunt, *Beatus Rhenanus, Cõradus Peutinger, Jacobus Spiegel, Georgius Spalatinus, Joannes Huttichius, Sebaſtianus Munſterus, Joachimus Vadianus, Gerhardus Noviomagus, Petrus Appianus, Hieronymus Gebvylerus, Johannes Schönerus, Johannes Carion*, & alii, quorum nomina nondum teneo. Et forſan hic noſter conatus etiam poſteros excitabit: unde mihi laudi ducam, ſi meo exemplo, ſi non adjuvero; ſaltem excitavero alios, ad celebrandam Germaniam. Nam ſi ſingularum gentium nationumque Germaniæ eruditi in hoc incumberent, ut ſuæ gentis originem, auctum, antiquas hiſtorias eruerent: daremus eã Germaniæ deſcriptionem, qualem ſuæ terræ nec Græci, nec Latini dediſſent. Quærant igitur *Saxones* ſuæ gentis incunabula, hiſtorias, veteres terræ cultores, & quoties illos mutârit. Idem faciant *Marchiæ habitatores, Pomerani, Pruſſi, Sileſii, Moravi, Bohemi, Luſatii, Misnii, Voitlandi, Toringi, Frãci, Suevi, Elſatæ, Rheni accolæ, Heſſi, VVeſtvali, Geldrii, Hollandi, Friſii, Holſatæ*, ac alii Germanorum populi. Vide, num eâ ratione nõ ſimus lucem vetuſtati, hiſtoriis & patriæ, daturi? Tradant nobis *Rhæti* & *Helvetii* Rheni fontem, cum ſuis

cultores enumerat. Paulus Diaconus, in exordio hiſtoriæ Langobardicæ, *Scritofinnos* inſulæ Scandinaviæ vicinos facit, his verbis: *Huic loco Scritofinni (ſic enim gens illa nominatur) viciniſunt: qui etiam æſtatis tempore nivibus non carent: nec aliud, utpote feris ipſis ratione non diſpares, quàm crudis animantium carnibus veſcuntur; de quorum etiam hirtis pellibus ſibi indumenta coaptant. Hi à ſaliendo, juxta linguam barbaram, etymologiam ducunt. ſaltibus enim utentes, arte quadam, ligno incurvo, ad arcus ſimilitudinem, feras aſſequuntur.* Scritofinnis à faciendo paſſu nomen inditum: nam Schritten/ Germanis eſt paſſum facere.

Scritofinni unde dicti.

De *Finnis* Tacito ſubſcribit Saxo Grammaticus Sialandicus hiſtoricus, libro 1. hiſtoriæ Danorum. *Sunt*, inquit, *Finni ultimi ſeptentrionis populi; vix quidem habitabilem orbis terrarum partem cultura ac manſione complexi. Acer iiſdem telorum eſt uſus. Non alia gens promtiore jaculandi peritiâ fruitur. Grandibus & latis ſagittis dimicant: incantationum ſtudiis incumbunt; venationibus callent. Incerta illis habitatio eſt, vagaq́; domus; ubicunque feram occupaverint, locantibus ſedes. Pandis trabibus vecti, conferta nivibus juga percurrunt.* De Scritofinnis idem Saxo, in pręfatione hi-

Finnorum deſcriptio.

ſtoriæ Danicæ: *Harum, Suetiæ & Norvagiæ ortivas partes Skricfinni incolunt: quæ gens inuſitata, aſſueta vehiculis, montium inacceſſa venationis ardore ſectatur, locorumq́; complacitas ſedes diſpēdio lubricæ flexionis aſſequitur. Neq; enim ulla adeò rupes prominet, quin ad ejus faſtigium callidâ curſus ambage perveniat. Primò ſiquidē vallium profunda relinquēs, ſcopulorum radices tortuosâ giratione perlabitur; ſicq́; meatum crebræ declinationis obliquitate perflectit, donec per ſinuoſos callium anfractus deſtinatum loci cacumen exſuperet.*

A Finnis *Finnonicum* ſinū, qui Ptolemæo *Venedicus* à Venedis, appellatum tradunt: hic in *Suetiam* porrigitur: & *Stocholmia*, regia urbs Suetiæ, ad Finnonicum ſinum ſita eſt. A Finnis & *Finlandiam*, id eſt, Finnorum regionem, vel pulchram terram; & *Finnoniam*, Scandiæ Gothiæque inſulas dictas puto, quarum ſitum tabulæ chorographicæ Jacobi Ziegleri demonſtrant: qui etiam corruptam Plinii lectionem, ubi pro *Phinnoniâ, Pannonia* legebatur, emendavit. Plinii verba ſunt libro 4. capite 13. *Inſulæ quàmplures ſinè nominibus eo ſitu traduntur; ex quibus ante Scythiam, quæ appellatur Phinnonia.* Proxima eſt *Eningia*; cujus idem Plinius meminit. *Finnonicus ſinus.*

Sola in ſagittis ſpes.) Sagittis maximè uſi *Sagittis uſi Germani.*

fuerunt Germani, Julius Capitolinus in Maximino, *Germanos ſagittandi peritos* refert.

Aſperant,) id eſt, acuunt & exaſperant. Tacitus annalium 15. *Aſperari ſaxo, & mucronem ardeſcere juſſit.*

Ingemere agris.) Suprà Tac. *Nec arare terram, aut exſpectare annum tam facile perſuaſeris; quàm vocare hoſtes, & vulnera mereri.* Idem mox: *Delegata agrorum cura fœminis, & infirmiſſimo cuique ex familiâ.*

Securi adversùs homines.) Dum enim inopes ſunt, nec domos, nec alias ſubſtantias poſſident; tuti ſunt à raptoribus furibusque, qui nihil inveniunt quod prædentur: & dum agriculturæ non ſtudent; ſecuri etiam ſunt adversùs cœli injuriam ac grandinem, qui ſegetes frugesque deſtruat.

Cætera jam fabuloſa. Helluſios & Oxionas, ora hominum vultusq; corpora atque artus ferarum gerere. quod ego, ut incompertum, in medium relinquam.

Helluſii littus Gothia tenent.

HELLUSII inſulares ſunt populi in *Gothiâ*, maris Germanici inſulâ, poſt Codonenum montem, & ultra Pruſſiam. Hos è Scandiâ emigrâſſe, & ad Viſtulam conſediſſe, refert

fert Hieronymus. Ob id Bernholm inſulam, in ſinu Gothano, ex objectu Pruſſię, æſtimare licet inhabitâſſe *Helluſios*; ſeu, ut legunt quidam, *Hellevioros*: eritque id vocabulo magis aptum. Puto hos à Plinio *Hilleviones* appellatos, libro 4. cap. 13. ſic ſcribente: *Sinus Codanus refertus inſulis: quarum clariſſima Scandinavia, eſt incomperta magnitudinis: portionem tantùm ejus, quod ſit notum, Hillevionum gente quingentis incolente pagis; quæ alterum orbem terrarum eam appellat.* Nec eſt minor opinione *Eningia*. *Hilinones*, qui *Mechelburgenſem ditionem in comitatu Suerineo* (vulgò die Schilſſe appellatur) inhabitârunt, Hillevionum reliquias manſiſſe, non abſurdum fuerit credere: cum quibus atque *Smeldingis*, Carolus Magnus, quia ad Godefridum Danorum regem defecerant, bellum geſſit; &, ut Eginhartus memorat, Hilinonicum bellum mirâ celeritate perfecit.

OXIONAS.) Videtur Plinius libro 4. cap. 13. & Pomponius Mela libro 3. *Oonas* vocare. Ad mare Baltheum, & inſulam Oceani Sueciæ adjacentem, cui *Oxilia* inſula adhæret, habitant. ab ovis avium marinarum, quibus veſcuntur, nomen habent: hoc eſt, ἀπὸ τῶν ὠῶν, id eſt, ab ovis. cujus nominis ratio etiam hoc tempore manet: eſt enim in

Oxiona ſeu Oona in Sueciâ.

his innumera copia avium; incolæque proximi littoris menſe Majo adnavigant, dum aves incubant, ova prędantur, ſale condiunt, & ſervant in multum tempus ad cibum. Simili ratione *Hippopodes* dicti, ab equinis pedibus; aliâs humanâ formâ. Et Solinus Polyhiſtor, cap. 30. ubi de inſulis Scythicis & ſeptentrionali Oceano loquitur: *Nec longè*, inquit, *Oonas ſeparari; quas qui habitant, vivunt ovis avium marinarum, & avenis vulgò naſcentibus, perinde alias propè conſtitutas æquè inſulas: quarum Hippopodes indigenæ, humanâ usque ad veſtigium formâ, in equinos pedes deſinunt. Eſſe Inſulas & Faneſiorum gentem*, (Pomponius Mela in 3. *Satmalos* appellat) *quorum aures in effuſam adeò magnitudinem dilatentur, ut reliqua viſcerum illis contegant; nec amiculum aliud ſit, quàm ut membra membranis aurium veſtiant.* Julius Cæſar, libro 4. belli Gallici, de Rheni oſtiis ſcribens: *Ubi Oceano*, inquit, *appropinquavit, in plures diffluit partes, multis ingentibusq; inſulis effectis; quarum pars magna à feris, barbarisq; nationibus incolitur. Ex quibus ſunt, qui piſcibus atq; ovis avium vivere exiſtimantur.* Apud Tacitum libro 2. Germanici milites narrant, *ſe inauditas volucres, monſtra maris, ambiguas hominum & belluarum formas, in Oceano noſtro vidiſſe.* Æneas Sylvius, cap. 28.

Europæ:

Europæ: *Occidentale littus Balthei maris Norvegi occupāt. apud Septentrionem ſemiferos homines eſſe tradunt, cum quibus nullum lingua commercium navigantes habent; ſignis tantum & nutibus commutare merces feruntur.* De his cecinit Conradus Celtis in hunc modum:

Norvegos, Dacosq; regens, Suedósq; bibaces,
Ultima concreti qui cernunt ſydera cœli;
Æſtatis veriſq; inopes, hyemémq; perennem,
Perpetuáſq; nives cœlo patiuntur inerti;
Inter quos memorant Lappones nomine dictos,
Qui vitam ſpecubus ducunt ſylviſq; nivoſis,
Venantes madros, & molles pelle ſabellos,
Et noſtri fugiunt rigidi commercia mundi,
Congreſſúſq; hominum, nec habentes ore loquelas,
Horrida barbaries rigido damnata ſub axe
Atq; feris ſimiles: quorum cognoſcere mores
Et ritus qui fortè velit, petat ille libellos,
Quos de Germanis nuper conſcripſimus oris.

Horum regio *Laponia*, extrema eſt *Scandiæ*, poſt Sueciam versùs aquilonem; ab inhabitatoribus ita appellata. Germani enim ſimplices, fatuos, ineptos, parumq; idoneos, *Lapones* vocant. Strictâ hi veſte utuntur, totiq; corpori aptatâ; ne quid impedimenti faciat operi. Hyeme utũtur veſte, pellibus integris

Laponia Scandia inſula.

phocarum ſive urſorũ artificioſè laboratis: eas nodo adſtringunt ſupra caput, ſoliq; oculi patẽt; reliquo corpore toti cõtecti ſunt, quaſi in culeũ inſuti: niſi quòd hæc expreſſa per membrâ omnia, ad cõmoditatem, non ad pœnã laborata eſt. Hinc creditum, quòd ſint mõſtroſi, ac hirſuto corpore inſtar brutorũ; & Wildlappẽ à ſylveſtri habitu cognominati. Domos nõ habent, ſed tabernacula quaſi caſtrẽſia: manſiones ſæpe transferunt: hamaxobii ſunt; venationib. plurimum ſtudent. Ferarũ quoq; tanta copia eſt, ut paſſim cædantur; & pelles in vicinas regiones emittanẽ. Agrum nõ colunt: terra ſerpẽtem non fert. Piſces plurimâ copiâ capiũt, hocq; proventu vivunt, *Ichthyophagorum Æthiopũ* more: atq; ut hi fervore nimio; ſic illi frigore, excoquũt piſces, & edomant in farinã. Tantum deniq; ſupereſt capturę, ut ejus plurimã condant in cetariis, & exportẽt in vicinas terras, *Nordbothniã* & *Ruſſiã albam*. Cõmercia permutatione & pecuniâ agunt; mutuo cõſenſu tantùm, & nullo ſermone cõmunicato: atq; iſtud non propter ingenii inopiam, & mores brutos; ſed quòd linguam peculiarem, & vicinis ignotã habent. Gens eſt validiſſima, & diu libera fuit: arma Nordvegiæ Sueciæque ſuſtinuit; donec tandem ſub imperium conceſſit,

ceſſit, & tributum pendit, precioſas ferarum pelles. Multò plura de illis Jacobus Ziegler in ſuâ Schődiâ; quę Tacito, Romanis ac Gręcis, incognita & fabuloſa fuerũt. Placuit namq; Græcis fabulandi licentiam in remotiſſima queq; retorquere. Longinquitas enim nõ facilè redargui poteſt; ut Strabo lib. 11. ſcripſit.

Hæc ſunt, Germane Lector, quæ iterum in hunc Taciti libellum, ad Germaniæ illuſtrationem atq; laudem, annotavi, tibiq; cõmunico. nam ſex anni ſunt, quãdo primùm ſcholia in hunc Cornelii libellũ extruſi; quæ adeò corruptè, inemendatè ac mendosè imperitus librarius excuderat; ut nihil æquè puduerit; atq; emiſſorũ ſcholiorum; & ſi ulla meâ operâ potuiſſem, actutùm perdidiſſem, ne ſub ulli⁹ eruditi conſpectũ veniſſent. Quę potiſſimùm cauſa fuit, cur ad nova atq; prolixiora cõmentaria manum admoverim; ut priora ſcholia penitus ſupprimerem. Acceſſit ſingularis quidam patriæ amor, genius atque zelus rerũ Germanicarum; qui ſeſe ab eo tempore, quo bonarum literarum dulcedinem deguſtatam ſenſi, exſeruit: quod noverunt ii, qui ante decem & ſeptem annos mea ſtudia inſpexerunt. Urgente igitur me vetere Germanię deſiderio, rurſum ad hiſtoriarũ lectionem digredior; quantum per magna *Epilogus ad Lectorem.*

Navant, n. eandẽ operã, ut hiſtoriis Germanicis & antiquitati lucẽ adferãt, q adhuc ſupſtites ſunt, *Beatus Rhenanus, Cõradus Peutinger, Jacobus Spiegel, Georgius Spalatinus, Joannes Huttichius, Sebaſtianus Munſterus, Joachimus Vadianus, Gerhardus Noviomagus, Petrus Apianus, Hieronymus Gebvylerus, Johannes Schönerus, Johannes Carion*, & alii, quorum nomina nondum teneo. Et forſan hic noſter conatus etiam poſteros excitabit: unde mihi laudi ducam, ſi meo exemplo, ſi non adjuvero; ſaltem excitavero alios, ad celebrandam Germaniam. Nam ſi ſingularum gentium nationumque Germaniæ eruditi in hoc incumberent, ut ſuæ gentis originem, auctum, antiquas hiſtorias eruerent: daremus eã Germaniæ deſcriptionem, qualem ſuæ terræ nec Græci, nec Latini dediſſent. Quærant igitur *Saxones* ſuæ gentis incunabula, hiſtorias, veteres terræ cultores, & quoties illos mutârit. Idem faciant *Marchiæ habitatores, Pomerani, Pruſſi, Sileſii, Moravi, Bohemi, Luſatii, Miſnii, Voitlandi, Toringi, Frãci, Suevi, Elſatæ, Rheni accolæ, Heſſi, VVeſtvali, Geldrii, Hollandi, Friſii, Holſatæ*, ac alii Germanorum populi. Vide, num eâ ratione nõ ſimus lucem vetuſtati, hiſtoriis & patriæ, daturi? Tradant nobis *Rhæti* & *Helvetii* Rheni fontem, cum ſuis

adjacentibus vetuſtis locis & monumentis. Sequantur Rheni accolæ, *Rauraci, Triboci, Nemetes, Vangiones, Ubii, Batavi*, & deſcribant curſum amnis, ubi aliquando Romani, aut alii populi caſtra monumẽtaq; fixerint; quid magnificum in ſuis ſedibus, ad hujus fluminis ripam dextram aut ſiniſtram, geſtum ſit: ut integrum Rheni alveum, fluxum, fontem & oſtia, habeamus. Depingant nobis *Suevi, Alemanni, Boji, Norici, Pannones*, Danubium, ubi per ipſorũ regiones graditur, cũ vicinis agris; vetuſtis Romanorũ præſidiis; novisq; urbibus, caſtris, ac gentibus. *Bohemi, Luſatii, Misnii, Marchiani, Saxones*, Albim, cum adjacentibus locis, & adcurrentibus fluviis, tradant; & quicquid vetuſtarum rerum invenerint: Amiſiam & Luppiam *VVeſtvali, Friſiiq;* Viſurgim *Heſſi* ac *VVeſtvali*: Oderã, Suevum, Viſtulã, ipſorum accolę *Sileſii, Marchiani, Pomerani, Pruſſi*, & *Poloni*: Mœnum *Franci*. Dent eruditi, quisq; ſuæ patriæ amnes: nam puto, in fluviorum deſcriptione, nos plurimùm illuſtraturos Germaniam. Sunt enim amnes plerunq; diſcriminatores ditionum, provinciarum, populorum, diœceſium, prę-fecturarum, & agrorum limites: multa prælia propè commiſſa ſunt, hoſtes victi aut victores: multa adjacẽt vetuſta ac novitia munimenta,

alimenta, urbes, vicíq;. Quemadmodum ego *Rheni, Danubii, Mœni, Albisq;* deſcriptionē, his commentariis paucis & imperfectiùs delineavi: ſed quibus me aliis materiam adminiſtrâſſe volo. quæ hîc extremis digitulis attigimus, & ceu progymnaſma quoddam exhibuimus; alii abſolvant, & perfectiùs tradāt. Hæc interim gratanter recipiant *Germani*, quæ non ſine magnis ſudorib. congeſſimus. Si poſthac aliquid mihi ab eruditis communicatū fuerit, ad hujus libelli aut Germaniæ illuſtrationem, quæ hiſce commentariis adjicienda eſſent, ſeorſim ac privatim curabo excudi & apponi: quomodo aliquot periti ante me appendicem ſuis lucubrationib. adjecerunt. Si deniq; Lectores candidi obſervaverint quæpiam non ſatis dilucidè tradita, aut ubi penitus ab ſcopo aberraverim: ipſi explicent; aut ſaltem ad me perſcribant, ad illuſtrationem Germaniæ noſtræ: ut deinceps quisque domi ſuæ totam Germaniam, oculis ſuis velut in ſpeculo queat perluſtrare. His vale, optime Lector; & noſtris tamdiu utere, donec meliora fuerint oblata.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMANA VITT. EMANUELE

A
Abi
Abl
Abn
Abn
Abu
Abu
Acc
Ac
Ac
Ac
Ad
Ad
Aa
Aa
Aa
Ac
Aa
Aa
An
Digitized by Google

INDEX EORVM QVAE hiſce Commentariis tractantur, ordine alphabetico digeſtus.

AB

ABach. 61
Abalum inſula. 543
Abis fluvius. 60
Ablacus fl. 55
Abnobii montes. 144.311.359
Abnova. 53.74.446
Abudiacum. 61
Abuſiacum. 15.441

AC.

Accolæ Rheni. 33
Acies, ejusq́ instructio. 172.174
Acromus lacus. 35.145
ejus amœnitas. 36
ora. 445
Actania inſula. 542

AD.

Adeltrudis. 501
Adoleſcentes quomodo patrum honorem aſſequantur. 217
Adolphi campus. 133
Ad Pyrum. 340
Adrana fl. 362
Ad S. Goarem. 44.363
Aduatici. 405
Adula mons. 18.34
Adulterium rarum penes Germanos veteres, ejusq́ pœna. 263. ſeqq.

Æ.

Æmulatio Principum & Comitum. 218
Æs quando ſignatum Romæ. 104
Æſtyi. 317.537.539
Æ tuatii. 35

AF.

Affines. 279

AG.

Ager Herculis. 120
Agri Decumates. 354
Agri mutantur Germanis per vices. 294.296
Agrippina, Claudii Cæſaris uxor. 342.
Agrippina Colonia. 342.
Agrippinenſes. 342.

AI.

Aiſti. 539

AL.

Alba Græca. 88.
Alba, Hercynii ſaltus portio. 353
Alba Iulia. 24
Alba mons. 144.205.309.447

Albeggum. 241.309.355
Albingi. 486
Albion inſula. 467
Albis fl. 152.157.158.477
Albis fluminis curſus. 482
Albuchus ſylva. 144.309.447
Alces. 519
Alcis, Naharvalorũ numen. 515
Alcimœnis. 55
Alca. 291
Alemanni unde dicti. 115
Alemannia eſt Suevia. 448
Alemannus fl. 60.121.390.448
eius ora. 447
Algavia. 15.55.445.459
Aliſo caſtellum. 42.390
Allobroges. 36
Alman idolum. 121
Alocia inſula. 29
Alpes. 144
Alpes Rhætica. 17
Alpes Suevica. 309
Alſa fluvius. 41.338
Alsfeldia. 133.363
Alta palus 147
Alta ripa. 41
Alta Stauffen. 446
Altimula fl. 61.122.447
Alutas fl. 23.70

AM.

Amalthiũ mare Germanicũ. 77. 332
Amaſia fl. 431
Amberga. 150.488
Ambro fl. 459
Ambrones. 404
Amera fl. 348.459
Amiſia fl. 31.375.385
Amiſtrachia inſula. 31.387
Amnes vitiferi. 152
Amor belli in Germanis. 223
Amorois fl. 23

AN.

Anaſina regio. 64
Anaſus fl. 64.133
Andegavica vallis. 305
Angeloſtadiũ op. 60.244.263.469
Angeria. 380
Angermania. 30.31
Angiri. 469
Angli in Britaniam. 467
Suevorum natio. 466
Anglorum nomen in Saxoniâ extinctum. 470
Angra fl. 47.368
Angrivarii. 373.380
Anhaltina ditio. 398
Annebergum. 158
Anſibarii Francorũ patres. 381
Antiniacum. 45
Annulum ferreum geſtant Catti. 359
Annus fructificat, non ager. 227
Annus veterum Germanorum in tres partes diviſus. 295.297
Antuerpia urbs. 118

AP.

Appellationes locorum varia apud Germanos. 235.ſeqq.

Appro-

Approbationis modus. 206

A Q.

Aquilina opp. 346
Aquitania. 12

AR.

Arar fl. 45
Araviſci. 327
Arbona. 53
Arbor fœlix. 15.36.323
Arcon urbs. 521
Arctanum. 317
Arduena ſylva. 46.308.331.332
Ardua ſylva. 310
Arenacum opp. Arnheym 49
Argentoratenſis tractus. 338
Argentoratum. 40.338
Argentum olim Germanis nullum 155
Argentea vaſa nullo precio. 161
Argonautæ Iſtrũ navigârunt. 72
Argovia. 39.323.459.
Arii. 502.511
innatæ feritati lenocinantur. 515
Arioviſtus. 177. ejus copiæ contra Cæſarem.301. etymum.428. duas habuit uxores. 256.426
Arma ſumuntur apud Germanos civitatis judicio. 213
Armorum ſpecies. 170
Armati ad convivia eunt Germani. 278.280
Armatura Germanorum. 166
Arminius. 399
ejus cõmendatio. 412. 419. 423
quos in exercitu ſuo habuerit. 433
Arſaces. 411
Ars excuſoria à Germanis reperta. 128. 261
Artalbinium. 40
Arula fl. 39.323.459

AS.

Aſcenaz fuit Tuiſcon. 87.88
Aſcanii Principes. 398.450
Aſcha fl. 63
Aſchenburg. 318 370
Aſchersleben. 242
Aſciburgius mons. 25.147.508
Aſciburgum opp. 47.49.346
ubi ſitum. 127
Aſtypyrgium. 229

AT.

Athenienſes indigenæ. 77
Atheſina regio. 14.159
Atheſini. 15
Atuacutum. 118

AV. AU.

Avares. 21.65
Avarini. 471
Auctorati. 222
Aventicum. 322
Aves miræ in Hercyniâ. 308.
Augia. 27.58.155.240.367
Augia { dives, inſula. 121 / major. 37 / Rheni. 38 }

Augurium 200
Auguſta
- *Acilia* 62
- *Rauracorum* 39
- *Rhætia* 15. 480
- *Tiberii* 61
- *Treverorum* 330
- *Vindelicorũ* 108. 480

Auguſtus quantũ cõſternatus fuerit ex Variana clade. 420.421
Aviones 405
Aurinia fœmina fatidica 180.185
Aurum Germanis ô im nõ erat 155
Aurum fluviale 156
Auſpicia. 197.200
Auſtrachia inſula 51 387
Auſtrania 28 542
Auſtraſia 331
Auſtria 5.19.64
unde dicta 148
Auſtria ad Danubiũ oppida 65
Avunculus. 274

BA.

B*Abenberga epiſcopalis civitas* 316.369
Bacenis ſylva 143.313 399
Bacharacum opp. 43
Baden opp. 310 323
Badenſis provincia 446
Baduhenna lucus 143.144
Bagniſus fl. 474
Balneorum & thermarum uſus 280
Balſamum Syria profert 547
Balthia inſula 27.530.548
Balthicus ſinus 27.48
Balticum mare 331
Balus, Rheni oſtium 48.341
Barbarum mare 331
Barby urbs & comitatus 485
Bardevicum urbs 27. 462
Bardenſis comitatus ibid.
Bardy opp. 244.462
Baronatus 54.448
Barritus, carmẽ Germanorum 122
Baſilea Rauracorum 48
Baſilia inſula 27 543
Baſtarnæ 551.553
Batavia oppid. 62
Batavi 343. 350
Batavia regio 340
Badavodurum 49.348
Batavorum inſula 345
Batavorum principes 350
Batenberga 244.363
Batoburgum 345
Bavaria 331

BE.

Belgæ ad Rhenum 50
à Germanis orti 501
Bellogradum opp. 68
Bellum quid 364
Bellum Hermundurorũ & Cattorum 360
Bellorũ inteſtinorũ incõmoda 382
Bemi 323
Bernhardus 502
Bernheymenſis ſylva 312

Bern-

Bernholm inſula 361
Bernicus fl. 38
Bethaſii 79
Bethica Hiſpania 410

BI.

Bigati nummi 161.164
Bingium opp. 43
Biſontes 519
Biſtricia opp. 24

BO

Bodobriga opp. 45
Bohemia quoties cultores mutaverit 324
Bohemia flumina 327
Boji à Marcomannis ejecti. 325
Boji Galliæ populi in Germaniam migrârunt 324
Bojoaria 325
Bojodurum opp. 62
Bojohemia 324
ejus deſcriptio & ſitus 326
Bonochema 484
Bonna urbs 46
Borbetomagum 319.336
Boreale mare 529
Boryſthenes fl. 22
Bos in linguâ 213

BR.

Bratigovia 17
Bralius mons 18
Braneſia opp. 403
Bregetio 497
Bregatium opp. 67
Brenni populi 18
Brentius amnis 56.162.309.448
Breuci 18
Breucomagus 338
Brigantinus lacus 16
Briſacogea 159
Briſiacus mons 40.378
Briſigavia 40
Briſigavi à Bructeris orti 378
Britannia 540
nunc Anglia dicta 467
Britannicus ſermo 548
Britones Anglos conduxerunt 467
Brocomagum 319
Bructeri 374
à finitimis cæſi, in Sarmatiam 377
Brurinum regio 447
Bruſca fl. 41

BU.

Bubali 519
Bubiemum 325.499
Buchonia 42.318
Budorgis 513
Budoris 310
Burgovienſis Marchia 56
Burggrafii 129
Burgundiones 108. 130.476
Burgum 129
Burii 502.507

BY.

Byrger 129
Byrchana inſula 28.548

CA.

Cadavera olim cremabantur 299
Cæcius mons. 65
Cæmenta. 245
Cæreti. 35
Cæsia ſylva 144
Caici. 396
C. Caligulæ, Germanici filii, in Germanos expeditio, 430
C. Marius Cimbros vicit 404.426
Caledonia inſula 467
Calucones 399.484
Camaves 373.378
Cambetis Major & Minor 40
Cambra Francorum regina 185
Camilacus fl. 56.448
Campeſtrium locorum vocabula. 237
Campi opp. 49
Campi Cavini 25
Campi Rauraci. 40
Campodunum 15.445.449
Caninefates 349
Capellatium 44
Captivitas odioſa 180
Carbonarius lapis 168
Carmina fuerunt Germanorum annales 84
Carni. 6.64.149
Carnuntum 66.489
Carodunum 68
Carpathus mons 86.101.105.160. 508
Caſſis 376
Caſtellum aquarum 323
Caſtra Herculis 219
Caſtum nemus. 464.471
Cataracta Danubii 69
Cataracta Rheni 38.39
Catta mulier fatidica 184
Catti 46.357.359
barbam ſummittunt, donec hoſtem confecerint 364
in primâ acie 365
ferreum annulum geſtant 359
Cattis ſervierunt Romani 361
Cattmeliboci 360
Cattorum & Hermundurorum bellum ibid.
principes. 362
Cattvalda Marcomannus conſpirat contra regem Marobodum 500
Cattuarii 384
Cattvicus in Moſavalia. 345

CE.

Cedros inſula 543
Cella opp. 37
Cellaria 247
Celtæ 11.506
Cenchrei 367
Centenarii & Centgrafii 174
Centum comites 213
Cerbſt opp. 398
Cerevilia inebriat 286
Cereviſiam coquere Oſyris docuit ibidem

Cervetii 398.484

CH.

Chaluſus fl. 474
Chamavi 374.378
Chambus fl. 61
Charentia opp. 521
Chaſvarii 382.384
Chaubi 44
Chauci 392.393
gens miſera 394
majores 395
minores 396
temperantes 397
Chaucorum cibus & potus 394
Cheruſca urbs 398
Cheruſci ibid.
Chronus fl. 518
Chryſolectrum. 545

CI.

Cia fl. 319
Cibinium opp. 24
Cibus Germanorum 286
Cimbri 402
egrediuntur patriâ 404.406
Cimbrorum civitates 403
reges 405
Cimbria inſula 403
Cimbrica opp. 403.486
Cimbrica Cherſoneſus 403
Cirizaa opp. 51. 352
Civitas 215.478
Civitates Imperiales Suevia. 448

CL.

Clamor pugnantium Germanorum 124
Claudivium 63
Clegavia regio 855.445
Clivium opp. 48
Clylipenus ſinus. 27

CO.

Coecherus fl. 152.167.309.448
Codanus ſinus 27.405
Cœnobia ac collegia primitus fuerunt ſchola 260
Colduli 499
Colonia 293
Agrippina 46. 342
Decumanorum 357
Trajana 46
Colonus 293
Columna Herculis 388
Comitatus 218
Comites, primarii è nobilitate viri 221
Comitum genera ibid.
Commercium 292
Commercia victus gratiâ inventa 163
Confœderati 323
Confluentes opp. 45
Connubia diverſarum gentiũ 255
Conſtantia opp. 39
Conſuetudo potandi 281
Contagio morum 277
Cornelius fuit in Germaniâ 2. 79 185
Corporũ habitus in Germanis 137

CR.

Cracovia urbs. 22

Crato merſi 210
Creychgovia 401.446
Criſtoa inſula 323
Croatia 19.20
Cronberga 363
Cruptoricis villa 386

CU.

Culmigeria 518
Cultus virorũ in Germaniâ 248
Cuneus 175.179.181
Curia opp. 35
Curta opp. 67

DA.

Dacia 22
montibus cincta 26
victa & amiſſa 24
Daci 102
truces 25
Dalekarli 525
Dalmatia 555
Dani Cimbrorum ſedes occupant 403
Danomarchia ibid.
Dantiſcum 531
Danubius fl. 23.52.308.497
Danubius & Rhenus termini Germaniæ 5
Rheno lôgior curſu 34
vitifer 151
Danubii fons ubi 54
oſtia 71.72.
Danubianæ Scylla & Charybdis 64
Danubii etymologia 74
Darus fl. 48

DE.

Decenſis arx 355
Decumates agri ubi fuerint 354
Decumani Galliæ populi 356
Decumanus limes ibid.
Deſſavia opp. 483

DI.

Diaboli milites 516
Dierum obſervatio 208
Dieta dietam parit ibid.
Dignatio, pro dignitate 216
Dii nuptiales 256
Dii peculiares nationum 187
Divinovia fl. 522
Divitenſe munimentum 542

DO

Dos maritalis veterum Germanorum 253.256

DR.

Dravenna fl. 474
Dravus fl. 6.68.149
Druides in Germaniâ 134
Druſilla & Dreyſa fl. 391.431
Druſi monumentum Maguncíaci 398
Druſus Friſiis tributum impoſuit 386
Germanicus 383
navigavit Oceanum noſtrũ 390
in Germaniâ occubuit 400.430
in VVeſtvaliâ cecidit 378
locis reliquit nomina 431

Druſus Nero in Germaniâ ipſos cecidit Germanos 429
Druſum Germani occiderunt 391
Druſina foſſa 390
Druſomagum opp. 319
Druyda Diocletiano imperium vaticinata eſt 184

DU.

Duces 177
Dulgibini 382.383
Dulgumnii ibid.
Duromagum. 319

EB.

EBurum 491

ED.

Educatio veterum Germanorum 270

EG.

Ega fl. 448
Egra fl. 313.485.487
Egra urbs, mellatio inſignis 287
Egueyda fl. 58
Egyſſus fl. 58.448

EL.

Elbingum 310
Elcebus 338
Electrida inſula 342
Electrum 341
Eliſter fl. 328.478
Elſatia provincia 338
Elza fl. 40
Elyſii 302.311

EM.

Embrica opp. 48.127.146
Emſerus fl. 374

EN.

Engedini 35
Engelandia 469
Eningia inſula 28.31.559
Entius fl. 310.448

EP.

Epiſcythizare 283

EQ.

Equi Germanorum 171.172
Equorum hinnitus auſpiciorum genus apud Germanos 200

ER.

Ergavia 445
Erlaphus fl. 65
Erlipp caſtellum 47
Erlisbornis 320
Eresburgum 475
Erpachium cœnobium, vini cado nobile. 42

ET.

Etymum
- Angrivariorum 380
- Bructerorum 378
- Danubii 74
- Hercynia 121
- Marchia 490
- Marobodi 502
- Rugiorum 522

EU.

Eudoſes 464.470.471

EY.

Eyſlandii 524.540
Eyſtia 45.331

EA.

FAbaria inſula 542
Fagina ſylva 311
Faginetum, regio 312
Faneſii 27.562

FE.

Fenni 551.557
Fennorum mores 551
Feuchtilacus ſylva 311

FI.

Fibula 250
Ficelia opp. 45
Fimbria inſula 403
Finlandia 31.559
Finnia, Suecia finitima 557
Finni 558
Finnonia 559
Finnonicus ſinus ibid.
Fionia inſula Germanici Oceani. 466

FL.

Flagitia 211
Flevo 143
Flevum, Rheni oſtium 49
Flevum caſtellum in Friſiis 388
Flexum 19.66

Flumina
- Albim onerantia 484
- Francia 370
- Geldria 347
- Germania aquilonaris 474
- Helvetia 323
- Heſſia 362
- Hollandia 348
- Suevia 448

Fluvius
- Cuntzaha 41
- Ellus ibid.
- Flevus 347
- Sala 477
- Suartzaha 493
- Suevus 454

FO.

Fœmina armis exercita 237
Fœminarum cultus 249
 imperium 150
 lachryma 299
Fœminarum Teutonicarum fortitudo 181
Fœnus ignorabant Germani 294.295
Forum Tiberii 39 323
Foſen urbs 402
Foſi 397.401
Foſſa Caroli Magni. 390

Francia

FR.

Francia 9. 397
Francia dedit Imperatores 371
Franci 147. 351
ex Chaucis orti 396
equitis optimi 312
ferina victitare ſoliti 287
Germanici & Gallici 9
in Galliam 302
in ſedem Chamavorum 379
occupaverunt Bataviam 351
Rheni-oſtia tenuerunt 51
Vbiorum loca occupaverũt 341
Francofordia duplex 318
Franconia 397
Franconia ſitus & deſcriptio 368
Friſia amplitudo 384
Friſii 382. 384
majores & minores 385

FU.

Funerandi modus 297
Funerũ ambitio & pompa 298
Fungou, territorium Vangionũ 335

GA.

Gabreta ſylva 143. 313. 489. 508
Galatæ 552
ſunt Baſtarnæ 553
Galea 171
Gallia Bracata 10. 12
Gallia Ciſalpina 10
Gallia Comata ibid.
Gallia in Germaniam translata 13. 305. 306
Gallia Lugdunenſis 11
Gallia Narbonenſis 12
Gallia Togata 10
Gallia Transalpina ibid.
Galliæ amnes 13
Gallicum bellum 410
Galli 9. 333
in Germaniam 300. 304
ſuperiores Germanis 304
Gambrivius 96
Gambreuurbs 97
Gambrivii ibid.
Ganipoti 549
Gaunodurum opp. 39

GE.

Gebenna 36
Gedonum 105. 519. 531
Geldriæ amnes 347
urbes 346
Gemunda 59
Gentium peculiares notæ 333
Genua opp. 36
Gepidæ 24. 69
Gerbaldus 112
Gerbrechtus ibid
Gerhardus ibid.
Gervicus ibid.
Germanus ibid.
Germania 109
Auguſtos dedit 177
dives auri, argenti, æris & metallorum 156
Germaniæ amplitudo poſterius facta 5
duo ſinus 405

fertilitas 142.151
initium 355
primæ nationes 8
Rhætiæq́; confinium 130
recentioris fines 9
ſecundæ nationes ibid.
ſuperioris & inferioris terminus 8
termini 82
veteris limites 3
ad Chriſtianiſmum converſa conditio 203
Germania *feros equos fert* 201
ferrum quoq; gignit 167
frigida regio 141.279
informis 75.80
nunquam tota fuit Romanis ſubdita 438
paludinoſa 145
pecoribus abundat 153
prima & ſecunda 6
quando vinci cœpta 407
ſeriùs cognita 31
ſylvis montibusq́; olim horrida 25
utitur precioſis pellibus 251
Germanici cognomen qui uſurpaverint 435
Germanici triumphus 434
Germanicus Cæſar *afflixit Germanos Marte* 433
Germanicus Cheruſcos *ſuperavit* 400
Germani ab Aſcenāte orti 87
agros per vices mutāt 294.296
alunt ſua pecora rure 154
ante novilunium cum hoſte non confligunt 207
barbati 364
bellis aſſueti & dediti 223
cœlo & ſolo ſuo animātur 353
conſultant in conviviis 281
crinem torquēt calamiſtro 451
deorum numine bella capeſſunt 180.181
fide & armis præclari 386
flavi 138
habitant diſcreti 233
græca habent vocabula 135
ignorabant uſuram 295
imagines ferarum in bellum portabant 181.541
indigenæ 75. 137
in Gallias 437
libertatis ſtudioſi 294.412
literarum imperiti 83
magnis ſunt corporibus 139.271
nihil agunt ſinè armis 214
non fuerunt avari 162
non hæredipetæ, & teſtamentorum captatores 276
nudi 251
nullas deorum imagines finxerunt 194
nunquam verè victi 438
omnia auſpicatò cœperunt 202
pecuariæ dediti 271

pecu-

pecuniâ ac donis corrumpuntur 162
permutationibus mercium uſi ſunt. ibid.
quondam urbes nullas habuerunt 233
ſagittis uſi 560
ſcuta geſtant 170
ſimplices 284
ſingulis uxoribus contēti 255
ſtrictâ veſte uſi 251
ſuis principibus reddunt penſiones. 231
unde appellati 109 ſeqq.
Germanorum commendatio ab hoſpitalitate 278. 279
conjugia 254
conſultatio 205. 206
dii 186. 187
fœmina bellicoſa 180
fatidica 184
laus 303
à bonis moribus 269
libertas 408
lingua non eadem fuit qua Gallorum 505
opulentia 154
ſcuta 170. 557
ſermo corruptus 504
ſortes 197
transmigratio in Gallias 300
in Italiam & Galliam 114
Germanos latuerunt argenti vena 152
in Germanicarum hiſtoriarum Oſores 424
Gertrudis 112. 502
Geta 102
à Germanis deſcenderunt 190

GI.

Giſela Laugingenſis 183

GL.

Gledaſt. 158
Gleſſaria inſula 28. 542
Gleſum 541
Glycyrhiza naſcitur in Franconiâ 152

GM.

Gmund 59

GO.

Goda, Dea Langobardorum 464
Goda, Mercurius 190
Goslaria 157. 312
Gothia 30
Gothi Germaniæ tradiderunt Galliam 302
Gothini 504 ſeqq.
Gothini ferrum foderunt 167. 505
Gothones 517
cum Gothis non ſunt iidem 507
Gotlandia 31. 521

GR.

Gradus & ordines dignitatis 219
Græca inſcriptiones in Germania 131
Græco-germanicæ voces 135
Graf 221
Grana opp. 67
Granionarium 316
Graynum 64
Grinnes 346
Gronlandia 30

GU.

Gugerni 46
Guntia fl. & opp. 15. 55. 56. 448
Gutalus fl. 101. 474. 512

GY.

Gythones 119

HA

HAbitatio veterum Germanorum 246
Hæredes 274
Hagenſchieß 309
Hala 360. 361
Hala & ſalinarum deſcriptio ibid.
Hallou vicus 355
Hamaxobii 557
Hamburga 403. 486
Hanecampus 445. 447
Harto ſylva, pars Hercyniæ 157. 312. 359. 398. 399
Haſa fl. 376
Haſpergus ſylva 511
Havelus fl. 474. 485

HE.

Hebrææ vocabula in idiomate Germanico 136
Hegle mons perpetuò ardens 168
Hegovia 27. 445
Helenopolis 318
Helium 48
Helius fl. 347
Helleviori 561
Hellum vicus 188
Helvetii ſiniſtram Rheni ripam accolunt 38
ubi, & quomodo ſedes mutaverint. 320. 321
Helvetiorum eremus 309
pagi tredecim 457
Helvetum urbs 321
Helvecona 102. 511.
Helluſii 560
Hercules apud Germanos 118. 119. 388.
deus Germanorum 190
heros Germanorum 389
Hercules Ogmios 120
Herculis nemus 119
Hercynia 23. 441. 443. 448
ab Hercule dicta 121
usq; in Sarmatiã evagatur 378
Hercyniæ ſylva deſcriptio 306. *ſeqq.*
etymum 314
Hercynofordia urbs 312. 398
Herd 93
Hergovia 39
Hermannus 399

Her-

Herminon 92
Herminones 83.93
Hermunduri 476
Hertfeldia 310
Herthum 93.464.474
Hertzingen 309
Heſa fl. 474
Heſſi in Cattorum ſedes 361
Hetlandia 30

HI.

Hilinones 561
Hilleviones ibid.
Hippopodes 27.562
Hiſpaniarum diviſio 410
Hiſpanicum bellum ibid.

HO.

Hollandia 347. ſeqq.
Holſata 486
Holſatia 403
Hortella fl. 485
Hortfeldia 447
Hoſpitalitas Germanorum 278

HU.

Huclenum opp. 120
Hungaria 20
Huni 65
Hunorum receſſus 331
Huſſerni 553.554

HY.

Hyems lõgiſſima in Germaniâ 247
Hypogea ibid.

IA.

IAdera ſeu Iadua fl. 385
Iaguſta fl. 446
Iazyges 229
Iazyges Metanaſtæ. 20.68

IB.

Iberia 410

ID.

Idiſtaviſus campus. 400

IG.

Igla fl. 314.493
Ignavia punita 210
Ignominia, 276

IL.

Iler fl. 25.55.448
Ilergavia 445
Illa ſeu Ellus fl. 338
Illus amnis 35
Illyris 19
Ilmus 60
Ilſus 62

IM.

Imbria inſula 403
Imperium fœminarum 550
Germanorum 278
hæreditarium 218
Impetus Germanorum 140

IN

Indi navigârunt Germanicum Oceanum 78
Infames 210
Infamia 276

Ingævon 90
Ingævones 83.90
Ingelheym, *Caroli Magni patria* 43
Inimicitia 277
Inſulæ quid 27
Alocia 29
Friſiorum 51.387
Hollandiæ 51
Oona 27.562
Orcades 533
Rheni inter oſtia fluminis 29 50
Scandia 29
Selandia 51
Inſula Batavorum 23.345
Byrchana 28.542
Fionia 466
Oſerica 543
Peuce 552
Scaldia 51.332
Scandia 30.158.252
Sebuta 67
Scotia 469
Thyle 30.534

JO

Ioachimicarum valliũ numi 166
Ioannes Aventinus commendatur 60
Ioannes Dalburgius 337
Ioannes Reuchlin 309
Iora fl. 485

IP.

Ipſyus fl. 65

IR.

Irmenſaul, Mercurii ſtatua 189. 475

IS.

Iſara fl. 62.108
Iſenacum Toringiæ opp. 192
Iſidis ſimulachrum 193
Iſis Ægyptiorum dea 191
Islandia 30
ejus ſitus 554
Islebia opp. 158.312
Iſna, Rhætiæ urbs 192
Iſſula fl. 347
Rheni aſtium 49
Iſtævon 91
Iſtævones 83.93
vinum mercantur 287
Iſter fl. 52.69
Iſtria 555

IT.

Italus Rex Cheruſcorum 502
Ithefis fl. 316

JU.

Iubillius Rex Hermundurorũ 510
Iuliobona 19.60
Iulius Caſar cum Arioviſto Germanorum rege conflixit 426
infœliciter pugnavit in Germaniâ 428
timuit Suevos 427
Iunius Brutus terram matrem oſculatus eſt 474
Iutia 485.403.466

Karlâ

KA.

Karli 525

LA.

Lacus atque paludes vaſtæ in Germaniâ 146
Lacus Friſiorum 383
Lacus Helvetiæ 323
Lacus Podamicus 36
Lacus Prigantinus 16.35
Lacus Venetus 36
Langobardi 460
in maris inſulas 463
Langobardorum ſedes antiqua 461
Lanus fl. 311.362
Lapones 563
ſpecus inhabitant 248
Laponia Scandiæ inſula 30.563
Latinas voces habent Germani 137
Lavarus fl. 62
Lauffenburg 39
Laugingiacum 58
Laureacum 63.133.149

LE.

Lecca fl. 49.346
Lemannus lacus 36
Lemovii 517.522.
Lenocinari 515
Lentia 63
Leonhardus 501
Lepontii 34
Lerma, vox barbara 123
Leyta fl. 65

LI.

Liberalitas civitatum in Principes 231
Libertatis ſtatua apud Germanos 413
Liberti 294
Libido vires exhaurit 272
Liburna navis 194
in ſacris Italiæ 193
Liburni populi ibid.
Licus fl. 108
Liger fl. 13
Limmaha fl. 39.323
Linga fl. 348
Lippiani Bructerorum ſucceſſores 376
Lipſia opp. 328
Literarum imperitia apud veteres Germanos 258
earundẽ hodie gymnaſia 262
Livonia 523

LO.

Locorum appellationes variæ apud Germanos 235. ſeqq.
Lopecca 48
Lombardia 463
Lona fl. 47
Lorica 171
Loſana 26
Lotharingia 160
Loyſa fl. 108

LU.

Luctus Germanorum 297
Lucus Naharvalorum 514
Luci diis ſacri 181
Lucorum religio ſacroſancta 195
Ludus Germanorum 289.290
Luii 499
Luna Germanorum dea 206
Luna ſylva 144.314
Luneburgum opp. 207
Luppia fluvius 47.362.376
Luſitania 410
Lutarus fl. 41

LY.

Lycoſtoma 59
Lycus fl. 58.108.480
Lyci campus 448
Lygii 502.509

MA.

MAgna villa opp. 35
Maguntiacum 42.319.369
Magum 319
Mammæa, Alexandri Imperatoris mater, ſepulta Veſaliæ 45
Manarmanis portus Friſiorũ 386
Mancipia 272
Manimi 502.511.
Mannus 83.89
ejus Teſtamentum 90
Maravaha fl. 66.314.492
Marca, equa 490
Marcfeldia 492
Marchardus 501
Marchia 221.479.491
Marchia Brandenburgenſis 481
Burgovienſis 56
Marchio quis 479.490
Marchiones Germaniæ 479
Italiæ ibid.
Marcodurum 342
Marcomanni 486.488
in Helvetiis 495
in Boiohemum, & deinde in Vindeliciam 325
Marcomannicum bellum 493
Marcopolis 317
M. Craſſus à Parthis cæſus 413
Mare
- *Barbarum* 531
- *Cimbricum* 529
- *Cronium* 77.532
- *Germanicum* 26
- *Glaciale* 532
- *Pigrum & immotũ* 529
- *Pomeranicum* 531
- *Rigenſe* ibid.
- *Sarmaticum* ibid.
- *Scythicum* ibid.
- *Sueticum* ibid.
- *Suevicum* ibid.
- *Vandalicum* ibid.

Marga, pro medullâ, apud Plinium 506
Marionis urbs 471
Marionis altera 524
Marododuus Rex Suevorum 487 498
Romæ verſatus 501

Mars

Mars communis 356
Germanorum deus 190
Martis mons in VVeſtvaliâ 191
Marpurgum 191
Marſus 94
Marſi 83.94.96
Marſiburgum opp. 191
Marſigni 502. 504
Martiana ſylva 191
Martianū nemus 39.196.309.445
Marſinges 504
Maſſilia 302
Mattiaci 351
Mattiaci fontes 352
Mattiacum 353
Mattium 352
Matoas fl. 52
Matrimonia Germanorum ſevera 252
Matrimonium ſerius 270.272
Maydenburgum 485
Mediolanum opp. 377
Mediomatrici 40
Melſiagum, palus 146
Melſiagus, rivus ibid.
Menapii 46.47.
Mercurius 189
Mercurii idolum in Hello 188.189
Mercuriū coluerunt Germani 188
Merua fl. 348
Meſia palus 145

MI.

Militiâ clari 220
Mimelingus fl. 310
Mindula fl. 15.56.448
Mira maris Germanici 325
Miſa fl. 485
Miſia ſuperior & inferior 69
Miſnia 477.478
ferax metallorum 158
Miſſilia 170

MO.

Mœnus fluvius 42.152.315
Mœnigavium 317
Monarchia Germanorum 178
Monaſterium urbs 377
Mons *Colbergus* 168
Mons *Heſſi* 346
Mons *Iſidis* 192
Mons *Melibocus* 144.157.312
Mons *Oſtbergus* 15
Mons *Pavonis* 317
Mons *Pinifer* 158.313.315.487
Mons *Rhatico* 17
Mons *Sevo* 509
Mons *Sprulius* 17
Mons *Suevus* 86.508
Mons *Votetius* 313
Mons *Voſagus* 161.459
Montes *Germaniæ ardentes* 168
Montes *Hertici* 359.441
Montes *Sudeti* 157
Montes *Venedici* 554
Montanum aurum 157
Mora fl. 66
Moravia ejusq; deſcriptio 490. 491

Morimaruſa, *Cimbricum mare* 77.532
Moſa fl. 45.48.347
Moſavalia 345
Moſella fl. 45.330

MV.

Muhelii fl. 63
Mulcta veterum Germanorum 211.277
Mulda fl. 157.478.485
Muldavus fl. 314
Mulieres Germanorum in prælium cum viris proficiſcebantur 182
Mulier uno marito contenta laudatur 268
Munderchyngum opp. 478

MY.

Mymyngrode 377
Myſterium dotis. 253

NA.

NAbus fl. 61.157.487
Nagolta fl. 310.448
Naha fl. 55
Naha vicus 458
Naharvali 502.511.514
Nantuates 35
Narabon fl. 67.497
Nariſci 150.167.487
Natio & gens differunt. 113
Nava fl. 43

NE.

Nemetes 41.339
Neomagus 41.48.339
Nepotes 274
Nuricum 128
Nervii 331
Neumarca 150
Neuſtria 13.331

NI.

Nicer vel Neccarius fluvius 41.55.152.308.446
Nigra ſylva 308
Niſſa fl. 454.512
Nitriones 320

NO.

Nobilitas vera quæ 373
in Nocte conſilium 281
Nomades 357
Nordalbingi 498
Nordalbingia 403
Nordgävia 447.487
Nordhumbri 468
Nordvegia 30
Norici enſes 149
Noricum 62.148
recentius 150
Noricus ager 151
Norimberga 150.369
Nortmanni 525.526
Nortmannia in Galliâ ibid.
Nortvali 314
Nortvuegi 326
Noveſium opp. 46
Novientum 189
Noviomagum opp. 319.347
Noviomagum caput Nerviorum 333

Nuithones

NU.

Nuithones & Nuithlandia 464. 470. 471.

OB.

Obacrus fl. 485
Obrinca fl. 330 limes eſt Germaniæ ſuperioris 8. 45
Obrincanus tractus 311. 331
Obotritorum terra 465

OC.

Occidentalis ſylva 311
Oceanus 26
Oceanus exterior 252
Oceanus Friſius & lacus navigati à Romanis 387
Oceanus Germanicus infeſtus 77 à quo primùm navigatus 78
Oceano finitimæ regiones 79
Ochſenfurdia opp. 401
Oculi omnium primi vincũtur 516

OD.

Oddora fl. 322
Odera fl. 101. 314. 513. 555

OE.

Oenana vallis metallifera 159
Oenus fl. 62

OG.

Ogmios Hercules 320

ON.

Onacrus fl. 474
Onoltzbach opp. 144

OO.

Oona inſula 27
Oona populi in Suetiâ 561

OR.

Orbi 275
Orbitatis nulla precia ibid.
Orcades inſulæ 538

OS.

Oſi 327. 502. 508
Oſitium 328
Oſtlandia ibid.
Oſtrofrancia 397
Oſtvali 376. 384

OX.

Oxilia 561
Oxiona ibid.

PA.

Pacorus Rex Parthorum victus 414
Pæones 18
Pagani 458
Pagus quid 173. 214. 458
Palas regio 44
Panis fl. 474. 522. 523.
Pannonia 18
ſuperior, ſeu prima 19. 64. 496
ejus oppida 66
inferior, vel ſecunda 20
ejus oppida 62
Pannonii 18

Pares cum paribus miſcentur 273
Parthicum bellum & imperium 412
Parthiſcus fl. 71
Parthorum luxus 250
Patria cuiq; iucundiſſima 82
Patruus 274
Paunachius fl. 316

PE.

Peapo'is 317
Pecora Germanorum 143
Pecunia quando excuſa in Germaniâ 165
vincit omnia 332
unde dicta 164
penes Peditem plus roboris apud Germanos. 173
Pelles in Germaniâ 248.251
Permutatio mercium 181
Pervicacia 292
Petronella opp. 66
Peuce inſula 71.552
Peucini 551. *ſeqq.*

PF.

Pfaltzia 44
Pfortzheymium opp. 309.446

PH.

Phalerna ſuccina 545
Pharodini 79
Phileum 385
Phinnonia 542.559

PI.

Picearia ſylva 311
Pinifer mons 258.313

PL.

Plavus fl. 35.448
Plauburnum opp. 447
Pliſſina fl. 478

PO.

Podamicus lacus 36
Pœna & ſupplicia Germanorum 209. *ſeqq.*
Pœnus fl. 522
Poloni 206
Pomerania deſcriptio 522
Poſſonium 66
Potationes 280.282
Potus Germanorum 286

PR.

Præjudicium 202
Prælium 364
Præſidia Rom. ad ripas fluviorum 479
Precarium jus 528
Pregantia opp. 35
Pregenus fl. 54
Prema urbs 385.395
Principes eligebantur apud Germanos 213
Priſigavia 445
Propinqui 274
Provincia quid 478.479
Pruſſia ſitus 518
veteres cultores 517
Pruſſii colligunt ſuccina 546
Prygenus fl. 54

Digitized by Google

PV.

P. Ventidius exercitum Parthorum ſtravit 414.
Pudicitia veterũ Germanorũ. 253.
Pugna Quintilii Vari cum Germanis 417
Punica bella 409

QVA.

Quadi 486. 495
à Conſtantio attriti 497
enſes nudos coluerunt pro numinibus ibid.
in Helvetiâ 495. 497
Quadorum haſta longa 496
Quadrigati 164

QVI.

Quintanorum colonia 62

RA.

Rabniza fl. 67
Rabon fl. ibid.
Radachus fl. 316
Radiantia fl. 317. 390
Raudis campus 426
Rauraci 36

RE.

Rebellio opp. 523
Refutationis modus 206
Reges & Duces Germ. 177
Reginoburgium opp. 61. 482
Regneſus fl. 317
Regus fl. 61. 488
Remiſus fl. 152. 309. 446
Rencius fl. 41
Retractatio conſilii ſobrios 281
Reuſchnavia 16. 445
Reudigni 465

RH.

Rhætia Danubii Rhenique parẽs 16
in provinciam 16. 479
mediterranea 15
nunc Suevia eſt 16. 58
Prima ſeu ſuperior 14
ripenſis 15
ſecunda ſeu inferior ibid.
Rhætiæ ſuperioris civitates 15
Rhæticò mons 17
Rhætobonna & Rhætopolis 61
Rhæticum vinum 14
Rhenavus fl. 62. 63
Rhenus 33. *alius item* 51. 52
Rhenenſe aurum 156
Rhenenſes tabernæ 41
Rheni cataracta 38. 44
origo 34
tria oſtia 48
Rhenus aurifer 51
diſcriminator Galliæ & Germaniæ 307. 334
Helvetios à Germanis dividit 37
limes Rom. imperii 251. 353
vitifer 151
Rhenus unde dictus 51
Rhingaugia 42. 307. 459
Rhodanus fl. 36
Rigodulum opp. 45
Rigomagum 45. 319
Ringovia 307. 459
Ripuarii 45. 331

Pares cum paribus miſcentur 273
Parthicum bellum & imperium 411
Parthiſcus fl. 71
Parthorum luxus 250
Patria cuiq; iucundiſſima 82
Patruus 274
Paunachius fl. 316

PE.

Peapolis 317
Pecora Germanorum 143
Pecunia quando excuſa in Germaniâ 165
vincit omnia 332
unde dicta 164
penès Peditem plus roboris apud Germanos. 173
Pelles in Germaniâ 248.251
Permutatio mercium 161
Pervicacia 292
Petronella opp. 66
Peuce inſula 71.552
Peucini 551. *ſeqq.*

PF.

Pfaltzia 44
Pfortzheymium opp. 309.446

PH.

Phalerna ſuccina 545
Pharodini 79
Phileum 385
Phinnonia 542.559

PI.

Picearia ſylva 311
Pinifer mons 158.311

PL.

Plavus fl. 55.448
Plauburnum opp. 447
Pliſſina fl. 478

PO.

Podamicus lacus 36
Pœna & ſupplicia Germanorum 209. *ſeqq.*
Pœnus fl. 522
Poloni 106
Pomerania deſcriptio 522
Poſſonium 66
Potationes 280.282
Potus Germanorum 286

PR.

Præiudicium 202
Prælium 364
Præſidia Rom. ad ripas fluviorum 479
Precarium ius 528
Pregantia opp. 35
Pregenus fl. 54
Prema urbs 385.395
Principes eligebantur apud Germanos 213
Priſigavia 445
Propinqui 274
Provincia quid 478.479
Pruſſia ſitus 518
veteres cultores 517
Pruſſii colligunt ſuccina 546
Prygenus fl. 54

PV.

P. Ventidius exercitum Parthorum ſtravit 414.
*Pudicitia veterũ Germanorũ.*253.
Pugna Quintilii Vari cum Germanis 417
Punica bella 409

QVA.

Quadi 486. 495
à Conſtantio attriti 497
enſes nudos coluerunt pro numinibus ibid.
in Helvetiã 495. 497
Quadorum haſta longa 496
Quadrigati 164

QVI.

Quintanorum colonia 62

RA.

Rabniza fl. 67
Rabon fl. ibid.
Radachus fl. 316
Radiantia fl. 317.390
Raudii campus 426
Rauraci 36

RE.

Rebellio opp. 523
Refutationis modus 206
Reges & Duces Germ. 177
Reginoburgium opp. 61.482
Regneſus fl. 317
Regus fl. 61.488
Remiſus fl. 152. 309.446
Rencius fl. 41
Retractatio conſilii ſobrios 281
Reuſchnavia 16.445
Reudigni 465

RH.

Rhætia Danubii Rhenięq; parẽs 16
in provinciam 16.479
mediterranea 15
nunc Suevia eſt 16.58
Prima ſeu ſuperior 14
ripenſis 15
ſecunda ſeu inferior ibid.
Rhætiæ ſuperioris civitates 15
Rhæticomons 17
Rhætobonna & Rhætopolis 61
Rhæticum vinum 14
Rhenavus fl. 62.63
Rhenus 33. *alius item* 51.52
Rhenenſe aurum 156
Rhenenſes tabernæ 41
Rheni cataracta 38.44
origo 34
tria oſtia 48
Rhenus aurifer 51
diſcriminator Galliæ & Germaniæ 307.334
Helvetios à Germanis dividit 37
limes Rom. imperii 251.353
vitifer 351
Rhenus unde dictus 51
Rhingaugia 42. 307.459
Rhodanus fl. 36
Rigodulum opp. 45
Rigomagum 45.319
Ringovia 307. 459
Ripuarii 45.331

Pp

Riſa 447
Rivuli auriferi 148
Rixa Germanorum 280
vinolentorum 282

RO.

Rogus 298
Romani imperatores falſo triumphârunt de Germanis 438
ſemper concitaverunt Germanos ad diſcordias 382
Rora fl. 47.368
Rota fl. 56
Rotdrudis 501
Rotera fl. 248
Rotenburgum opp. 369
Rotomagum 319

RV.

Ruffiniana 47
Rugii 517.521
unde dicti 522
Rugilandia 521.522
Rugium civitas 522
Rura fl. 374
Ruſtri 385
Ruza fl. 39.323

SA.

Sabeſus opp. 24
Sabis fl. 332
Sacerdotes inbello 179.180
Sacramentum militare 222
Sagittis uſi Germani 559
Sagulum 171
Sagum, veſtis Germanorum 249
Sala fl. 318
Salas fluvius VVeſtvalia 375
Saletio opp. 41
Salii 318
Salinæ Halenſes 477
Salingi 318
Salingoſtadium opp. 60.318
Salodurum opp. 323
Saltus Heyrichus 311.367
Ploſſenus 447
Saxonia 474
Samnites 409
Samniticum bellum ibid.
Sanctio opp. 39
Sarmatæ 22.252
Sarmatarum cõnubia impura 554
luxus in veſtibus 250
mores 556
Sarmatia 21
Sauromatæ 22
Satmali 562
Satvicus fl. 67
Savia 20
Savus fl. 6.68
Saxoniæ amplitudo 441
Saxonia ſuperior & inferior 442
Saxonia vetus lariſſima regio 383
Saxonicum ſpeculum 450
Saxonũ Principes Suevi fuerũt ibi.

SC.

Scaldis fl. 332
Scandia infinitas gentes extruſit 527
Scandiæ dynaſtiæ 30

Scelera

Scelera 211
Schefhuſium opp 37
Schera mons 309
Schia fl. 348
Sclavi in Boiohemiam 325
in Poloniam 106
Saxoniam occupaverunt 328
Sclavonia 555
Scritofinni 558
Scuta Germanorum 170
Scylla opp. 310
Scythæ. 22.152
Scytharum mores 557

SE.

Seccinga opp. 39
Selandia 351
Seligni 512
Selza opp. 41
Semana ſylva 143.312.313
Semnones 452 453
Senones 455
Sepultura Germanorum 297.298
Septemcaſtrenſes 20.554
Septemviri Germaniæ 218
Sequani 39
Serrati numi 166
Servi Germanorum 209.294
vendebantur 292
Servia 18
Sevaces 159
Sevo mons 92.509
Sextiæ aqua 404

SI.

Sicambri 48 97.379
Sicambria 146
Sideni 79
Sido 510
Signa militaria 122
Sileſia 512
Simonis nemus 305
Sinna fl. 318
Sinus Oceani 26
Sinus Codanus 561
Venedicus 37.559
Sitones Suedi 549
fœminæ his dominantur ibid.

SL.

Sleſus amnis 512

SM.

Smutter fl. 58.448

SO.

Soldau opp. 540
Sorabi 312.328.471.478.555
Sorna fl. 41
Sortes Germanorum 197.198
ex Vergelianis verſibus 199
per litteras ibid.
Sortilegi ibid.

SP.

Specus ſubterranei 247
Spectaul & convivia illecabra malorum 257
Spectaculorum genus unum apud Germanos 288.289
Speshart ſylva 318
Spira opp. 340
Spirenſes 339
Sprevus 100

ST.

Stargardia opp 101

Stormaria 95.96.403
Sturia fl. 474
Styria 5

SV.

Suabachium opp. 103
Suaben ſylva 104
Sualfeldia ibid.
Suanfeldia 447
Suardones 464.470.471
Succinum, arboris ſuccus 544
  Germani Gleſum vocaverunt 541
  quomodo naſcatur 543
  vbi reperiatur 542
Succini vſus in medicinâ 545
Succina & mallea phalerna ibid.
Sudeta ſylva 143.314
Sudetimontes 157
Sudini 540
Sudinia ibid.
Suetia 30.535
Sueinfordia opp. 104.401
Suenitium 101
Sueones 526
Suerinum opp. 471
Sueſia paulus 266
Sueticum mare 531
Suevus, Germanorum rex 97
Suevia vetus 98.440
  recentior. 444
Suevia iugum 502
  [illegible] 447.448
Suevi 58.98.439.
  ad Albim & Oceanum 99
Suevi ad Alemanni 115 448
  centum coluerunt pagos 456
  Daciæ contermini 101
  etiam Moraviam & Sileſiam tenuerunt 102.508
  è Saxoniâ ſecedentes in Rhætiam commigrârunt 443
  Iſidem coluerunt 192
  Rheno finitimi 99
  ſanguine humano libebant 455
  ſunt Suedorum parentes 525
  ſuos habuerunt reges 451
  totâ Europâ penetrarunt 550
Suevorũ ſermo Germanicus 504
Sueuicum mare 521.538
Suevus fl. 100.314.454.522
Suevus mons 86.508
Suiones 524.525
Suitenſes 323
Summunterium opp. 60
Sunda opp. 515
Sungavia 39
Supplicia penes Germanos 209 211
Suter fl. 60

SY.

Sylva auguriis patrum ſacra in Suevis 455
Sylva Germaniæ 143
Sylva { *Herculis* 144.196
  Mercurii 196
  Odonis 189.196
  Othonis 196.310 }
Syria profert Balſamum 547

Tacitus

TA.

Tacitus fuit in Germania 2. 79.185
quando ſcripſerit 407
Tanais fl. 86
Tanfane templum in Marſis 96
Taraconenſis Hiſpania 411
Tauriſci 149
Taururum opp. 68
Taxagetium 15.55

TE.

Teccenſis arx à Tectoſagis condi-ta 305
Tectoſages in Germaniam ibid.
Tegulæ 246
Tencatheri ſeu Tēcteri 46.320.367
Tenterida 367
Termont 478
Terra Germanorū olim qualis 142
Teſchinenſis ditio 508
Teſtanes 188
Teſtoburgienſis ſaltus, ubi Varus periit 144.423
Teutoburgium 67.86
Teutones ſeu Teutoni 87.88
Teutonici equites 89

TH.

Thunicates 61
Theya fl. 493
Thoraces 171
Thyle inſula 30.534

TI.

Tiberii forum 39
Tibilenus deus Noricorum 150.187
Tibinum urbs 86
Tibiſcus fl. 23.68.89
Tigurini 465
Tigurinus pagus 328
Tigurum ibid.

TO.

Toga virilis Germanorum 216
Toringica ſylva 316
Toringi in Cattorum ſedes 361
Tornachus urbs 333

TR.

Traiana legio 43.151
Traianus Imperator 407
pontem ſuper Danubium ſtru-xit 72
Traiectenſis terra 347
Traiectum oppidum 348
Traiectum ſuperius 118.188
Tramaricus fl. 103.317
Transſylvani 101
Traſimus fl. 65
Traunus fl. 63
Treboci 337
Treviri 329.339
Trevirorum urbes 331
Triballi 66
Triboci 40
Triboces 338
Triboni, & Tribotes & Triburti 337
Tributum Cæſaris opp. 32[illegible]
Trivagri 33[illegible]
Trolli 53[illegible]
Trudis, id eſt, amabilis 50[illegible]
Truſila fl. 36[illegible]
Trutomannus 501
Truton. ibid.

TV.

Tuberus fl. 152.318.369.370
Tuder vel Tudrus Quadorum rex
Tuiſchia op.87. (487.501
Tuiſcon 85.86
Tuiſcones 87
Tuitium 87.342
Tullentius fl. 474
Tullia fl. 65
Tungri 116
Tungrorum fons 117
Turgauia 37.445
Turma 181
Turus fl. 38.323
Typographia ars Maguntiaci primum inventa 128.261

VA.

Vacalos fl. 347
Vada 49.346
Vaganum 346
Vahalis fl. 48.97.347
Valeria 5.19.497
Vallis Andegavica 305
Vandalus Vuiſconis nepos 104
Vandalicum mare 531
Vandali 50.105
à VVinulis ſunt diverſi 107
non ſunt Venedi 556
Vandalus fl. 105
Vangio 510
Vangiones 42.334
Vannius Suevorum rex 592
Vargiones 320
Variana pugna ubi commiſſa 421
Varini 470
Variſci 488
Varna fl. 474

VB.

Vbii 46.340.342
Vbios Suevi vectigales fecerũt 99
Vbius vicus 342

VE.

Vecta inſula 468
Veenavia 49.347
Velavia ibid.
Velleda virgo fatidica 79.180.185 376
Venatio crebra in Germaniâ 228
Vendigni 465
Venedi 551.554
Venedici montes 554
Veneti 49
Venetes 37
Veſta Dea 194
Vetera caſtra 47

VI.

Viadus fl. 474.512
Viadrus fl. 191.512
Vibii 341
Victoriatus numus 115
Victus Germanorum 27[illegible]
Vicus 214
Vici Germanorum quales 233
Vidrus fl. 385
Vienna Auſtria 19.66.
Vigevones 99
Villa 214
Villa magna opp. 35
Vilſus fl. 62.488
Vindelici 138

Vindoniſſa 39.322
Vinum Rhaticum 14
Vina Germanica 151.152
Virdo fl. 448.481
Virgines tantum nubebant apud Germanos. 264
Viritium 522
Viſmaria opp. 96
Viſurgis fl. 313.319.398
Viſtula 105.474
Vita populi 466
Vita humana alearum ludo ſimilis 291
Viteberga opp. 485
Vitia ridentur 266
Vitudurum 123

VK.

Vkera 474

VL.

Vlma opp. 55
Vltraiectum opp. 348
Vlyſippo 152
Vlyſſes in Germaniam venit 126
Vlyſſis errores decennales 125

VN.

Vnſter fl. 398

VO.

Vocabula
- *locorum paſſim per Germaniam* 235.ſeqq.
- *Oceani Germanici* 529
- *telorum* 169
- *urbis Ratisbona* 61

Vocetius mons 323
Voitlandia 487
Volegradum 491
Volvacenſis vallis 305
Voſagus mons 160.459
Voſavia 45

VR.

Vrbes quondam Germanis nulla erant 233
quando adificari cœpta 234

Vrbes
- *ad Rhenū ſita* 30.ſeqq
- *Bohemia* 326
- *Geldria* 346
- *Helvetiorum* 323.324
- *Heſſia* 363
- *Hollandia* 348
- *Luſatia* 454
- *Moravia* 491
- *Nortgaviorum* 150
- *Pruſſia* 519
- *Selandia* 352
- *Sileſia* 513
- *Treverorum* 331
- *VVeſtvalia* 377

Vrbs
- *Arcon* 521
- *Curia* 35
- *Oſitium* 328
- *Prema* 385.395
- *Ruremunda* 346
- *Stockholmia* 559
- *Tibinum* 80
- *Tornacus* 333
- *Varnienſis* 471
- *Vratulavia* 513

Vri in Pruſſia reperiuntur 519
Vricgavia 40

VS.

Vſipetes ſiu Vſipii 46.320.367

Vſuram ignorabant Germani 295

VV.

VVaga fl. 67
VValdeckia 159
VValgauii 35
VVallu fl. 347
VVarinum opp. 471
VVendenlandia 555
VVendi ibid.
VVendigum opp. 465
VVerda 58
VVerdec opp. ibid.
VVernovia fl. 474
VVerra, caput Viſurgis 261
VVeſtcapella oppidum 120.352
VVeſtvali 194
VVeſtvalia 376.383
VVic 27.91.
VVigavones 27.92
VVilci 555
VVineta opp. 523
VVinida in Saxonia 328
VVinuli 107
non ſunt Vandali ibid.
VVinus ibid.
VVirciburgum 317.369
habet imagines gracanicas
VVirtenbergenſis ducatus 446
VViſſus fl. 40.
Vulda fl. 362
Vulſius fl. 448
VVoda Deus 189.196
VVog 91
VVolfaha fl. 62
VVolgaſtum opp. 189
VVormacia opp. 336

X

XAnthum opp. 48

Z.

ZAbera fl. 152
Zabergavia 446
Zarmigethuſa opp. 23
Zechi 477
Zeugma opp. 23
Zuantocopius Rex 491
Zuckmantelius ſylva 311
Zuentebaldus rex 491
Zuenus fl. 101 474.521
Zuſimus fl. 15.58.448
Zutphania opp. 49
Zuicca urbs 168
Zuina fluvius. 512

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google